


MICROCOPY RESOLUTION TEST CHART
 NATIONAL BUREAU OF STANDARDS-1963-A




1:24

ACTA ERUDITORUM
LEIPZIG 1724

DER MICROFICHE-REPRODUKTION LIEGT
DAS ORIGINAL DER STADTBIBLIOTHEK
BRAUNSCHWEIG ZUGRUNDE

SIGNATUR: M 612 w 4^o



ACTA
ERUDITORUM,
A N N O
M D C C X X I V

publicata.

*Cum S. Cæsareæ Majestatis & Regis Pol.
atque Electoris Saxonæ Privilegiis.*

LIPSIÆ,

Prostant apud JOHAN. GROSSII Hæredes,
JOH. FRID. GLEDITSCHII B. FIL.

ET

THOMAM FRITSCHIUM.

Typis BERNHARDI CHRISTOPH. BREITKOPFII.
A. M D C C X X I V.

No. I.

I

ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsiæ

Calendis Januarii Anno MDCCXXIV.

RERUM ITALICARUM SCRIPTORES AB
Anno *Æræ Christianæ* D ad MD. LUDOVICUS
ANTONIUS MURATORIUS, *Sereniff. Ducis*
Mutinæ Bibliothecæ Præfectus, collegit, ordinavit
& Præfationibus auxit.

Tomus I.

Mediolani, ex typographia Societatis Palatinæ in Regia
Curia, 1723, fol. maj.

Alph. 7 pl. 10 Tab. Geogr. 1 & Tabb. zn. maj. 8.

Splendidissimum hoc opus penitus intuentes, vix constitutum habemus, utrum externum ornatum, chartam, typum, figuras bellissimas sub cujusque libri initium ac finem, passimque in opere conspicuas, an Palatinorum Sociorum, ut vocari amant, qui edendo operi obstetrices manus porrexerunt, liberalitatem ac dexteritatem, an denique in colligendis cumque Codicibus MSS. conferendis ac disponendis scriptis Historicorum selectissimis curam atque studium eximium, sive *Philippi Argelati*, sive *Celeb. Muratorii*, cujus quidem solum in titulo nomen comparet, sive aliorum in Præfationibus laudatorum, magis miremur. Post dedicationem ad Invicissimum Imperatorem his verbis velut lapidi incisam: CAROLO. VI. IMPERATORI. AUGUSTO. PIO. CLEMENTI. MAGNO. QUOD. DEBELLATIS. HOSTIBUS. IMPERIO. MAJESTATEM. POPULIS. PACEM. COMMERCIIUM.

A

AR-

ARTES. RESTITUERIT. RERUM. ITALICARUM. HISTORIAS. MEDIOLANENSES. PALATINI. SOCII. FELICITATI. SÆCULI. PLAUDENTES. PATRI. PATRIÆ. OPTIMO. PRINCIPI. D. D. D. sequitur Cl. Argelati, Bononiensis, qui Mediolani degens Cæsari est a comparandis Bibliothecæ codicibus, gravis & par instituto Præfatio, qua docet, se, cum pridem optasset, Italicarum rerum Scriptores vetustiores in unum corpus componi, quod in recentioribus feliciter præstiterant Viri Cl. Grævius & Burmannus, opportune collocutum cum Cl. Muratorio, quem non modo idem ardentissime optantem, verum & ita apparatu omni jam instructum reperit, ut præter editos paucos eosque rarissimos & ad continuandam temporum successionem necessarios centum & supra MSS. Codices numeraret, qui cum essent omnes scriptis, in Thesauro illo Lugdunensi contentis, antiquiores, convenere tandem inter se de edenda nova Scriptorum vetustiorum, qui res in Italia ab A. C. D ad MD gestas descripserunt, Collectione. Cumque alii Codices in Estensi Bibliotheca, cui præest Muratorius, alii in Ambrosiana exstarent, qui utique conferri merebantur, & præterea ex re videretur, opus Mediolani auspiciis & sumptu illustrium quorundam Mediolanensium typis mandari, ita partiti sunt ambo operas, ut Muratorius, quantum conjicere licet, omnia in ordinem redigendi, & præfationibus instruedi, Argelatus vero imprimendi operis & exornandi curam in se suscepit. Sed quas a typographis honestæ societatis condiciones impetrare minime poterant, Viri quidam vere Patricii Mediolani ultro exhibuere, qui, ne quid ad absolutissimum opus deesset (loquimur cum Cl. Argelato) *collata cum stipe libraria supellectile, suos quisque lubens probatissimos codices, varia omnis eruditionis monumenta, in unum congefferunt, Palatino Sociorum nomini tribuentes, quod a publicis hisce scholis acceperunt, convenientissimum vati Patriæ, ac sibi, eo de loco appellari, unde nihil invidia, solumque literarum & antiquitatis amorem præ se ferrent.* Fama vero est, sedecim hoc nomine congregatos esse Socios, quorum quisque circiter quatuor millia Joachimicorum

MENSIS JANUARIi A. MDCCXXIV. 3

(1000 Doppie) contulerit : neque enim modici sumptus requirebantur tum ad alia comparanda, tum ad novos typos conflandos, maxime cum vix unus hoc tempore Mediolani superesset formandis characteribus artifex. Quantum præterea opus debeat Comiti *Hieronymo Colloredo*, a Cæsare moderandis Infubrum rebus iterum dato, qui aptissimum typographiæ locum in ipsis ædibus regiis dedit, tum *Antonio Folcb de Cordona* Valentix Archiepiscopo, & imprimis Comiti *Carolo Archinto*, qui librorum incredibili amore ductus, opus singulari opera promovit ipsumque Argelatum humanissimo hospitio excepit, tum denique *Josepho Antonio Saxio*, Bibliothecæ Ambrosianæ Præfecto, & *Horatio Blanco*, Romano, quo adnitente Græcæ literæ, jam diu typis Mediolanensibus obsoletæ, iterum invaluerunt, pluribus recensere, instituti memores, supercedimus. Succedit doctissimi Muratorii (qui & sigillatim scriptoribus deinceps omnibus præfatur) paulo prolixior præfatio, qua postquam aliorum in colligendis in unum corpus historicis, præsertim Italis, operam studiumque laudavit, eosque, qui in mediæ ævi historicis styli ruditatem fastidiunt, ad sanio rem mentem revocare annisus est, non defuisse barbaris illis seculis, quæ collectioni huic destinata sunt, scriptores historicos, vel unius Gualvani Flaminæ Mediolanensis, qui circa A. 1325 aliquot voluminum, quæ in Ambrosiana adhuc exstant, nempe *Manipuli Florum*, *Politia novella*, *Chronica extravagantis* & *Chronici Majoris*, autor existit, testimonio probat, quique ex Scriptoribus ab eo allegatis adhuc supersint, & in hac collectione locum habituri sint, passim animadvertit. Cumque pleraque veterum Chronica ab O. C. inchoentur, hanc sibi porro libertatem concedi postulat, ut, reliquis in tenebris relictis, ea tantum prodant, quæ Autorum ætati propiora fuerint : & dumquarundam Italiæ urbium pronum ad locupletandum hoc opus studium commendat, simul graviter ac merito conqueritur de aliis, quæ cæca avaritia, quæ in patriæ decus conferre poterant, sollicitè abdunt & inter arcana habent, quibus monumentis incendia, bella, pestilentias, potentes viros, fures, atque etiam amicos, indoctos hæredes, aliosque humanarum rerum ne excogitatos quidem eventus inter-

ritum minari, non vane auguratur. Denique se cuncta hic recufurum pollicetur, quæ Caracciolus cum Camillo Peregrino, Felix Ofius item & Ughellus collegerunt, & si quæ forte in editione Scriptorum rerum Sicularum Panormitana, quam nondum, cum hæc imprimerentur, Nostro visam, mox producemus, deprehendantur ad institutum hoc idonea; nec Italica scripta omiffurum (nisi quod ea, quæ dialecto quadam, quæ vix hodie intelligatur, scripta sunt, Horatius Blancus simul Latinitate donare constituerit) simulque iterum, quam ardua res fit in Italia tot voluminum, quorum tamen nondum numerum exegisse Editores videntur, opus instruere, felicem ea in re Germaniam prædicans, testatur; ut alia omittamus, quæ ab Argelato jam memorata attigimus supra. Comparet vero primo loco Italiæ antiquæ Tabula Geographica nova ratione instructa, cui non nihil ad Lectorem præfati Palatini Socii, tum in universum docent, quantum e novis Astronomicis observationibus, Cassinii imprimis, lucis acceperit Geographia, tum sigillatim *Chuverii*, qui litora diligentius, quam mediterranea loca obierit, & *Cellarii*, cujus aliquot errores indicant, tabulas Italiæ antiquæ rejiciunt, nec omnino per omnia Dn. de *L'Isle*, longe quidem, ut credunt, Cellario exactiorem, sequuntur. Novam ergo quodammodo dedere, in qua concinnanda multum sibi profuisse Cl. *Eustachii Manfredi* Observationes, & *Cajetani Fontana* Appendicem Geographicam, grati profitentur, simulque spem faciant, se in sequentibus Tomis etiam Italiæ mediæ ævi & modernæ tabulas daturus novas, & Mediolanensis provinciæ chorographicam tabulam a *Vincentio de Miro*, quam jussu Cælaris describit, mox expectari jubent. Hinc comparet I *Historia Miscella*, ab incerto Autore consarcinata, complectens *Eutropii* Historiam Romanam, quam *Paulus Diaconus*, multis additis, rogatu Adelbergæ Beneventanæ Ducis, a Valentiniani Imperio usque ad tempora Justiniani deduxit, & *Landulphus Sagax*, seu quisquam alius, continuavit ad A. C. DCCVI, nunc primum ad quinque Codices MSS. Ambrosianæ exacta, & ad præstantissimum ex his membraneum DCC & ultra annorum, cujus hic specimen præmittitur, plane expressa, additis notis & variis lectionibus

MENSIS JANUARIi A. MDCCXXIV. 5

nibus Henr. Canisii. Probat vero Cl. Muratorius, Historiam hanc, ad A. 813 productam, nec soli *Paulo Diacono*, quippe qui circiter A. 799 e vivis excessisse creditur, nec soli *Eutropio*, vel ejus interpreti *Anastasio*, cui ultimi tantum Libri a XVII ad XXIV magnam partem debeantur, multo minus, ut sibi, non aliis persuasit Baronius, *Theophani* adscribendam, verum incerto Auctori, qui Eutropii, Pauli & Anastasii laboribus usus, plurima ex aliis Scriptoribus hic illic addidit; quam in rem utitur testimonio Scriptoris plane antiqui, Leonis Marficani Chron. Casin. L. I C. 15. Succedit II *Jordanis* seu *Jornandis* (quod nomen ipse prodit Cap. L) Historia de Getarum, sive Gothorum origine & rebus gestis, a P. Johanne Garetio edita & notis illustrata, nunc vero iterum ad fidem antiquissimi Codicis MS. Bibliothecæ Ambrosianæ, cujus pariter specimen depingitur, accuratissime collata atque emendata, cura & studio Jos. Ant. Saxii, ejusdem Bibl. Præfeci. III *Ejusdem* de Regnorum & temporum successione, juxta exemplar editum ex Museo Nicolai Blancardi. IV *Procopii Cæsar*. Historiarum sui temporis de bello Gothico Libri IV, ex versione Claudii Maltreti, in Byzantina collectione exstante, quam Grotianæ prætulit Muratorius, simul & Leonardum Aretinum ab accusatione Christophori Personæ, quasi Procopium Latinitate donatum pro proprio fœtu venditaverit, quodammodo liberans, & ipsius Personæ versionem parum felicem pronuntians. Ne tamen nullum haberet Historiæ Gothorum, Vandal. & Longob. Amstelodami 1655 in 8 ab Hugone Grotio editæ, rationem, inde etiam hujus *Grotii* Explicationem nominum & verborum Gothicorum, Vandal. & Longobard. & VI Excerpta ex *Agarbiæ* Historia, a sine Procopii ad Gothos pertinentia, eodem interprete, transcripsit. Clauditur denique hic Tomus, VII *Pauli Warnefridi*, Longobardi, Diaconi Foro-Julienfis (vulgo *Pauli Diaconi* dicti) de Gestis Longobardorum libris VI ad MSS. & veterum Codicum fidem editis a Friderico Lindenbrogio, quibus accesserunt varix lectiones Codicum Ambrosiani & Madoetienfis, quorum & characteres repræsentantur, & annotationes satis prolixæ Horatii Blanci, Romani. Quæ ad vitam scriptaque Pauli Diaconi & priores operis hujus editiones

spectant, Muratorius, reliqua quæ in hac editione præstita sunt, Blancus erudite præfatus est. Docet vero hic imprimis, post Mediolanensem Codicem, qui propius ad Autoris tempora accedit, alterum illum, qui nuper in Modoetiensis Basilicæ archivo inter chartarum fragmenta repertus, ceteris in iis, quæ ad illam pertinent, auctior est, haud dubie descriptum fuisse tempore Ottonis II Imp. cum subiade, loco licet incongruo, more scribis antiquis familiari, observationes quædam Astronomicæ, a descriptore regnante Ottone, quem vocat, minore factæ, eadem manu inferantur. Neque omisit quicquam Cl. Blancus, quo librum Lectorum usui pararet, cui id primum curæ fuit, ut Longobardorum Regum Chronologiam ab ipso Alboini in Italiam adventu, seu A. 468, ad Luitprandi obitum, quo Paulus historiam absolvit, ita disponeret, ut singulorum Regum anni, quos autor enumerat, loco suo serie continua notarentur, deinde ut, quod Lindenbrogius optaverat, notas subinde historicas, consultis scriptoribus maxime cœvis & diplomatibus, adderet, de quibus non possumus non vel pauca hoc loco referre. Et initio statim non gravatur ea repetere, quæ Cluverius & Grotius de origine gentis Longobardicæ disputarunt, atque hujus sententiæ accedit, simul observans, gentis illius res sola traditione conservatas & sero, Pauli imprimis hujus beneficio, in historiam concessisse, cum & ipse Autharis Rex in suo Legum præmio ceterorum nomina Regum ex memoria senum recenseat. Ad L. I C. 13 non inepte conjicit, veteribus Longobardis morem fuisse manumittendi servos per traditionem aut jactum sagittæ, qui recentioribus exoleverit; tum & ad C. 14 præmium Legum a Rege Rothari editarum, cujus partem tantum Sigonius publicaverat, nunc integrum Noster ex schedis ejus MSS. in Ambrosiana custoditis producit, & leges Longobardorum MSS. in eadem Bibliotheca l. O. n. 55. 4 existare, testatur p. 418. Dum cimelia Basilicæ S. Johannis Modoetiensis memorat Paulus L. IV C. 22, Cl. Blancus tres coronas Longobardicas ibi custoditas & ab ipso sæpius inspectas accurate e suis archetypis in tabula majori exprimit, simulque docet, aureas omnes & gemmis ornatas, sed primam ferrea magis lamina, quæ ex uno Dominicæ passionis

nis clavo confecta creditur, & pie colitur, quam auro æstimandam; alteram Agilulphi Regis nomen ferentem, Christi Angelorumque & XII Apostolorum icones referre, cum inscriptione: **AGILVLF. GRAT. DI. VIR. GLOR. REX. TOTIVS. ITAL. OFFERET. SCO. JOHANNI. BAPTISTÆ. IN. ECCL. MODICIA;** tertiam vero vulgo Theodolindæ adscribi. Quamvis autem primæ nunc quidem nettiquam, ut ceteris, crux pretiosâ appendatur, attamen contra Ill. Fontaninum, e veteri ejusdem Basilicæ lapide, quem depingit, probat, non semper eam sua cruce fuisse destitutam. Quæ Casinates & Floriacenses monachi, Itali inquam & Galli, de translatione corporis S. Abbatis Benedicti disputant, Noster ad **L. VI C. 2**, quem locum utraque pars in rem suam trahit, succincte enarrat, & ex lectione suorum Codicum, pro gente sua fert sententiam. Sed plura non addimus, de altero Operis elegantissimi Tomo, qui una cum primo prodiit, proximo Mense dicturi.

p. 490 sq.

**BIBLIOTHECA HISTORICA REGNI SICILIE, sive Historicorum, qui de rebus Siculis a Saraceno-
rum invasione usque ad Arragonensium Principatum
illustriora monumenta reliquerunt, amplissima Collectio.**

Opera & studio brevibusque Annotationibus

JO. BAPTISTÆ CARUSII.

Tomus I & II.

Fanormi, typis Franc. Cichè, 1723, f.

Alph. 14.

Opportune accidit, quod, dum in antecedenti Collectione perlustranda versamur, hæc altera quoque Scriptorum Siculorum Collectio ad manus nostras pervenit, quæ, etsi illi typi atque chartæ elegantia, & sanæ lectionis sollicitudine, ipsoque præfationum apparatu multum cedat, scriptorum tamen, quæ continet, præstantia non minus videtur commendanda. Et cum in Wecheliæna *Scriptorum rerum Sicularum* Collectione

quin-

quinque tantum Scriptores, Fazellus nempe, Aretius, Niger, Ritius & Falcandus contineantur, in hujus nostræ Tomis duobus prioribus una editis ultra viginti sex numeramus, quibus in sequentibus, qui promittuntur, Tomis accedent multo plures. Nec laude sua fraudandus Cl. *Carusius*, tum recufis *Bonannio* & *Mirabella*, tum edito *Memoriarum* Siciliæ Tomo I, quæ in Actis Er. A. 1720 M. Jan. p. 4 commendavimus, de patria optime meritis, qui antequam secundum & tertium Memoriarum Tomum ederet, hæc monumenta, quorum fide in opere suo concinnando utitur, præmittenda duxit, & quamvis a Latini sermonis puritate subiude longius recedat, nulli tamen cetera operæ studioque pepercit. Consecravit is pariter opus Augustissimo Imperatori CAROLO VI, paucisque in Præfatione monet, similem collectionem jam antea molitos Antonium Amicum & Michaellem de Judice, sed illum morte præventum, hunc gravioribus curis impeditum fuisse. Laudat quoque operam sibi a Jacobo Longo, Thoma Hobarto, Anglo, Jo. Filingerio, Hier. Justiniano aliisque præstitam, & spem facit, se absoluta hac collectione Bibliothecam quoque historicam Siciliæ veteris, Scriptores nempe tum Græcos tum Latinos, Herodotum, Polybium, Diodorum, Livium aliosque editurum. Sed ut primum nunc operis nostri Tomum perlustremus, tres potissimum libros velut *προλεγόμενων* loco esse voluit, Cl. *Marii Aretii*, Syracusani, de situ Insulæ Siciliæ librum, Panormi primo 1537 & nunc sextum, sed emendatius & cum notis editum; *Lupi Protospæze*, qui circa A. 1088 floruit, Chronicon ab A. 860 ad A. 1519 continuatum, atque olim ab Ant. Caracciolo cum aliis vulgatum, cui accessere *Camilli Peregrini* castigationes, ipsius Historiæ Longob. insertæ; & *Joannis de Ceccano* Chronicon Fossæ Novæ a C. N. usque ad A. 1217, quod primus in Italiæ S. Tomo I produxit Ferd. Ughellus. Tum vero, cum ordine procedere & a rebus Saracenicis ordiri constituerit Cl. Editor, e re putavit, *Epitomen* præmittere *rerum Saraccnicarum* in Sicilia ab A. fere 749 ad A. 1054 gestarum, sive *Memoriarum* suarum Libri X partem postremam, ab ipso recognitam & ab Amico quodam Latine redditam. Tum vero præter *Monumenta duo Arabica*

MENSIS JANUARIi A. MDCCXXIV. 9

bica, e marmore in æs transcripta, quæ olim servabantur Panormi in Collegio Soc. Jesu, nunc vero (ut jam antea ex libro Scip. Maffei de Interpretibus Etruscis, a nobis Anno superiore p. 228 recensito, didicimus) Veronam translata sunt; sequitur *Chronicon Siculum* ab A. 827 ad A. 963, e codice *Arabico* Bibliothecæ Cantabrigiensis, quem Noster opera Cl. Hobarti una cum versione Latina nactus, communicaverat cum Viris Celeb. Justo Fontanino & Joh. Simonio Assemano, qui versionem emendavit, lacunasque supplevit, atque alia chronologiæ momenta in Epistola ad Fontaninum excussit; quamvis nec Canusio nostro nihil debeatur, qui nomina civitatum ad Arabicum sonum detorta, v. gr. pro *Alkassaryennab* Castrum Ennæ, pro *Tarient* Agrigentum, pro *Reivab* Regium &c. feliciter restituit. *Chronicon Saraceno-Siculum* ab A. C. 842 ad 904, ex *Abulpheda* Chronol. univ. ejusque continuatio ad A. 1039, ex *Alcadi-Sciobabadin* Historia excerpta, quæ ex Escorialensis Bibliothecæ Codice a Marco Dobelio Latine versa, & ab Augustino Inveges in Panormo sacra Italico idiomate vulgata, nunc rursus Latinitate donata publicanda hic duxit Cl. Editor. *Theodosii Monachi* Epistola de direptione urbis Syracusanæ a Saracenis A. 880 facta, cum *Octavii Cajetani*, qui eam Tomo II SS. Siculorum vulgaverat, animadversionibus. *Joannis Diatoni*, qui circa A. 903 floruit, Martyrium S. Procopii, Episcopi Tauromenii, ab eodem Cajetano & Bollandò editum, qua Tauromenii expugnatio, quæ ab aliis ad A. 878, vel 893, vel 963 refertur, A. 903 facta traditur, additis pariter Cajetani animadversionibus. *Epistola Fratris Conradi* ad Ang. Boccamazam Ep. Cathanensem, seu breve Chronicon ab A. 1027 ad A. 1283, a Jo. Bapt. de Grossis in Cathana S. primum vulgatum. *Series Principum Caipharum* &c. qui Siciliæ ante Normannos imperarunt, ex Elmacini Hist. Sarac. descripta & ab Ant. Pagi Criticæ Baronianæ inserta, cum multis aliis e Chronologia Araba *Hazi Halife Mustafa*, *Theophane* item, *Paulo Diacono*, *Anastasio*, *Georgio Cedreno*, *Joanne Curopalata*, *Jo. Zonara*, *Leonis Ostiens.* Chronico Casin. & *Erchemperti* Historia Longob. excerptis. Tum succedunt Scriptores Historiæ Normannico-Siculæ, nempe *Gulielmi Apuli* de rebus suo potissimum tem-

pore (vixit autem vergente Seculo XI) in Apulia, Campania, Calabria & Sicilia gestis Poema, olim seorsim Rothomagi 1582, iterumque a Leibnitio Tomo I Scriptor. Brunsv. editum, quam utramque editionem Noster consuluisse videtur. *Gaufridi Malaterra* de Roberti Viscardi & Rogerii, Calabriae Ducum, rerum in Campania, Apulia, Brutiis, Calabria & in Sicilia gestarum Libri IV, ipsius Rogerii jussu scripti, & ab Hier. Surita, rursusque in Hispania Illustrata a Jo. Pistorio Tomo III editi, nunc, ubi lacunae apparebant, e Codice MS. Bibliothecae Marchionis Jarratae suppleti, e quo nova quoque Appendix ab Anno fere 1027 ad A. 1265 accessit. *Alexandri Celestini* Rogerii Siciliae Regis rerum gestarum Libri IV, post Suritae itidem & Pistorii editiones recusi. *Falconis Beneventani*, scriptoris Seculi XII non indiligentis, quamvis Normannis parum faventis, Chronicon, quod initio quidem & sine mutilum, & ab A. 1103 ad A. 1140 excurrens, primus edidit Caracciolus Neapoli 1643, additis, quae anno sequenti ibidem prodierant, castigationibus Camilli Peregrinii. *Hugonis Falcandi* de rebus gestis in Siciliae Regno Historia, quam ex Longogaei editione, quae Parisiis prodit 1550, reculam hic esse, vel inde patet, quod Cl. Editor in ipso ejus titulo retinuit verba: *Jam primum typis excusa, studio & beneficio Rever. Domini Matthaei Longogaei Sc.* quibus facile persuaderi posset Lectori improvido, quasi nunc demum e tenebris eluctaret liber, nisi e praemissa Praefatione intellexerit, opus hoc post Parisinam editionem etiam Scriptoribus Siculis Francofurti collectis insertum. *Petri Blesensis* Epistolae selectae ad Siculos, nempe X, XLVI, LXVI, XC, XCII, in quibus eum graviter de Siculis conqueri, mirum is haud videbitur, qui non ignorant, illum a Margarita Regina e Gallia A 1166 eo vocatum, & institutione filii Gulielmi II Regis praefectum, aliorum mox invidiae cedere coactum. Ultimo loco exstat *Anonymi Monachi Casinensis* rerum in Regno Neapolitano gestarum breve Chronicon ab A. 1000 ad 1212, a Caracciolo inter Antiquos Chronologos quatuor Neapoli 1626 editum, cujus tamen plures fuisse autores, Peregrinius in Castigationibus ad idem Chronicon, quae pariter hic accessere, luculenter ostendit.

Tomus

MENSIS JANUARIi A. MDCCXXIV. II

Tomus II, qui rectius altera pars Tomi I dicendus erat, quod & paginarum numero & uno indice cum primo contineatur, & ipse Carusius subinde hic ad Scriptores provocet, Tomo II inferendos, quæ in hoc neutiquam comparent, Scriptores potissimum Historiæ Suevico-Siculæ exhibet. Exstat itaque hic *Richardii de S. Germano*, a natali solo, quod antea Casinum dictum, appellati, Chronicon rerum per Orbem gestarum ab excessu Wilhelmi Siciliæ Regis, seu ab A. 1189, ad A. 1243, quo temporis intervallo ipse vixit, ab Ughello Tomo III Italiæ S. vulgatum, historiæ Normannico-Suevicæ monumentum præcipuum, quamvis Autor, iudice Nostro p. 625, nimio in Fridericum II Imp. amore aliquando a veritate deflexisse videatur. *Anonymi Fuxensis*, scilicet e Bibliotheca Collegii Fuxensis a Fr. Bosqueto primum, deinde a St. Baluzio cum Epistolis Innocentii III Pont. editi, gesta Innocentii III, Balii, seu tutoris Friderici Regis Siciliæ, inter Cæsares secundi, (omissa tamen parte altera, quæ res spirituales Pontificis concernit) quæ Richardum illum mire illustrant: accessere e Miscellaneorum Baluzii Tomo I Friderici II epistolæ, ut & ejusdem Testamentum e vetusto Codice Marchionis Jarratanæ emendatum. *Anonymi*, ab Ughello Tomo VIII editi, & *Salla* seu *Saba Malaspina*, quem Baluzius Miscell. Libro VI protulit, historiam de rebus Friderici II Conradi & Manfredi, Caroli item Andegavenis & Conradini, quorum alter alterum magnam partem de verbo ad verbum descripsit, nisi quod ille Gibelinorum, hic Guelforum partes sequatur, ita hic conjunxit Cl. Editor, ut, repetitionibus omissis, alterum ex altero suppleat, simulque observet, in sequentibus *Nicolaum Specialem* consulendum, quem Tomo II (seu, pro nova operis distributione, Tertio) destinaverit: adjectæ sunt Manfredi, Conradi & Conradini quædam epistolæ, pleræque e Baluzii Tomo I excerptæ. *Anonymi* Historia Sicula succincta a Normannorum in Italia adventum usque ad Vesperas Siculas annumque 1281, quam plerisque atque ipsi Augustino Inveges, qui Apparatum ad Annales Siculos dedit, ignotam, Ill. Filingarius e duobus Codicibus Bibl. Vaticanæ, accurate inter se collatis, primus exscripsit, & cum Nostro communicavit. Accedunt Appendicis quasi loco ex *Romualdi*, Salern.

Archiep. A. 1181 mortui, Chronico pars postrema, seu res ab A. 1159 ad A. 1177 gestæ, quibus ipse pro Gulielmo II Siciliæ Rege interfuit, ex Ughelli Tomo VII; tum plurima excerpta alia e Chronico *Casinenfi*, *Wilhelmo Gemmeticensi*, *Oderico Vitali*, *Bongarsii* gestis Dei per Francos, *Luitprando*, *Wippono*, *Ottone Frisingensi*, *Ottone a S. Blaſo*, *Hermanno Contracto*, *Monacho Paduano*, *Goffrido Viterbiensi*, *Gunthero*, *Sigeberto Gembl. Siffrido Presb. Reginone*, *Rogero de Hoveden*, *Guilielmo Malmesbur.* *Conrado Urspergensis*, *Eadmero*, *S. Bernardi & S. Petri Cluniac.* Epistolis, *Joanne Sarisbur.* *Arnoldo Lubec.* *Matthæo Paris*, Scriptoribus item Byzantinis, aliisque, quibus etiam immixtum deprehendimus p. 1089 *Matthæi Spinelli de Juvenatio* Chronicon ab A. 1250 ad 1265, Etrusco idiomate compositum, sed Latine versum & a Papebrochio inter Acta Sanctorum relatum.

HISTOIRE DE L' ACADEMIE ROYALE DES
Sciences. A. MDCC XVIII.

hoc est,

HISTORIA ACADEMIÆ REGIÆ SCIEN-
tiarum Anni 1718, cum Commentariis Mathematicis
& Physicis ejusdem anni.

Amstelodami, apud Petrum de Coup, 1723, 12 reg.
Alph. 1 Tabb. æn. 17.

IN *Physica generali* primo loco occurrit duplex observatio auroræ borealis, quarum altera facta est d. 4 Martii, altera d. 23 Novembris A. 1718. In priori nihil singulare occurrit, quod non jam notatum fuerit ab aliis hujus phænomeni observatoribus; ast in posteriori notatu admodum dignum, quod *Maraldus* lumen septentrionale inter duo nubium strata observaverit, quorum superius ab illo illustrabatur, inferius vero quandam ipsius partem obtegebat. Magnam lapidis nigri scissilis quantitatem in territorio *Lugdunensi* collegit *de Jussieu*. In singulis fere frustis fragmentum aliquod plantæ conspiciebatur. Tanta exactitudine repræsentabantur folia, ac si manu diducta & lapidi agglu-

agglutinata fuissent. Duo cum prius notari merentur, scilicet 1 quod plantæ sint peregrinæ, quales fert India orientalis, ferunt calida Americæ climata, 2 quod laminæ sejunctæ exhibeant imaginem ejusdem faciei foliorum, altera quidem in superficie convexa, altera vero in concava. Quam *de Reaumur* animo conceperat ideam geneleos minerarum ferri, quod scilicet particulæ ferri a materia quadam liquida advehantur & cum ea terræ poros ingrediantur, observatione singulari confirmavit. Reperit is portionem mineræ encausto naturali obductam, quod duritiæ, politie & nigrore artificiale quodvis facile superabat, certo indicio, materiam hujus fuisse fluidam. Docet idem, concreciones faxeas aliter formari in cavernarum fornice, aliter in fundo. Illæ pelliculo instruuntur, quo fornici adhærent & lachrymæ vitreæ figuram æmulantes per laminas successive superinductas concrefcunt; hæ autem guttis in planum decidentibus massam undatam efformant. *Saurinus* demonstrat, si duo fuerint fluida in se homogenea & ejusdem densitatis, nisi quod particulæ unius crassiores, alterius vero subtiliores, & utrumque eadem celeritate moveatur, utrumque eadem vi in planum obvium incurere, ut adeo subtilitas fluidi impetui non oblit. Per microscopium exquisitum in guttulis liquorum animalcula infinite exigua observavit *de Malezieu*. A nonnullis ovula excludi vidit, ab aliis fœtus vivos figura discernibili & motu sensibili præditos. Ex ovulis prodeuntia observavit animalcula, quæ, prout momento sequenti magis evoluta conspiciantur quam præcedente, ad similitudinem matris continuo magis magisque accedebant. *De la Hire* quantitatem aquæ pluvialis A. 1718 æstimat 17 digitorum $8\frac{1}{2}$ linearum. Die 4 Julii grandinis cœlitus delapsæ diametrum dimensus invenit eam 7 linearum. D. 29 Decembr. declinationem acus magneticæ observavit 12 grad. 40. min. in occidentem. Denique *de Reaumur* fluvios Gallix aëri-feros describit.

In *Anatomicis* defendit *Roubault*, qui in structuram placente uterinæ summo cum studio inquisivit, sanguinem matris in fœtum ex placenta ipso cordis & arteriarum fœtus impulsu propelli. Et *Malpighius* in anatomia pulmonum nihil posteris,

quod detegant, reliquisse videatur; *Helvetius* tamen filius in structuram hujus visceris nova solertia inquirens, varia vidit hactenus non observata, quæ breviter commemorabimus. Membranas pulmonum esse continuationem pleuræ, & externam quidem pulmonis ab interna pleuræ, internam pulmonis ab externa pleuræ ortum trahere, atque internam esse magis tenuem externam, quæ aeri transitum neget, quamdiu visceri suo adhæret, ab eodem vero separata eundem permittat. Fibras, quas vulgo carneas seu musculosas esse perhibent, secundum longitudinem arteriæ asperæ ac omnium ejus ramificationum protensas insigni tenacitate ac elasticitate gaudere, colorem vero rubrum trahere a vasis sanguiferis admodum subtilibus, quæ iisdem sociata communi quadam membranula involvantur. Ab elasticitate harum fibrarum, quæ etiam post mortem animalis conservatur, pendere motum pulmonum. Membranam bronchiorum internam cum externa tandem coire, nequaquam vero in vesiculas abire. Substantiam pulmonis esse spongiosam, cellulis innumeris, sed admodum irregularibus ac magnitudine differentibus per tenuissimas membranas formatis. In has cellulas definire subtilissimas arteriæ asperæ ramificationes, quas ne per microscopium quidem distinguere satis liceat. Lobulos esse portiones texturæ spongiosæ membrana involutas & interstitia (qua in re cum *Malpighio* sentit) repleti membranulis valde tenuibus. Singulas unius lobuli cellulas aere una repleti iterumque depleri. Aerem non transire ex lobulo uno in alterum; transire tamen in interstitia, ex quibus nonnisi lentissime iterum egrediatur, ita ut in expiratione in nonnullis persistat. Interstitiis nullam esse in statu naturali inter se communicationem, quæ locum non habeat, nisi ruptis vi flatus violenti membranulis. Ramos arteriarum ex uno lobulo non progredi in alterum, sed unumquemque per suum lobulum ramificari, donec tubuli capillares cum vasculis capillaribus venarum congregantes forment reticulum illud admirandum a *Malpighio* detectum. Anatomia pulmonum eundem *Helvetium* ad difficultatem quandam circa circulationem sanguinis enodandam adduxit. Ne ingurgitatio accidat in alterutro vasorum systemate, tantundem sanguinis eodem momento in arterias propelli debet,

debet, quantum a venis effunditur. Ventriculus cordis dexter cum annexo venarum per corpus dispersarum systemate superat capacitatem ventriculi sinistri & annexi arteriarum systematis: contraria autem ratione, observante *Helvetio*, systema arteriosum in pulmonibus superat systema venosum. Ipse igitur venas pulmonales cum sinistro cordis ventriculo & annexo arteriarum systemate concipit instar vasis unius angustioris, & arterias pulmonales cum dextro cordis ventriculo & annexo venarum systemate instar vasis alterius capacioris. Ut autem appareat, utrumque vas, & angustius, & capacius, eandem quantitatem sanguinis constanter continere, in angustiori sanguinem esse densiorem sumit ob aerem in pulmonibus admixtum, in capaciore vero rariorem ob aerem successive perditum. *De Reaumur* de cancerum exuviis, quas quotannis deponunt, singularia annotat. *Marchant* sistit lacertum duplici cauda instructum, qualem reperiri & olim *Plinius*, & recentius *Jonstbonus* observavit. *Morandus* ovum monstrosum describit, quod in gallina ægrotante, incisione facta, reperit. Pondere ova maxima septies superabat: albumen erat induratum & in eo 36 pulli satis distincte cernebantur. Idem casum singularem hydropis commemorat, ubi, facta punctione, aquæ nihil egrediebatur, nisi extracto corpore oblongo longitudinis duarum ulnarum. *De Jussieu* confirmat, quod *Lemery* observavit, sperma ceti, quod vulgo dicitur, non esse nisi cerebrum ceti certo modo præparatum. *Wolbouffus* duo exempla cataractarum membranacearum producit. *Diffee* casum singularem recenset fœminæ uno oculo objecta proprio in loco cernentis, sed ambobus in peregrino versus lævam remoto ad distantiam 8 aut 10 circiter passuum. Oculus sinister casu quodam debilitatus aliquantulum constanter rubet. *Deslandes* monstrat pulmonem quinque lobis constantem juvenis 27 annos nati. *De Jussieu* in scenam producit puellam, quæ a nativitate lingua destituta distincte locuta, sapes distinxit, cibos masticavit & deglutivit: quale exemplum ante complures annos in Aglossostomographia dedit *Rolandus*, Chirurgus Salmuriensis. Linguz locum exigua quædam eminentia carnosâ occupabat. *Petitus* hydrocephalen seu tumorem aquosum capitis describit & novum instru-

mentum chirurgicum ad suspendendam circulationem sanguinis in membro corporis, donec operatio fuerit peracta, ubi Mechanicæ in Chirurgia usum commendat. Describit etiam novum pyxididis genus in usum crurum fractorum. *Roubault* ad injectiones anatomicas præ ceteris commendat ichthyocollam in aqua solutam. *Listre* per rationes a structura corporis petitas & experimenta inquit, utrum in casu necessitatis alimenta liquida per nares assumere liceat ægrotis, nec ne.

In *Chymicis* de examine spiritus vini & aquæ vitæ differit *Godofredus*. Reperit majorem phlegmatis quantitatem in spiritu vini rectificatissimo, quam facile quis suspicatus fuerit, & quod duo spiritus vini, quæ per examina consueta ejusdem virtutis censentur, admodum differre possint. Novem uncias inesse deprehendit duas uncias cum 3 granis phlegmatis: immo examine delicatiori dimidiam quantitatem phlegma esse invenit. Notum est ex *Chymicis*, corpus unum alteri unitum, v. gr. metallum mentruo, in quo dissolvitur, ab ipso rursus destitui, ubi obvium fuerit aliud, cum quo unitur. Quodsi ad experimenta chymica attendamus, per ea liquet, corpus unum idemque magis esse dispositum ad unionem cum hoc, quam cum isto corpore atque hujus dispositionis diversos dari gradus. Has dispositiones ad examen revocavit *Godofredus*, & Tabulam condidit pro materiis, quæ Chymicorum experimentis subsunt, ut effectum ex mixtione resultatuum prævidere quodammodo liceat. Tabula ista ulteriorem perfectionem a perfectione Chymicæ expectat. Cum *Boulduc* perpenderet, *sal* sic dictum *Ebsomiense*, quod ex Anglia affertur, nequaquam illud esse posse, quod *Grewius* in Tractatu A. 1697 edito ex aqua minerali Ebsomiensi extrahere docuit, cum nonnisi $\frac{1}{2}$ g quantitatis aquæ, unde extrahitur, constituat; in ejus præparationem inquirens, tandem multiplici experimento facto didicit, ipsum ex alumine & sale Tartari seu oleo Tartari per deliquium optime parari. Monet autem pro candore suo, se præparationem istam postea reperisse apud *Hartmannum*, cum se crederet esse inventorem. Describit *Salis Ebsomiensis* in Anglia præparationem, quam ipsi communicavit *Mendez*, Medicus Regis M. Britannicæ.

In *Botanicis* primo loco occurrit celebris illius plantæ Sinesis,

sis, quæ in patria maximo in pretio habetur & *Gin-seng* appellatur, historia. *Bourdelin* A. 1697 de ea nonnulla communicavit cum Academia Regia Scientiarum, quæ aliorum fide retulerat, scilicet quod crescat in locis umbrosis Provincie *Leautonenfis* in Tartaria orientali, quæ Sinensi imperio subest, sub arbore *Kiacha*, proxime ad sycorum accedente, & quod habeat virtutem purificandi sanguinem, fortificandi stomachum, accelerandi pulsum debilem, renovandi calorem naturalem & una augendi humidum radicale. A. 1713 in litteris Missionariorum Jesuitarum, quæ sub titulo *Lettres edifiantes & curieuses* prodierunt, lucem publicam adspexit epistola R. P. *Jartoux* de hac herba, qui A. 1709 a Sinensium Imperatore in Tartariam missus, ad mappam geographicam conficiendam, 10000 Tartarorum offendit, plantam istam conquirentium, cujus duas uncias capitacionis loco accipit Imperator, pro eo, quod superest, æquale pondus argenti puri solvens. Suspensus fuerat ob affinitatem sylvarum *Canada* & *Tartariae*, sub eodem pæne climate sitarum, eandem quoque in *Canada* crescere. Et R. P. *Josephus Franciscus Lafitau*, Jesuita Missionarius, eam sibi reperisse visus, quam incolæ *Garent-gouen* vocant. A. 1712 dubia quædam contra plantam R. P. *Jartoux* ex *Kampferi* Germani libro moverunt nonnulli, quod ea non sit vera planta *Gin-seng*, & eadem urfere contra plantam R. P. *Lafitau*. Sed cum is A. 1718 Parisios veniret, edito libro dubia omnia sustulit. *Vaillant* plantam hanc sub novo genere collocat, quod *Ar. liastrum* appellat. Eam in *Canada* inter plantas regionis singulares numeravit *Sarrasinus*, Consiliarius & Medicus Regius, eamque sub nomine *Aralie humilis fructu majore* ad *Fagonium* A. 1704 in ornamentum horti regii misit, antequam constaret esse plantam *Gin-seng*. Ejusdem meminit *Rajus* sub nomine *plantule Marilandice foliis in summo cauliculo ternis, quorum unumquodque quinquefariam dividitur, circa margines serratis*. Planta quotannis ex radicum nodis recentibus progerminat, caulem fert annuum & per femina difficillime propagatur. *Reneaume* asseverat, *hepaticam nobilem Tragi*, plantam in Medicina usualem, sed parum æstimatam, præcipuas plantæ *Gin-seng* virtutes habere. Idem nonnulla

nulla annotavit de perficiendo Systemate botanico *Tournefortii*. *Marchant* plantam describit, quam vernacula lingua *l'indigélier* vocat. *Vaillans* nonnulla de novis characteribus plantarum annotat, & *Danty & Isnard* novum plantarum genus condit sub *Cynoglossoidis* nomine.

Quæ in *Geometricis* de isoperimetris *Joannes Bernoulli* meditatur, ea pariter in Actis nostris leguntur. Ibidem etiam leguntur, quæ de curvis isochronis & de curva celerrimi descensus inveniunt. *Saurinus* contempletur quadrilaterum parabolæ inscriptum, & *Varignonius* sectiones transversales prismatum descensu parallelo curvarum genitorum.

In *Astronomicis* projectiones eclipsium Solarium vel generaliter eclipsium parallaxibus subjectarum expendit *Delisle* junior, & novæ cujusdam projectionis ideam exhibet, quæ determinationem harum eclipsium geometricam ad simpliciore expressionem reducit, quam quæ ex projectionibus ordinariis resultat. A. 1718 ad finem perducta est magna illa linea meridiana observatorii Parisini ab Oceano usque ad mare mediterraneum per omnem Galliam ducta, partem septentrionalem, quæ a *Dominico Casfno* intacta fuerat, complementibus *Casfno* filio, *Maraldo* & *de la Hire* filio. Refert *Casfnus*, quicquid circa determinationem magnitudinis Telluris ab *Eratosthene*, *Cleomede*, *Posidonio*, *Almamonis* Caliphæ Mathematicis, *Fernelio*, *Snellio*, *Ricciolo*, *Picardo*, *Casfno* & *Philippo de la Hire*, tum denique a se atque fociis tentatum, atque figuram & magnitudinem Telluris inde determinat. Enimvero cum integer de hoc argumento Tractatus Commentariis hujus anni fuerit subjunctus; proximo mense de eodem sigillatim dicemus. *Maraldus* observavit transitum Jovis prope *Propum*, quæ est fixa præcedens pedem occidentalem geminorum longitudinis $27^{\circ} 3' \Pi$, latitudinis meridionalis 11 minutorum. Intervallo octomensium ter accidit. Conjunctio prima facta est, cum Jupiter esset directus, in eodem gradu longitudinis *Propi* d. 27 Aug. A. 1716 h. 7 min. 40 mat. latitudine existente meridionali $19' 36''$. Altera accidit, cum Jupiter esset retrogradus, d. 12 Dec. anni ejusdem hor. $12 \frac{1}{2}$ vesp. in $27^{\circ} 3' 2'' \Pi$ cum latitudine meridional-

MENSIS JANUARIi A. MDCCXXIV. 19

meridionali 19° 30', conspirantibus observationibus Romæ a *Blanchinio* & Genuæ a *Marchione Salvagine* factis. Tertia contigit, cum Jupiter denuo factus esset post retrogradationem directus, d. 18 Apr. h. 8 vesp. A. 1717 in eodem gradu longitudinis cum *Propo*, cum latitudine meridionali 15'. Utitur his observationibus ad determinandum motum medium Jovis & comparatione cum recentioribus observationibus atque antiquis facta suspicatur, motum Jovis medium in singulis revolutionibus accelerari: quam tamen conjecturam seris nepotum observationibus decidendam relinquit, annotans simul, in Saturno contraria ratione motum medium retardari videri, *De la Hire* uterque, *Cassinus* & *de Louville* d. 9 Febr. A. 1718 observarunt *Aldebaram* a Luna occultatam. Facta est immersio h. 6 16 52 vesp. &, quod notatu dignum, idem momentum observatum tum oculo nudo, tum armato. Duratio fuit 1 h. 16 42'. Uterque *de la Hire*, *Cassinus* & *Maraldus* observarunt d. 2 Martii eclipsin Solis horizontalem in ortu, tempestate non admodum favente, quæ tamen magis favebat *Norimbergæ Wurzelbauero*, cujus observationem *Delisle* junior describit. Observavis is h. 64 8 Solis orientis defectum 1 digiti 35 min. h. 7 24' & 30' digitorum trium. Finem annotavit h. 8. 8 48'. Vidit 4 in Sole maculas, sed quas eclipsis minime attigit. *Cassinus*, *Maraldus*, *de la Hire* & *Blanchinius* observarunt d. 9 Sept. eclipsin Lunæ. *Maraldus* circa medium eclipsios vidit per telescopium duas exiguas fixas Lunæ admodum propinquas, quarum occidentalis tecta fuit a Luna h. 8 45' 35" &, quod ante nunquam ab ipso observatum, intervallo aliquot secundorum limbo lunari adhæsit quasi, antequam dispareret. *Cassinus* idem phænomenon annotavit, itemque *de la Hire*, nisi quod ille tempus adhæfionis ad integri minuti, hic ad duorum minorum intervallum extendat. Causa conjicitur in vivacitatem luminis lunaris, vi cujus discus Lunæ major apparet quam revera est. Fuit autem eclipsis totalis & horizontalis. Visa est Luna per integrum totalis obscurationis momentum.

In *Geographicis* quædam de imperio Sinenfi antiquo & moderno annotat *Delisle*. Ansam dedit mappa Geographica ad Academiam Regiam Scientiarum missa, quæ a Mathematico Sinenfi

nenſi facta admodum differt ab iis, quas noſtri Geographi dederunt. Caret autem gradibus longitudinis & latitudinis, atque characteribus Sinicis expreſſa.

Obierunt hoc anno quatuor focii, *de la Hire, de la Faye, Fagon & Abbas de Louvois*. Primus illorum, nempe *Philippus de la Hire*, natus fuit Pariſiis d. 18 Martii A. 1640. Parens ejus erat pictor Regis ordinarius & Profeſſor in Academia pictorum & ſculptorum. Arti pictoriæ & ſculptoriæ deſtinatus filius, Perſpectivæ, Gnomonicæ & projectioni ſphæræ operam dabat, & anno ætatis decimo ſeptimo patre orbatus, & valetudinarius, A. 1660 in Italiam proficiſcebatur ad artem perficiendam. Venetiis magno fervore animum ad Geometriam & ſectiones inprimis Conicas *Apollonii* appulit. Moribus Itatorum, vitam ſolitariam adamantium, valde delectatus, ibi diutius ſubſiſtere decreverat, ſed a matre inſtanter revocatus, quadriennio elapſo in patriam redibat. Ibi ſtudia Geometrica continuabat, & *Deſargues* atque *Bosſius*, de artificiali lapidum ſectione meditantibus, ejus luminibus geometricis juvabantur, atque ita A. 1672 Geometra primum publice innotuit. Mox ipſe A. 1673 & 1676 opuscula quædam de Conicis & cycloide edebat, & A. 1678 in Academiam Scientiarum receptus, anno ſequenti edidit vernacula *nova elementa ſectionum conicarum, loca geometrica & conſtructiones aquationum*, ubi myſteria Geometriæ *Carteſii*, a *Sluſio* detecta, explicabat. A. 1679 ipſi atque *Picardo* committebatur cura mappam Geographicam exactam Galliæ conſiciendi. A. 1682 publicabat Tractatum de Gnomonica lingua vernacula, A. 1698 auctiorem multo reuſum. Meridianam lineam A. 1669 a *Picardo* inchoatam ipſe A. 1683 verſus ſeptentrionem continuabat, *Casſino* austrum verſus eam producente. Sed interrupto labore ad libellandas aquas A. 1684 juffu Regis ſtadium omne convertebat, ob aquæ ductus maximi momenti, quos Rex meditabatur. A. 1685 prodibat opus *Sectionum Conicarum in novem libros diſtributarum*, & biennio poſt Tabularum Aſtronomicarum partem primam de motibus luminarium eorumque ecliptium addebet, quæ correctiores & motu ceterorum planetarum auctæ ſub titulo *Tabula Aſtronomica Ludovici M. juffu & munificentia exarata*

MENSIS JANUARIi A. MDCCXXIV. 21

arata A. 1702 recudebantur. A. 1689 *Scholam agrimensorum* vernacula edebat, quæ A. 1692 auctior prodibat. A. 1694 quatuor publici juris faciebat Tractatus de epicycloidibus, de præcipuis glaciæ & frigoris effectibus, de differentiis sonorum chordæ in instrumento musico, quod Gallis *trompette marine* appellatur, & de diversis visus accidentibus. Sequebatur A. 1695 Tractatus de Mechanica. Præter schediasmata, quæ in Commentariis Academiæ Regiæ Scientiarum leguntur, A. 1684 publicabat Tractatum de libellatione aquarum *Picardi* cum suis additionibus, & A. 1686 Tractatum *Mariotti* de motu aquarum & aliorum corporum fluidorum. Per aliquot annos fungebatur munere Professoris in Academia Architectorum, & in arte pictoria excellebat. Valetudine firma usus in conclavi suo meditationibus indulgebat, nullo utebatur exercitio corporis, nisi quod observatorium, Academiam Scientiarum, Academiam Architectorum, Collegium Regium, cujus erat Professor, frequenter. Post infirmitatem unius mensis subito extinguebatur absque agonia d. 21 Apr. A. 1718, ætatis 78. Ex duplici matrimonio 8 liberos genuit. Politis præditus erat moribus, circumspectus, timidus, a lucri cupidine alienus, æquus, religiosus, pius.

Joannes Elias Leriget de la Faye natus est Viennæ Allobrogum A. 1671 d. 15 April. patre *Petro Leriget de la Faye*, Stabuli Magistro & Quæstore generali per Delphinatum, qui, non obstantibus occupationibus, litteris elegantioribus delectabatur. *P. Lupus*, Jesuita, Mathematicus, docuit ipsum Geometriæ elementa, quæ, cum esset in militiam pronus, tanquam sibi profutura avide hauriebat. Anno ætatis 19 militem agere cœpit, & ad varias dignitates militares ascendit, non tamen neglectis studiis mathematicis & praxi geometrica in campo data quavis occasione exercita. Pace facta, studiis Mathematicis, ac Mechanicæ imprimis & Philosophiæ experimentalis, serio incubuit. A. 1716 in Academiam Scientiarum receptus, & A. 1717 duo dedit schediasmata, quæ in Commentariis illius anni leguntur. Cum multa hinc spes in futurum affulgeret, d. 20 April. A. 1718, ætatis 47, vitam cum morte commutavit. Unicum reliquit filium hæredem.

Guido Crescentius Fagonius natus est Parisiis d. 11 Maji A. 1638. patre *Henrico Fagonio*, Commissario belli ordinario. *Guido de la Brosse*, Medicus ordinarius Regis *Ludovici XIII*, a Rege obtinuerat, ut hortus in usum Botanicæ coleretur, quem cum plantis ultra bis mille instruxisset, & domicilium suum in ædificiis juxta eum excitis fixisset, uxorem *Fagonii*, neptem suam, penes se habebat, cum filium ederet. Hic in horto regio natus plantarum ideas primas hausit & lingua botanica facta est ipsi materna. Studio Medico addictus, cum non sine audacia paradoxam tunc temporis thesin de circulatione sanguinis publice disputando defendisset, A. 1664 Medicinæ Doctor creatus fuit. Cum horto regio præfectus *la Brosse*, primo inter Medicos Regios loco obtento, eundem neglexisset, ut omnibus fere plantis denudatus non amplius sibi similis esset; *Vallois* ad dignitatem primi Medici evectus de eo reficiendo cogitare cœpit, usus consiliis *Fagonii*, qui, etsi fortunæ essent mediocres, propriis tamen sumptibus *Arverniam*, *Occitaniam*, *Provinciam*, *Alpes* ac montes *Pyrenæos* percurrrens magnam plantarum copiam collegit, quibus hortus instrueretur. Plantas peregrinas redux in ordinem digessit, & Catalogus plantarum horti regii ultra 4000. qui A. 1665 sub titulo *Horti Regii* prodiit, ipsius potissimum curæ debetur. Vix Doctor Medicinæ creatus fuerat, cum Professio Botanicæ & Chymicæ in horto Regio ipsi demandaretur. Praxin quoque Medicam in urbe exercuit frequentem, & A. 1680 a Rege datus est primus Medicus Conjugi Delphini, paucos post menses Regiæ & ea mortua familiæ Regiæ, donec tandem A. 1693 Rex primum sibi Medicum nominaret. Ad eam dignitatem evectus *Tournefortio* horti curam commisit & raro exemplo redivit primi Medici regii multis nominibus incrementum. Ipse quoque Autor fuit Regi, ut *Tournefortium* in Græciam, Asiam & Ægyptum studii botanici ergo mitteret, & temporibus difficilibus ad plantas exoticas conservandas sumtus proprios suppeditavit. Facultatem Medicam Parisiensem, cujus erat membrum, pro virili juvit cum in privilegiis conservandis, tum in invidorum moliminibus dejiciendis. Delitiis aulicis cum minime caperetur, tempus omne a muneris ratione residuum

MENSIS JANUARIi A. MDCCXXIV. 23

in praxi medica & librorum lectione consumpsit. Valetudinem, quam non satis firmam expertus, diæta conservavit. Rege mortuo, in hortum regium secessit, cujus sibi inspectionem servaverat, & d. 11 Martii A. 1718 octuagenario proximus animam exhalavit. Numero Academicorum honorariorum adscriptus est A. 1699. Duos reliquit filios, quorum natus major Episcopus *Lombastensis*, natus minor Consiliarius status.

Camillus Tellerius natus est d. 11 April. A. 1675, patre *Michaele Tellerio*, Marchione de *Louvois*, Ministro status, cumque esset quatuor filiorum natus minimus, Ecclesiæ a parentibus destinatus, anno ætatis nono rei librariæ Magistri munus obtinuit, cum quo parens in favorem filii inspectionem Bibliothecæ Regiæ & nummophylacii conjunxit. Optimis magistris institutus, cum unum in philosophiæ cursu annum consumpsisset, A. 1692 patre orbatus, studia continuavit, & a *Philippo de la Hire* Geometriam, ab Anatomico celebri *du Verney* Anatomiam didicit. Cursu Theologico absoluto, Doctor Sorbonicus factus, ad negotia ecclesiastica ab avunculo Archiepiscopo Rhemenfi in ea diocesi perductus est, atque conventui Cleri, cui præsidebat Archiepiscopus, A. 1700 interfuit. Circa finem ejusdem anni iter in Italiam fecit & per omnem regionem bonos conquirit liberos, quas Bibliothecæ regiæ deesse noverat, ita ut 3000 circiter volumina secum in Galliam afferret. Ex Italia redux sub Archiepiscopo Rhemenfi diocesi istam vicario nomine administravit, sed eo mortuo omnem suam curam in Bibliothecam regiam contulit, quam non modo ultra 3000 voluminibus impressis, sed & ingenti MSS. numero auxit. A. 1699 numero Academicorum honorariorum adscriptus & A. 1706 locum in Academia Gallica, A. 1708 in Academia Inscriptionum obtinuit. A. 1717 ad Episcopatum Claromontanum denominatus: sed obstetit valetudo minus firma, quo minus hanc dignitatem adiret, mox enim anno sequenti d. 5 Nov. doloribus a sectione calculi exortis vitam finiit.

HISTOIRE DE L' ACADEMIE &c.

hoc est,

HISTO-

**HISTORIA INSTITUTI SCIENTIARUM
& Artium, sive Academiæ A. 1712 Bononiæ conditæ,
scriptore DE LIMIERS, I. V. D.**

Amstelodami, sumtu Societatis, 1723. 8 maj.

Pl. 15

Quanta sit vetustas, quantaque gloria Academiæ, hoc est, Scholæ universalis sive Universitatis (nam & alio sensu nomen *Academia* usurpant Itali) Bononiensis, nemo doctus ignorat. Accessit vero non ita pridem nova huic urbi laus, condito ibidem novo Collegio literario, quod appellatur *Institutum Scientiarum & Artium*. Cujus historiam cum non immerito conscribendam susceperit Cl. Autor, nos potiora ejus more nostro exponemus Ceterum materiam Autori suppeditavit Ill. Comes Ludovicus Ferdinandus Marsilius, autor novellæ islius Academiæ. Scilicet Comes ille ab adolescentia deditus literis mathematicis, maxime Architecturæ militari & Mechanicæ, factus A. 1708 copiarum Pontificiarum supremus dux in animum induxit in urbe patria, Bononia, novam hanc Academiam condere, eoque sine Senatui Bononiensi dono dedit præclarum suum thesaurum longo tempore collectum rerum & naturalium & artificialium. Cum vero magnifico domicilio hanc in rem opus esset, a Senatu Bononiensi impetravit, ut is auspiciis Clementis XI P. M. superbum exstrueret palatium, destinatis suis cuique Professore conclavibus, adjectaque specula (*Observatorium* vulgo vocant) astronomica. Membra sive Socii hujus Academiæ quatuor in classes distribuuntur, Ordinariorum, Honorariorum, Numerariorum, & Alumnorum: tractarique in hoc literario collegio jubentur argumenta physica, mathematica, medica, anatomica, chymica, & historiæ naturalis. En Professorum, qui nunc in ea sunt, (quique iidem sunt Professores in Gymnasio publico sive Universitate Bononiensi,) nomina: Lælius Triumphettus, Præses hujus Academiæ, & doctor historiæ naturalis; Geminianus Rondellus, Bibliothecarius; Eustachius Manfredus, Astronomiam docens; Hercules Corazzius, Matheseos professor; Jac. Barthol. Beccarius,

rius, Physicam tradens experimentalem; M. Ant. Laurentius, Chymix doctor; Matth. Bazzanus, Secretarius. Ceterum scire oportet, jam dudum Bononix floruisse *Academiam Philosophorum Inquietorum*, quæ cum privata adhuc fuisset aliquot eruditorum societas, nunc cum *Instituto Marsiliano* conjuncta est, ita ut in palatio Instituti singulare conclave dicatur sit istorum Academicorum conventibus. Imo Academia picturæ, sculpturæ & architecturæ, a Papa Clemente XI A. 1712 Bononix instituta, conjuncta quoque fuit novæ Academix sive *Instituto*, ita tamen, ut suas quæque sibi res habeat, suas leges, neutra alteri obnoxia. A. 1714 d. 13 Martii solenniter inaugurata fuit hæc nova Academia, habitis coram illustri cœtu orationibus, quarum in una Corazzius, monachus Benedictinus idemque publicus Algebræ & Analyseos Professor, ostendit, non esse Philosophis jurar dum in verba Aristotelis, sed soli veritati litandum. Absolutis Orationibus duo novi Professores auditoribus exhibuerunt jucunda spectacula, & alter quidem experimentum physicum, alter calculationem eclipses Solaris anni proxime venturi. Sufficiant hæc ex historia novæ hujus Academix. Ut autem satisfaceret Cl. Auditor lectoribus, adjecit p. 42 sqq. *Instrumentum pacti inter Senatum Bononiensem & Comitem Marsilium, de Scientiarum & Artium Instituto stabiliendo*, idque cum Latino, tum Gallico sermone; p. 81 seqq. Orationem Herc. Corazzii inauguralem, pariter utraque lingua. Non vereor, ne tædio sit lectoribus nostris, excerpta isthinc legere verba oratoris, quæ supra jam laudavimus, de immerita Aristotelis in scholis Philosophorum auctoritate. *Illud*, inquit p. 101, *cordatus quilibet jure doleat, non deesse, qui suo Peripato tanquam scopulo inharcant, nihilque probent, nisi sit ab Aristotele velut ab oraculo pronuntiatum. Plures magno, ut appellant, Philosophorum Principi emancipati, satis superque sibi sapere videntur, si, quæ ab eo sunt inventa literisque consignata, fideliter didicerint, & cum opus fuerit, non quidem Philosophi, sed Philosophiæ quasi historici recitaverint. Hi irrident tanquam fatuos, qui meliora conari velint, vel tanquam literaria reip. noxios longissime amandant. Si statuamus, studia omnia scientiarum & artium fieri posse novis inventis novaque*

p. 16.

D

diligen-

diligentia perfectiora, tum demum Philosophia ac literis omnibus praeclare consulemus. Nescio quo pacto praepudicata quadam opinio inhaeret eorum animis, ut vetustatis religione consecrata putent Aristotelica omnia, eumque inexpiabili teneri crimine ac devotum esse arbitrentur, qui vel minima reprehendendo violare audeat. Utinam memorem libertatis animum homines retinuisent, nec ad illa ventum esset pavida ingenia, quae saecula deinde multa mancipiorum instar uni (Aristoteli) tanquam tyranno serviere. Jacuere proinde diu disciplina philosophica, donec patrum nostrorum memoria excitata humani ingenii vis cepit jugum excutere. Tum vero repente tanta undique succrevit scientiarum atque artium seges, ut brevissimo annorum curriculo plus ceperit res literaria incrementi, quam toto antea tempore, ex quo tractari litera coepit sunt. Subsequitur hanc Orationem p. 151 sqq. Anonymi Narratio Italice scripta de *Instituto Bononiensi*: ex qua quia Cl. Editor magnam partem superioris suae historiae hausit, supervacaneum duxit, eam Gallicum in sermonem transferre. Cum vero Comitis Marfilii gloriae laudique multum se favere ostendere voluerit Cl. Autor, sub finem opusculi sui quatuor librorum a laudato Comite felici ingenio compositorum recensio exhibet. Et p. 172 sqq. depropta ex *Historia Academiae Scientiarum Parisinae* cernitur recensio Operis a Marfilio sub hoc titulo scripti: *Specimen physicum historiae naturalis maris*, in quo singulari diligentia agitur de plantis marinis, maxime de coralliis. Additur, id nunc temporis excudi in urbe Amstelodamensi. P. 200 sqq. exstat recensio Marfilianae sex in Tomos divisae *Descriptionis Danubii geographica, hydrographica, historica & physica*, addita promissione, & hoc Opus grande pariter & accuratum propediem Amstelodami proditurum esse in publicum. P. 218 sqq. Cl. Autor recenset dicti Comitis librum, quem & ipsum nondum edidit, *de usu & effectibus lucernarum sepulcralium*: ubi quidem non solum ostenditur, falsam esse fabulam, qua vulgo traditur, lucernas illas aliquot saeculis arsisse sub terra, quamdiu aer ad eas non penetrarit, sed etiam origo illius fabulae detegitur. Denique cum idem Comes, qui inter eruditos milites vel primum vel primo proximum locum mereri videtur, egregium antiqui-

antiquitatis Romanæ monumentum marmoreum, quod ipse putat esse tabulam votivam Cereri sacratam, Academiz novæ Bononiensi dono dederit, simulque singulari dissertatione descripserit, hujus etiam recensio hic exhibetur, adjuncta figura illius monumenti æri incisa.

G. FR. RICHTERI DEFENSIO DISQUISITIONIS SUE CONTRA JO. RIZZETTUM: (vid. Act. Supplem. Tom. VIII Sect. III, V & VII.)

QUæ ad disquisitionem meam respondit vir clariss. Rizzettus, quanquam sunt animo æquo & veritatis studiosissimo a me perlecta, ingenue tamen confiteri licet, nihil iis a pristina sententia me esse dimotum. Et tria quidem capita sunt, quibus ut nuper potissimum inhæsi, ita iisdem etiamnum inhærendum arbitror. Principio enim illud probari mihi nullo modo potest, quod experimenta Newtoniana reprehendens nobilissimus Adversarius, ipsum oculum ejusque lentem crystallinam in locum magnarum lentium e vitro confectarum substituere non veretur; deinde, quod radios luminis heterogenei scindi, dispergi, & inæqualiter refringi, cum transeunt per prismata, concedit, cum per lentes, non item; postremo, quod etiam illa Newtoni experimenta impugnat, quæ, quoniam ad sola prismata & radios per ea inæqualiter refractos pertinent, idcirco nulla prorsus causa erat cur repudiarentur. Ingens, fateor, inter lentem vitream & eam, quam in oculo crystallinam vocamus, itemque inter ipsum oculum & obscuratam cameram, convenientia est: sed multo etiam majorem esse discrepantiam, propter infinitum oculi artificium, ne ipso quidem Rizzetto repugnante, assero. Nunquam igitur, si quid in oculi admiranda machina fieri observatur, id continuo transferre ad lentes etiam vulgares opticas satis tuto licet; neque si radius heterogeneus per lentem crystallinam transiens, non manifeste dispergitur, ideo similiter in aliis lentibus rem se habere concludendum est. Exemplum habemus æpprime huc conveniens. Focus radiorum a re quavis distita ad-

Suppl. T.
VIII.
Sect. III, p.
132

venientium, minori spatio a vulgari lente abest, quam eorum, qui e propinquo oriuntur; & quo loco rei vel distitæ vel propinquæ imago luculenta exprimitur, ibi alterius obscura vel potius nulla est: neque tamen eo secius plerasque res, quantumvis inæqualiter distantes, uno oculorum actu videre satis claras & distinctas quotidie solemus. Rogante igitur Rizzetto, *num oculi humores facultatem habeant, ut queant radiis heterogeneis & diversimode coloratis naturam suam auferre, atque aliam substituere, quæ omnes aquæ refringantur?* confirmari prorsus exemplo rogare possumus, num oculi humores facultatem habeant, ut queant radios e diverso intervallo, ob eamque causam non æquali inclinatione advenientibus, naturam suam auferre, atque aliam substituere, quare & ii, qui magis, & qui minus sint obliqui, ex æquo refringantur, ut colligi eodem foco possint? Respondet quidem Vir doctissimus, focos radiorum diversimode coloratorum, juxta novas Newtoni leges, satis notabiliter in oculo discrepare, idque a se luculenter demonstratum esse: focos autem radiorum, e diverso neque tamen ita magno vibratorum intervallo, juxta veteres refractionis leges, non minus notabiliter in oculo differre, hoc vero nec demonstratum a me esse, nec demonstrari unquam posse. Atque ut etiam magis responsionem confirmet suam, hujusmodi experimento utitur. Flores campi a Sole probe illuminatos ex intervallo \overline{XX} circiter passuum aspiciens, inter illos & oculum interponit capillum, uno circiter pede ab oculo distantem: quo facto, cum aciem in flores intendit, hi satis inter se distincti, cum in capillum, hic distinctus & flores penitus confusi apparent. Quæ non aliam ob causam ita evenire opinatur, quam quod, propter magnum illud \overline{XX} passuum intervallum, non amplius in oculo focorum differentia latere queat. Sed fallitur profecto Vir egregius. Qui si pro magna illa florum congerie, rem quamque unam luculentam & multo etiam longius quam spatio \overline{XX} passuum distantem, (velut ipsam Lunam) aspexisset, interposita, capilli loco, re quavis paullo ampliori accuratisque circumscripta terminis, vidisset uno oculi obtutu rem utramque non confusam: contra, si multarum regularum congeriem (velut litteras aperti libri, vel punctorum

punctorum variis coloribus dense expressorum copiam,) e per-
 exiguo unius duorumve pedum intervallo contemplatus, pilum
 similiter interjecisset, tum quidem, conversa ad hunc ipsum
 acie, res illas parvas & copiosas, non magis quam camporum
 flores, ab obscuritate & confusione liberas sensit. Ex quo sane
 intelligitur, id confusionis non tam oriri a distantia, (quanquam
 & hanc ipsam & axium in oculis directiones non plane negli-
 gendas censeo,) quam potius a multitudine ac varietate rerum,
 defixoque in punctum perexiguum obtutu; quippe cum & ocu-
 li nostri & sensus omnino omnes ita constituti sint, ut contracta
 eorum vi atque ad rem quamlibet attente applicata, multas alias
 sim percipere, & istuc quidem satis distincte, haut quaquam valea-
 mus. Sed quoniam ad calculum vocamur a Rizzetto, geren-
 das ipsi mos, & iusta computatione docendum est, focorum
 differentiam *cr*, secundum veteres refractionis leges inquisitionem,
 etiam in mediocri punctorum *A* & *a* ab oculo distantia, non mi-
 nus esse notabilem, quam eam, quæ a colorum diversitate, se-
 cundum nova dogmata Newtoni, efficitur. Demonstravit in
 eleganti sua Dissertatione *de lente crystallina* Vir clariss. Walth-
 erus, Anatomix nunc apud nos Professor dignissimus, posito se-
 midiametro segmenti anterioris *Bb*, quo humor oculi crys-
 tallinus constat, = *r*, semidiametro segmenti posterioris *Ll* = *g*,
 crassitie *Mm* = *t*, distantia *AM* vel *aM* puncti radiantis *A* vel
a, = *d*, ac proportione inter sinum rectum anguli incidentiæ
 & sinum rectum anguli refracti, sub ingressum radii ex humore
 aqueo in crystallinum, = *m*:*n*, sub egressum vero e crystallino
 in vitreum, = *a*:*e*; his igitur ita positis, ope fluxionum metho-
 di Newtonianæ demonstravit Vir laudatus, (quanquam etiam
 vulgari analysi res expediri non incommode potest,) distantiam
 foci a lente *em* vel *cm*, si unica duntaxat fieret radiorum in su-

Fig. I.

$$\text{perficie } Bb \text{ refractione, esse } = \frac{m d r}{m d - n d - n r} = f; \text{ sed propter}$$

$$\text{duas refractiones in } Bb \text{ \& } Ll \text{ eandem distantiam esse}$$

$$= \frac{a e f - a g t}{e f - a f + e g - e t + a t}, \text{ hoc est (positis } g \text{ \& } a = 1)$$

D 3

$$= \frac{f}{(e1)}$$

$$\frac{f-t}{(e-1)(f-t)te} = \Phi.$$
 Idem autor diligenti experientia com-
pertum sibi asserit, esse $m:n = 3:2$, & $a:e = 3:4 = 1:\frac{4}{3}$,
porroque inter t , r , & e , eandem proportionem intercedere,
ut inter numeros 14, 12, 11, ita ut (propter $e=1$), r sit $\frac{11}{14}$,
& $t = \frac{12}{14}$, & $f = \frac{m dr}{md - nd - nr} = \frac{36d}{11d - 24}$, & mc vel $me =$

$$\Phi = \frac{f-t}{(e-1)(f-t)te} = \frac{121d + 168}{121d - 120}$$
, hoc est, (si distantia d infi-
nite major quam e .) $= 1 =$ ipsi e . Assumamus istum calcu-
lum, in quo si quid mutandum, ut crescat nostro commodo,
quam ut decrescat Φ ; atque nunc institutum prosequemur.

Sit $d = AM = 500e$, eritque $mc = \Phi = \frac{121d + 168}{121d - 120} = \frac{60668}{60380} e$;

fit porro $d = aM = 50e$, erit $me = \Phi = \frac{121d + 168}{121d - 120} = \frac{6218}{5930} e$.

Ergo $me - mc = ce = \frac{6218}{5930} - \frac{60668}{60380} = \frac{156816}{3580534} = \frac{1}{22} e$. Sed $e = \frac{5}{24}$

digiti Rhinland. quam proxime: Igitur spatiolum in oculo
 $= \frac{5}{22} e$ fatis quidem notabile est. Neque tamen eo secius positæ
circa A & a duæ candelæ accensæ, vel duæ extremitates virgæ
nuper memoratæ, ab oculo in M videri una opera & discerni
pulchre possunt. Quin & inverso calculo, datis distantis mc ,
 me , Ma , reperire locum puncti A , & ista ratione, si ex a mit-
tantur radii partim rubri partim cœrulei, horumque focus (juxta
computum Newtoni) sit in c , illorum in e , definire licet inter-
vallum Aa , cui eadem focorum differentia ce , secundum usi-
tatos opticornm canones respondeat. Sed revoco me ad experi-
entiam, a qua sola illius rei veritatem discere facillimo negotio
Rizzettus potuisset, quam nulla ratione a me probatum iri cen-
set. Positis circa A & a , ut antea, duabus candelis, atque in D
lente vitrea tali, qualem usurpavit ad experimenta sua Newto-
nus, exceptaque in e imagine flammæ propinquioris, & in c re-
motioris, observetur differentia focorum ce ; quam ita, sine
calculo, constabit æque esse notabilem, atque illam, quæ a

Newtono

Newtono propter colorum diversitatem definita est. Quandoquidem vero, quo minor & convexior lens adhibetur, hoc magis foci c & e , cum in nostro tum in Newtoniano experimento, ad sese invicem & ad lentem D accedunt; ideo fatendum profecto est, in utroque experimentorum genere, ad distantiam focorum ce luculenter demonstrandam ac dimetiendam, majores quam minores lentes multo magis esse accommodatas, factumque a Rizzetto vel hoc nomine non satis recte, quod cum exiguo humore oculi crystallino amplissimam Newtoni lentem commutavit. De cetero non tantum lentis, sed & rei per lentem radiantis incommoda esse imminutionem, præsertim nimiam, atque ea re etiam istud a me nuper non sine causa esse improbatum, quod pro charta justæ magnitudinis, exilia duo fila a Rizzetto sunt inducta, id quamquam multis suaderi modis potest, nunc tamen unico experimento illustrare placet. Aspice per prisma vitreum, substrato panno nigro, complura chartæ condidæ, cujusvis longitudinis, resægmina; quorum unius tanta sit ad minimum latitudo, ut latitudinem adæquet limborum coloratorum, qui per prisma illud, e justo intervallo observari solent; aliud tam tenue sit, ut etiam exilissimi fili latitudinem vix superet; reliqua medio se habeant loco; omniumque positiones positioni prismatis, prout æquum est, respondeant. Videbis, ut latiora sunt segmenta, ita eadem illustrioribus colorum limbis superbire; ut vero sunt exiliora, ita magis ac magis remitti, languere, atque evanescere illos colores, usque adeo, ut tandem oculorum sensu vix percipi amplius ac discerni possit. Scilicet, ut multa paucis complectar, imminutionem nimiam ipsius rei, quæ per prisma vel lentem radiat, imaginis non modo imminutio sed & debilitas consequitur, ea potissimum de causa, quoniam, ob aberrantis luminis naturam, minori proportionem decrefcit imago, quam res ipsa & radiorum, qui imaginem depingunt, numerus. Notare autem hic in universum lubet, complura contra Cl. Rizzetti experientias esse a me nuper admonita, non eo consilio, quasi omnia æqualis ponerem momenti, aut quasi multum interesse arbitrarer, si unum alterumve quadantenus expeditur, sed ut intelligi exinde posset, quantopere Rizzetti
 accurate

accuratio a Neutoniana discreparet. Quo illa etiam inprimis spectant, quæ hoc loco de filorum parvitate, de oculorum acie parum adjuta, itemque de radiis superfluis ex oculo neutiquam exclusis, a me commemorata sunt. Dixi, cur nudus oculus & lens crystallina, ad explorandam inæqualem refractionem luminis heterogenei, sufficientes non sint: nunc etiam videndum est, quid contra methodum Newtoni a Rizzetto afferatur. Hic, cum omnia se diligenter executum, quæ a Newtono sunt præcepta, confirmasset, in priori quidem scripto negat, sibi *unquam* contigisse, ut imaginem chartæ coloratæ in parte altera distinctam & simul in altera confusam observaret, sed in qualibet distantia a lente, utramque partem æque vel confusam vel distinctam apparuisse *semper*. At in recentiori schediasmate: *cum difficillimum sit*, inquit, *utramque chartam, nempe eam, quæ loco objecti est, & illam, quæ imaginem excipit, lentemque intermediam sic collocare, UT NE HILUM quidem a debito situ exorbitent, fateor FREQUENTISSIME accidere, ut pars imaginis confusa cernatur, dum altera apparuit distincta.* Hæc quomodo vel inter sese vel cum solertia & accuratatione doctissimi Auctoris conciliari possint, non invenio. Quod autem ad posteriorem locum attinet, non minus supervacuum quam factio difficillimum existimo, ut lens & charta *ne hilum quidem* a justo situ exorbitent; præsertim ubi nondum quæritur, quanta sit focorum differentia? sed, an omnino ulla sit? Jam quod narrat Cl. Rizzettus, ita constitutis ac præparatis omnibus, ut pars cœrulea imaginis confusa cerneretur, distincta rubra, mox nulla alia re quam colorum loco permutato, simul confusam & distinctam speciem ad cœruleam imaginem ex rubra transiisse; assumo quidem hunc eventum, ejusque causam in detorta lentis & chartarum positura, non in colorum indole quærendam largior; ceterum ejusmodi distorsionem usque adeo exiguam esse, ut, non dicam acutissimum Newtonum, sed homines vel mediocriter videntes præterire possit ac decipere, id certe nego & pernego. En qua via & ratione Newtonianum experimentum ipse nuper renovavi, inspectantibus amicis multis & veritatem agnoscentibus. Tabellam coloratam, quam Newtonius bifariam,

riam, ego quadrifariam divisi, ita ut cœruleæ duæ partes & duæ essent rubræ alternatim positæ & nigris filis, Newtoniano more, circumvinctæ: erantque cum colores viuidissimi, tum fila, quæ capillos crassiores propemodum æquabant, ea ratione applicata, ut tabellam usquequaque perfectissime attingerent. In obscurata camera, per tubum satis longum & unico instructum vitro, sic admissi sunt solares radii, ut præter pictam tabulam, caliginoso aere & nigris rebus circumseptam, nihil notabiliter illustraretur. Allata firmataque satis magna lente, si non ea accuratone, ut a justo situ *ne bitum quidem*, at ut quam minime exorbitaret, in charta alba super planam tabulam æquabilissime extensa, imagines excepimus. Et primo quidem focum quærentes cœruleorum radiorum, ob eamque rem ad duas imagines cœruleas potissimum respicientes, cum, quod facile prævideramus, eveniret, ut focus ille per spatium extenderetur non sane contemnendum, hoc est, ut, salva claritate utriusque imaginis cœruleæ filorumque illuc pertinentiam, adduci ad lentem, itemque abduci tantillum charta alba posset; eam, quam maxime omnino licuit, adduximus. Quo facto vestigia filorum ex utraque rubra imagine tantum non funditus deleta sunt. Id quod quo minus imputari chartæ lentive posset, a justo situ paullulum exorbitantibus, hoc maxime impedimento fuit, quod obscuritas & claritas, per utrasque rubras & cœruleas imagines, alternatim positas, alternatim etiam diffundebatur. Contra ea, ubi de rubrorum radiorum foco fuimus solliciti, abducta a lente charta alba, quoad per necessariam imaginum rubrorum claritatem abduci potuit, vestigia filorum ex imaginibus cœruleis evanuerunt. Denique cum loco fere medio hunc inter & priorem charta esset collocata, perinde ac Rizzettus, imagines coloris utriusque satis claras ac distinctas vidimus. Sit ox illud spatium, per quod cœruleorum, & cc , per quod rubrorum radiorum focus nobis observatus pertinebat, sitque cx utriusque foci pars communis: erant prope o solæ imagines cœruleæ, prope c solæ rubræ, medioque loco inter o & x utraq; claræ & cum nigellis suis lineis conspicuæ. Cum vero tabula, coloribus quantumvis exquisitis infucata, haudquaquam tamen radios omnino homo-

E

geneos

Fig. I.

geneos reflectat, idcirco aliud experimentum circumspicens perspicacissimus Newtonus, pro tincturis usitatis colores sincerissimos per prisma comparatos, & pro filis litteras aperti libri, isto lumine perfusas, surrogavit: quo pacto rem pulcherrime succedere, ne ipse quidem Rizzettus infitari audeat; qui, cum alio non possit, ad inæquales inclinationes, quibus lumen rubrum & cœruleum in librum incidat, nulla veritatis specie, confugiendum arbitratur: nam a libro & quovis corpore opaco nec polito, radios reflecti quaquaversum, nihilque interesse, qua illi inclinatione prius fuerint oppulsi, inter omnes constat.

Sed misso uno capite, ad alterum, quod ab initio exposui, progrediendum est. Demonstravi in disquisitione mea, si dispergatur luminis heterogenei radius per prisma transiens, idem ei per lentem transeunti necessario accidere debere: concedit hoc Rizzettus de singulari radio, sed negat de universis, qui a radiante puncto per lentem quamque transmittuntur: obflare enim *legem actionis & reactionis* docet, quod eo interpretatur, quasi radii luminis, vel, ut ipse ait, lumina radiorum, sese invicem impedire ac reprimere, mutuasque cohibere distractiones soleant. *Radii puncti A incidentes in lentem Bb juxta canonem vulgarem refringantur*, inquit, *ita ut omnes concurrant in punctum e; ipsorum lumina vim propriam singula exerceant, ut distrabantur juxta refractiones suas, & sint intra angulos CBe, Cbe, comprehensæ distractiones dependentes a radiis extremis Be, be: si distractiones illæ essent ad unam plagam conspirantes, nulla contraria actione impediente, singula suum fortirentur effectum; at in casu lentis propositæ distractiones inter se contraria ad invicem congregiuntur: ideo debent se mutuo cohibere, donec in puncto e ad terminum perveniant.* Hæc ille; quæ apud ipsum legere copiosius deducta licet. Nunc mea paucis expromenda responsio est. Si radii luminis heterogenei *AB, Ab*, juxta canonem vulgarem ita refringuntur, ut in puncto *e* concurrant, erunt ipsi radii *Ble, bLe*, ii quibus mediocris, non quibus minima competit refractione, proptereaque fieri nequit, ut anguli, quales sunt *cLe, cLe*, vel *cBe, cbe*, distractum radiorum *AB, Ab*, lumen comprehendant. Mutemus igitur paullulum diagram-

Fig. I.

ma,

ma, & ponamus, focum radorum mediocriter refractorum esse in c , ita ut substitutis in locum angulorum $c l e$, $c L e$, ipsis angulis $b l i$, $b l i$, radii $L i$, $l b$, sint ii qui maximam, $L c$, $l c$, ii qui mediam, & denique $L b$, $l i$ ii qui maximam patiuntur refractionem, manifestum est, a radio Ab , circa focum c , non punctum sed lineolam coloratam, $b i$, atque a radio AB , similem lineolam, eodem loco, sed inverso colorum ordine, exhibitum iri: quarum lineolarum concursu non illud sane effici potest, ut ipsæ totæ destruantur, atque ad puncti magnitudinem redigantur, sed ut colorum duntaxat mixtura & in albescentem fiat commutatio. Nam sicut perinde est, respectu radii Ab , sive is in lentem $B b$ incidat, sive in prisma $b K L$, ita etiam aspectu radii AB perinde est, sive is in lentem, sive in prisma priori prismati oppositum illabatur: illabentibus autem duobus radiis in ejusmodi duo prismata opposita, duarum imaginum eodem loco concurrentium colores permisceri, extensione nihil immutata, constat. Cumque lentis $B b$ superficies in infinitos circulos, & quisque circulus in puncta dispesci possit infinita, de quibus singulis idem valeat, quod de punctis B & b modo demonstravimus; iterum profecto, sicut nuper, concludendum est, innumerabiles ejusmodi figuras seu lineolas, $b i$, $k l$, $m n$, Suppl. T. decussatim positas & integrum orbiculum implentes, eo autem VIII. p. 232. minores, quo propius ad axem AM radii AB , Ab , appropi- Fig. 3. quant, circa focum c a puncto radiante expressum depictumque iri. Atque hæc ratio dicitur: nunc de experientia videamus. Omitto autem colorum per globosiores lentes apparentiam, & cum Newtono iterum ad stellas telescopiis observatas provoco. Nihil ad propositum accommodatius: nam & propter summum stellarum fulgorem, & propter summas tenebras, noctu circumjectas, aberrans lumen multo fortius multoque distinctius, quam in rebus ceteris, videri par est. Nec solum videtur, sed & tantum satis accurate videtur, quantum dogmata Newtoniana postulant. Rizzettus illud lumen pro reliquiis radiosi ac scintillantis capillitii habet, quod cum circa stellas tum circa flammam quasque remotiores nudis oculis conspicitur. Sed discere profecto leges velim, juxta quas id capillitii, a diversis tubis opticis,

tam diverse & apposite contrahatur, ut nunquam calculo Newtoniano, quantum vis aliorum pertinenti, se non accommodet. Tollunt hoc capillitium tubi recte constituti, non præcidunt: præcisum capillitium tamen capillitium est: nec quicquam minus quam naturam radiantis capillitii præ se fert lumen illud aberrans, quod circa stellas per tubos meliores observatur. Sed aliud experimentum in promptu habet Rizzettus, quod Newtoniano penitus contrarium existimat. Pro stella enim chartam albam, pro circumjectis tenebris capillum super chartam explicatum & simul cum illa pleno solis lumine perfusum, denique pro telescopio vel nudum oculum vel aliquando lentem adhibet; eaque via multo certius multoque compendiosius ad veritatem perveniri posse serio persuasus est: quanquam istis omnibus sic præparatis, non possum suspicari, quid jure quidem aliud expectet, nisi ut capilli color, lumine, quod a vicinis chartæ partibus aberrat, quasi tenui obducto velamento, aliquantum alteretur, & istuc quidem eo magis, quo lens globiosior sit applicata, & quo obliquius per eam capilli quæque pars transpareat. Tollendus, inquit, e conspectu est capillus, vel certe vehementer perturbandus, si non minus lens dispergit radios quam prisma. Quasi vero lentem in omnibus suis punctis cum uno & eodem prismate comparandam censeamus! In punctis *b* & *L* lens *BbL* cum prismate adscripto *bKL*, in aliis punctis cum aliis prismatibus, in ipso vero axe *Mm* cum vitris parallelarum superficierum convenit. Quapropter eam particulam capilli, quæ per puncta lentis *b* & *L* aspicitur, perinde ut per prisma *bKL*, quæ per puncta *M* & *m*, non secus quam per vitra parallelarum superficierum, quæ denique per puncta alia, etiam alio modo apparere fas est. Contendit quidem Cl. Rizzettus, capillum per quæcunque prismata aspectum aut penitus ex oculo amitti aut evidenter perturbatum exhiberi: sed uti hoc non difficulter de prismatibus concedo, quæ apud omnes sine controversia isto nomine venduntur; sic idem merito negare videor de iis vitris planis, quorum superficies oppositæ non majori angulo quam unius aut paucorum graduum ad sese invicem sunt inclinatæ: quæ vitra, quamquam forte alias e classe prismatum videntur excludenda,



eludenda, hoc certe loco nequiquam excludi posse constat. Ut autem facili experientia veritatem rei demonstrarem, fragmento elegantioris speculi ex margine desumpto usus sum: per quod transpiciens, quamvis superficiem adversam ita inclinari ad *aversam*, stanno denudatam, reperissem, ut angulus plus minus VIII graduum conficeretur, tamen non solum capillum super charta candida extensum, sed & pleraque alia usque adeo vidi clara & distincta, vix ut levia quædam vestigia luminis errantis detegere valerem. Quæ omnia si necdum satisfaciunt Rizzetto, vereor sane ne supervacea futura sit omnis nostra disputatio.

Et de secundo capite hætenus: restat ut de tertio exponam; quod totum neque lentes neque harum cum prismatibus convenientiam, sed sola prismata respicere significavi. Quæstio est talis: an, quod rubros radios minus quam cœruleos refringat prisma, ob eam rem, converso sursum refringente angulo, pars rubra chartæ bicoloris minus quam cœrulea extolli videatur? Rizzettus ita apparere ait, si pannum nigrum, negat, si telam candidam substernas chartæ coloratæ; atque hinc concludit, utrum rubri radii minus refringantur quam cœrulei, an plane contra fiat, huiusmodi experimento non posse expediri. Ad quæ nuper in hanc fere sententiam a me responsum est, in tempestive telam candidam substerni, propter peregrinos radios, studiose potius delendos quam consulto affundendos. Nunc novæ ejus demonstrationi demonstrationem liceat opponere, ut cum pateat veritas, tum quid erraverit Vir præstantissimus, intelligatur. Per prismata usitata, angulo refringente sursum converso, chartulam aspice oblongam, ex parte dimidiam rubram, & ex dimidia cœruleam, quæ cum sufficienter illustrata, tum undique sit tenebris ac nigredine circumsepta. Ponamus *ABCDEF* esse locum, ubi apparere chartulam necesse foret, si utriusque partis radii æqualem & mediocrem paterentur refractionem; ceterum, propter refractionis diversitatem, partem cœruleam elatam ex *Bd* in *b d*, & partem rubram ex *AE* depressam in *a e* videri. Nunc ut intelligere possis, quæ fieri debeat mutatio, ubi utrinque ad *AC* & *FD* applicare chartam telamve candidam placuerit, aspice per idem prisma, iisdemque ut antea le-

Fig. 2.

gibus, albam chartulam $KL MN$, & videbis, circa extremitatem superiorem KL , limbum cœruleum $k l \lambda \kappa$, itemque circa extremitatem inferiorem MN , limbum rubrum $m \mu \nu n$, ita ut si $Ll = Mm = Bb = Dd$, & $L\lambda = M\mu = Aa = Ee$. Nam si charta esset cœrulea, tota elata videretur ex KM in km , perinde ut prior ex BD in bd : & rursus, si charta esset rubra, tota depressa videretur ex KM in $\kappa\mu$, perinde ut prior ex AE in ae . Sed quoniam colorem album, hoc est, ex rubro, cœruleo, aliisque mediis permixtum habet, ideo simul & elata & depressa videtur. Ergo extremitatem superiorem KL , radii cœrulei in kl , & rubri in $\kappa\lambda$, similiterque extremitatem inferiorem MN , hi quidem radii in $\mu\nu$ & illi in $m n$ exhibent: ideoque inter $m n$ & $\mu\nu$, separato ac penitus detracto colore cœruleo, rubrum duntaxat observari, inter kl vero & $\kappa\lambda$, detracto colore rubro, cœruleum videri convenit. Exemplum satis simile proponam. Sit $KL MN$ vitrum quovis colore imbutum, cui aliud ejusdem magnitudinis, sed coloris diversi impositum concipiamus. Separentur aliquatenus a se invicem hæc duo vitra, oblique non directe, ut superiori unius extremitate ad kl , & inferiori alterius usque ad $\mu\nu$ pertinente, inter $\kappa\lambda$ & $m n$ etiamnum se contingant: quo factò inter $\kappa\lambda$ & $m n$ colorem ex utroque inixtum, inter $\kappa\lambda$ vero & kl , itemque inter $m n$ & $\mu\nu$ colores sinceros, sed diversos tamen, apparere necesse est. His ita intellectis, per idem prisma vitreum tam candidam quam coloratam chartam, e justo intervallo, perpetuo aspiciens, fac eas sensim ad se invicem appropinquare, & cum superior limbus chartæ albæ kl , inferiorem terminum rubræ chartæ ae attingere videtur, pone prisma, ut nudis oculis percipias, utramque chartam etiam tum distare intervallo $FQ + kK$. Deinde, assumpto rursus prismate, chartam albam ad coloratam admovere perge: quod ita perficiens, jucundo satis spectaculo videbis, partem limbi cœrulei ik & portionem chartæ rubræ fe misceri inter se, & tanquam velo albescente superducto occultari, partem vero alteram ejusdem limbi cœrulei il in locum ae ita succedere, ut nec mutari manifeste, nec perire, sed velut novum aliquod augmentum ad chartam cœruleam bd applicari videatur. Similiter, si chartam albam
ad

ad superiorem chartæ coloratæ extremitatem admoveris, a parte limbi rubri $o\mu$ portionem chartæ cœruleæ bc operiri, a parte autem ov , in locum ab surrogata, augeri chartam rubram observabis. Quæ omnia eodem pæne ordine evenient, si pro charta alba, ad FD quidem segmentum chartæ cœruleæ, quod limbum $k\lambda$ in gñitudine ad æquet, ad AC vero segmentum chartæ rubræ ejusdem magnitudinis admoveas. Ex quo efficitur, ut intuens per prisina chartam coloratam, candore pro nigredine circumclusam, in bf quidem partem rubram, in ce vero cœruleam videre videaris, quamvis reapse nec cœruleam nec rubram chartam integram, sed colores duntaxat istius generis, qui partim a charta, partim a candore vicino oriantur, a te videri certum sit. Possem plura addere, quæ cum ad illustrandum tum etiam ad vindicandum istum locum facerent; sed me contineo: monendos enim lectores harum rerum intelligentes, atque ipsum ingeniosissimum Adversarium, non instruendos arbitror.



CHRI-

CHRISTOPH. HENR. NOB. DOM. DE BERGER, Pot. Pol. Regis & Elect. Sax. in Summo Provocat. Senatu Consil. Antecess. Curie Elect. Provinc. Consist. Eccl. Scabinat. & Ord. Jurid. in Academia Vitemberg. Commentatio de Personis, vulgo Larvis, seu Mascheris, vulgo, von der Carnavals-Lust.

Erf. & Lipf. apud Ge. Marc. Knochium, Bibliop. Vitemb. 1723, 4 Alph. 2 plag. 18 Tabb. zn. 85.

NOvam hanc gloriam magnificentiae AUGUSTI sui debet Saxonia, quod, editis, civium oblectamento, tot solemnibus & fere annuis spectaculis ac ludis, in quibus ingenium, sumtus, apparatus fidei fere superant, ipsa nunc exteris præbeat, quod avidè æmulentur, etiam illis, a quibus schemata ad imitandum repetere olium oportuit. Accedit quod iidem e Saxonici festivitibus sumere queant exemplum disciplinæ optimæ ac Legum, quibus publicas suorum hilaritates jocosque Optimus Princeps continet summa moderatione: nec enim magnificentia, quam iustitia major esse cupit. Quapropter & Augustissimo Patris Patri consecrandam esse præsentem de Personis, illis festivitatum ac ludorum ornamentis præcipuis, Commentationem Ill. Autor statuit, multæ ac varix lectionis plenam. Quicquid in Personis effingendis omnis antiquitas excogitaverit; quicquid gravis morum censor aut Jctus in definienda Larvarum ratione statuat, id omne tibi ista scriptio, in *quatuor capita* disposita, ob oculos ponit. Enimvero præmissò in *Ingressione*, quam vocat, prolixo satis Catalogo Scriptorum tum veterum, tum recentium, qui ad hoc argumentum spectant, *primo Cap.* ex peruestigatione nominis Critica, *secundo* ex Historicis monumentis, origo Personarum altius repetitur: *tertio*, quid moralis ratio, & *quarto*, quid Juris disciplina circa præsens argumentum præcipiat, diligenter expenditur. Dum itaque *Cap. I Criticum* agere voluit, primum inquit in *temporis* illius, quo Personæ sumi & personati in concionem prodire solent, nomina, *Carnevalis, Carnavalis, Carnelevaminis & Carneprivii*, item *Privicarnis*. Deinde
Larva,

MENSIS JANUARIi A. MDCCXXIV. 41

Larvæ, a Laribus dictæ, & *Persona* significaciones varias expendit, injecta obiter Eruditorum mentione, quibus gentilicium *Personæ* nomen fuerit, ut: Gobelini *Personæ*, Rob. & Rich. *Pearsonii*, aliorumque, ubi & Æneam Sylvium sub larva Jo. Gobelini *Personæ* Historiam de rebus a se gestis emisisse, notat. Sequitur Etymologia *Masce* & *Mascaratorum*, nec Græca vocabula, *ΨευδομίεΦη, προσοπίων, σομάτια*, seu *Oscilla*, intacta relinquuntur. Cap. II *Orsum Personarum a primis hominum parentibus* deductum videmus, qui primis illis teguminibus, quibus pudori consuluerunt, omnem nobis imposuerunt vestiendi corpus & occultandi necessitatem. Tum vero e Sacro Codice varia larvarum exempla producantur, a quibus originem Personarum accessere alii voluerunt, quos inter omnium maxime ineptias egit *Pacichellius*, dum non solum ex Pentateucho atque imprimis a facie Mosaica prælucente, ut vocat, personarum historiam derivat, sed etiam, in altera vita beatos personis indutum iri, quemque juxta merita sua, fingit: *Tum, inquit, luisse proderit, veluti Caj. Caligula fecit, qui vestes assumebat Jovi, Veneri ac Diana accommodatas.* Quo loco apud *Chaldaeos*, quo apud *Agyptios* & *Sinenses* fuerint personæ, quoque studio excultæ, p. 26 & 29 ostenditur. Ab his populis ad *Græcos* primum profectum esse Personarum ritum, Græcis vero pariter ac Romanis falso inventionis gloriam attribui a nonnullis, & initio quidem tingendi pingendique faciem, hinc foliis arborum grandiusculis aliisque larvarum simpliciorum generibus tegendi morem fuisse Græcis, mox commodiorem ac splendidorem larvarum habitum, & quidem totis corporibus vestiendis, inventum esse, eumque in *Theatra* translatum, primo *Tragædiæ* tanquam proprium fuisse, hinc ad *Satyras*, postea ad *Comædiæ* transiisse probat. Inde ad *Romanos* accedens Ill. Autor, de usu larvarum apud hos in genere, de usu in sacris, in conviviis, in præliis & triumphis, demum aliis in rebus, variis causis adhibito, largo ubique apparatu disserit. Jam Personarum *theatralium* apud Græcos & Romanos formam, & quomodo ex personæ pro conditione naturaque sua discretæ fuerint, qualis cuique ætati habitus datus sit, qualis cuique dignitati, aut sorti hominum, vultibus æque simulandis

P. 15.

22.

32.

44.

62.

ac ceteris corporis partibus, exactius describit. Nec enim vultu aperto, reliquo corpore velato, in scenam veteres unquam produisse docet. Similem demonstrationem dedit Anna Dacera, in Præfat. novæ versionis Terentii, ibique ritum vetustum observat singulis Comœdiis singulas præfigendi tabellas, in quibus omnes Actorum personæ breviter exhiberentur, quales ex Cod. MSto Bibliothecæ Regiæ Paris. non solum Andriæ, ut Noster putat, sed etiam Hevttoutimorumeno, Adelphis & Phormioni, in edit. Roterodam. 1717 præmisit. Eas vero Personas, negat literatissima fœmina, ut nostras, solum obtegendæ faciei aptas fuisse, sed totius figuram capitis retulisse, quæ totum &incipit & occiput, galez ac cristæ instar, obduxerit, anteriore parte faciem dissimulante, postica capillis vestita: nec enim ullam veterum personam sine capillis fuisse. Quam sententiam Noster multo clariori indicio confirmat, adjectis personarum exemplis, quibus velatos Actores adspexerit Terentii ætas, eaque ut ex vetustissimo Cod. MSto Bibliothecæ Vaticanæ boni artificis manu depictas accepit, scite exprimi figuris æri incisis curavit. Itaque *VI tabulis* majoribus Personæ, quibus caput induerunt, omnium Actorum, juxta singulas Terentii Comœdias, delineantur, itemque *CXVII tabellis* omnes Scenici Terentiani, corporum habitu, gestu, actione, vestimentis ad singulas Comœdiæ cujuslibet Scenas aptis & convenientibus, post pag. 128 comparent. Licet vero hodiernis Itatorum histrionum personis admodum similes videantur, quod dissimulari nequit, fides tamen, quam apud justos judices Codex ille Vaticanus, mille annis vetustior, meruit, in dubium temere vocanda non est. Certe, quas hic ære excusas videmus, figuræ propius ad simplicitatem artis & fidem antiquitatis accedunt, quam istæ Dacerianæ, nimium fere excultæ. Finit Historiam Personarum variis de Tragœdorum personis observationibus, deque earum ornatu, quem *ὄγκον* dixerunt, supra caput in speciem literæ λ prominente, nec minus de palliis, fasciis, quemque earum in scena usum Actores habuerint, docet. Cap. III, *Morale*, demonstrat, *Personas, citra abusum consideratas, non repugnare juri Divino*, quam in rem lex Deut. XXII, 5 explicatur, & dubium ex ea lege luscitatum resolvitur. Textus Jur. Canon.

de

de personarum prohibitione loquentes conciliantur. Porro evincitur, Patres Ecclesie Vet. ac Theologos nostrae Ecclesie non nisi in abusum larvarum invehi. Hinc ad judicia integrarum gentium, ex multiplici larvarum usu elicita, tum ad mentem Sapientum ex illis gentibus Personarum moralis ratio expenditur. Quo vero distinctius disputet Ill. Autor, ex Morali doctrina liciti Regulas generales sistit, easque mox ad unum principium commune revocat: *Nihil homini natura prohibitum esse, ad quod agendi vires habeat a Deo sibi concessas, nisi quod malum sit, h. e. quod gloriam Divinam, animum, corpus & fortunas, vel proprias, vel alterius, laedat destruatve citra causam.* Unde varia Confectaria elicit, tandemque ita concludit; *Deus homini vires concessit & libertatem, sese varie velandi, ornandi, recreandi, non igitur id homini prohibitum est, nisi ubi quid mali subest. Ubi-
cunque igitur Personarum usus est innoxius, conditionibus supra descriptis, ibi licet: ubicunque idem nostras vires conservat ac perficit, bonus est atque praeceptus.* Cap. IV Ill. Autor Juridicam disputationem aggressus, eam III Sectionibus juxta Methodum Institutionum Justiniani absolvit. Hinc Sect. I de Jure Personarum agit, disquirendo, quibusnam personis intuitu status ipsorum & jurium ex illo statu consequentium prohiberi possit larvarum usus, & a quibus ea prohibitio jure fiat, quasque ob causas, quas quidem omne Jus Personarum ac status hominum suppediat. Sect. II Jus Rerum eadem industria persequitur, idque ad casus singulares ac speciales visiones, quae offerri circa Personarum ritum Jcto fere quotidie possint, erudite transfert, nec facile utilem aut jucundam aliquam desideres quaestionem, cui enodandae utraque Sectio non egregiam materiem praebet. Sub finem hujus Sectionis, ubi de *privatis personarum delictis* edisserit, subjecta videmus varia *Electoralia & Regia Rescripta, Mandata, Edicta Magistratus Dresd. ac Lips. Sententias Collegiorum Jurid.* quibus ejusmodi facinorosi coerciti, aut condemnati, meritas poenas dederunt. Demum Sect. III *Jus Actionum* brevius exhibetur, atque varia ex hac juris parte ad Personas applicantur, tum vero consideratione *delictorum publicorum*, quae a personatis varie committi soleant, universae huic operae finis imponi-

P. 75.
80.

82.
95.
112

119.

122. sq.

125.

262.

imponitur. Accessit *appendix*, qua tum *ordinatio Romana de Larvis, & ludis hasticis*, idiomate Ital. & Lat. tum præcipue domestica quædam monumenta, quibus in *Saxonia* ludi publici in ordinem redacti sunt, *Edicta* severissima continentur.

JO. ABRAHAMI KROMAYERI, ECCLES. Obrdruffiensis Past. Comit. Gleichensis superioris Superint. & Consist. Assessoris Commentarius Didactico-Elencticus in August. Confess. exhibens Disput. Synodales, juxta receptam Articulorum seriem, atque Examen Controversiarum Illustrium, sub finem superioris & initium hujus Seculi, tum intra, tum extra Ecclesiam nostram Evangelicam exortarum.

Frf. & Lips. impensu Hier. Phil. Ritschel, Bibliop. Erf. 1723, 4.

Alph. 3 plag. 15.

CUM certiore doctrinæ cœlestis veritatem, e Sacris haustam Literis, tot curis, vigiliis, tantoque cum vitæ periculo, a majoribus nostris vindicatam, posteaque libris nostris symbolicis, Ecclesiæ quasi tesseriis, comprehensam, modis omnibus factam tectamque conservare, & ad posteros transmittere deceat, e re fore existimavit Summe Rev. Autor, exemplo prorsus laudabili, in singulis Synodis, in Diœcesi sua institutis, de præcipuis Religionis fideique nostræ capitibus paulo distinctius disputare, eo quidem ordine, ut non omnia doctrinæ Christianæ capita, sed seculi nostri conditionem respiciens, *illustriores* potissimum *Controversias*, in Ecclesia a novaturientibus motas, sub examine vocet. Ducem sibi elegit *Augustanam Confessionem*, secundum cujus *Theses* singulas utique quæstiones, quarum ingens numerus, commode satis collocat. Methodus, quam in hisce tractandis adhibet, ad argumentorum momenta dilucidanda peridonea est. Statu enim quæstionis diligenter ac rite evoluto, veram sententiam divina potissimum autoritate corroborare studet, tum quicquid ab Adversariis objici solet, gravi argumentorum pondere evertit. Imprimis vero errorum, olim

ab

ab hæreticis disseminatorum harmoniam cum illis, qui nostra ætate quasi ex orco revocari solent, identidem indicat. Ita, ut vel strictim nonnulla memoremus, Mysticorum Phrasin, *Ego sum Deus, Christus*, rejicit p. 57, tres hominis partes essentielles, a Fanaticis jactatas, p. 71, voluntatem renatorum, legi divinæ ita subjectam plane, ut a nulla concupiscentia vincatur, p. 91, Christum in nobis etiam nunc nasci, concipi & formari, p. 119 sqq. negat; fidem, unice propter meritum Christi apprehensam, non vero, quatenus virtualiter per opera efficax sit, actu justificare, ac unicam dici, confirmat p. 164 sq. Renatos in renovatione sanctitatis gradum, summo proximum, minime attingere, p. 225, impium vero Ecclesiæ ministrum verbum Dei cum fructu docere posse, evincit p. 275 sq. Collegia, seu Scholas, ut vulgo audiunt, Pietatis, approbat quidem, ita tamen eorum usum restringit, ut omnia rite pro ratione scopi ab ordinario Ecclesiæ ministro, ad hoc negotium donis necessariis instructo, neuti- quam vero a privato quolibet peragi, jubeat p. 304. Profelyto- rum baptismo Judaico, utpote Judæorum commento, sacrum baptisma originem suam debere, ad Philonis, Josephi, & Aristæ hoc de ritu silentium provocans, inficiatur p. 310 sq. Articulum de Sacra Cœna, qua substantialem corporis & sanguinis Christi præsentiam, fundamento fidei inniti, p. 343; Deum neuti- quam gratiæ suæ terminum quibusdam peccatoribus fixisse, p. 376; diem Dominicum, ipsa divina constitutione, cultui di- vino sacrum esse, p. 421 & alia pluribus evincit. Sed plura at- tingere superfedemus. Quæ porro tum in proœmio, de irre- genitis, notitia licet imbutis rerum divinarum, pro illuminatis tamen non habendis, immiscet, tum in opere dein ipso p. 111 repetit, illuminationem simul ad voluntatem pertinere, confir- mans, item, quæ de revelationibus divinis, post Canonem clau- sum de rebus fidei & morum adhuc obviis & per auxilia ordina- ria salvis, p. 489, profert, num omnes Theologi nostrates probaturi sint, non dispiciemus, ἀκριβέως in cæteris & modera- tionem Viro Theologo dignam, non minus ac styli perspicuita- tem, magnopere probantes.

ACTA ERUDITORUM
LA BIBLIOTHEQUE DES PHILOSOPHES
& des Scavans.

hoc est,

BIBLIOTHECA PHILOSOPHORUM ET
Eruditorum, autore H. GAUTIER, Architecto mili-
tari, Inspectore viarum, pontium & aggerum
in regno Gallie.

Tomii II.

Parisiis, apud Andr. Cailleau, 1723, 8 maj.

Alph. 3 pl. 20.

Idem ille Cl. *Gautierius*, cujus nuper *Antiquitates Nemaufenses*, & alia alia, recensuimus, nunc orbi exhibet *Historiam Philosophicam*, non, ut ipsemet in Præfatione fatetur, in doctorum gratiam compositam, sed eo tantum fine contextam, ut, qui non totos se dare possunt literis, & tamen, quid olim & nuper gestum sit a Philosophis, cognoscendi cupiditate flagrant, habeant, quo sitim suam explere possint quodammodo. Hausit autem Cl. Autor, quæ hic affert, non ex ipsis fontibus, sed ex *Actis eruditorum* (maxime ex iis, quæ Gallico sermone conscripta sunt,) atque e *Dictionariis*. Unde se excusatum vult, quod totum hoc opus *allegatis*, quæ vocant, careat: quæ quidem, si eruditus hæc scripsisset, omittere fas minime fuisset. Ut autem eo magis confuleret semidoctorum commodo, placuit ei titulos suos methodo alphabetica exhibere, lectorique in manus dare *Lexicon* ali-quod *Philosophicum*. Non expectabant Lectores nostri fusiorem hujus Lexici recensioem. Illud tamen eos ignorare nolumus, recentiorum Physicorum, maxime Gallorum, novas doctrinas hic diligentius exponi, e. g. *Nic. Andry, Casaris d' Arcons, Bed-devolii, Cartesii, Hartsoekeri, Lemerii, Petri Sylv. Regis, Ville-motii*. Dolendum vero, Cl. Gautierium de multis pauca nimis tradere, e. g. de *Gassendo, Verulamio, Bernoullio, Jord. Bruno, Charronio, Malebranchio, Malpighio, Walliso*, aliis. Mirum etiam multis videbitur, Philosophorum in numero hic poni *Alexandrum M. & Cyrum, Reges*, itemque *Jesaiam Prophetam*, quos nondum quisquam inter Philosophos referre ausus est. Vix etiam
hoc

hoc in Lexico quæretur *Lutberus*, (cujus ea sententia sola profertur, qua dixit, esse quædam in Philosophia vera, quæ sint falsa in Theologia,) *Paschius*, (qui scripsisse commemoratur librum de *Invenis nov. antiquis*,) *Spizelius*, (quem laudat ob librum de *infelicibus literatis* editum,) *Cleobis & Bito*, qui singularis in matrem pietatis hunc fructum tulisse leguntur, ut subita morte eriperentur rebus vel potius calamitatibus humanis. Sunt autem tituli hujus Operis alii personales, alii reales. De personalibus jam dictis nihil adjiciemus, nisi quod monendum, *Sturmius* hic vocari perperam *Sturminum*, *Swindenium* *Smidin*, *Ittigium* *Iffigium*. Ad reales titulos quod attinet, ut nec horum specimen desit nostris lectoribus, sub titulo *animæ, aeris, cometae, Jovis*, (& cæterorum planetarum,) *Solis, Lunæ, montium, fontium*, recentiorum Philosophorum de harum rerum naturis sententias Cl. Autor congestas exhibet. Nec illud tacendum putamus, quod sub titulo *Philosophiæ* Tomo II p. 125-136 deprehendimus in compendio expositam Scholasticorum Philosophiam. Ceterum magnam esse hujus Lexici Philosophici imperfectiorem, vel inde facile cognoscitur, quod præcipui Philosophorum termini, quos vocant, hic non exhibentur, una excepta voce *ἀραγῆς*, quæ apud Stoicos idem significabat, quod *ἀπάθεια*: quanquam ne hæc quidem vox suum in hoc Lexico habet titulum. Deponere hoc opus e manibus volebamus, cum incidimus in Vitam Joannis *Fontani*, (*Monf. de la Fontaine*.) viri a fabulis Æsopiceis elegantissimis, quas edidit, celebrissimi, ab Autore nostro *T. I p. 630 sqq.* jucundissime descriptam. Hanc, quam brevissime fieri potest, reddemus hic lectoribus talium rerum curiosis. Locus *Fontani* natalis, in tractu Sueffionensi situs, nomen habet *Chateau-Thierry*. Summus erat fluminum & sylvarum Curator regius. Moribus præditus erat singularis exempli. Nam eo die, quo uxorem duxit, (quæ quidem ingenii præstantia marito non multum inferior erat,) cum jam dudum cubitum ivisset sponsa, admonitus satis sero (nam ultra mediam noctem tempus confabulando extractum fuerat,) ab amico, ut nuptæ suæ se jungeret lateri: *Oblituseram, inquit, amice, crede mihi, me hodie uxorem duxisse*. Postea relicta uxore in oppido sibi natali, ipse Lutetiæ, viginti leucis inde remota urbe, commoratus, vix quatuor annorum spatio eam visitavit, quam tamen habebat carissimam. Querente aliquando uxore, quod sibi ne potestatem quidem daret veniendi Lutetiam ibique ad minuendos sumtus cum marito vivendi, & per literas ab eo petente, ut ad ipsam venire dignetur; locum quidem dedit ejus precibus & ad eam profectus est. Verum cum ipso adveniente ea sacris interesset, (erat enim dies Dominicus,) Fontanus in templum misit, qui uxori nuntiaret, se advenisse. At cum non nisi perfectis sacris templo egrederetur uxor, ipse interea moræ impatiens consensu rursus equo Lutetiam repetiit, jussis domesticis uxori suæ plurimam dicere salutem. Alio tempore cum ex amici domo proVectiori jam nocte abiturus esset, pro pallio suo (adco in omnia alia intentata erat mens ejus,) sumsit

48 ACTA ERUD. MENSIS JAN. A. MDCCXXIV.

rubrum tegmen lecti in hypocausto positi, coque contactus domum rediisset, nisi erroris sui fuisset admonitus. Idem adeo intentus erat fabularum suarum compositioni atque elaborationi, ut sæpe per viginti quatuor horas uni sedi affixus nil cogitaret, nisi fabulas suas, imo sæpe prandii cœnzve inter assiduam meditationem oblivisceretur. Aliquando ad prandium invitarat amicorum suorum quendam. Oblitus hujus rei Fontanus se vice versa credidit ab amico illo invitatum esse, adeoque domo exiit ad eum conveniendum. Obviam vero factus amicus ex eo quæsit, quo tenderet. Ad te, inquit, qui heri me invitatum voluisti. Enimvero, inquit alter, tu me invitabas, & ego jam venio tecum cibum capturus: at cum domui mez simus propiores, quam tuæ, camus, quæso, domum meam, ibique prandeamus in præsentî. Hæc sunt, quæ Gaudierius refert de *Fontano*, addens, singula esse exploratissimæ veritatis. Optandum vero esset, ut plenior hominis Vitam Cl. Autor exhibuisset, quam quidem dandi facultatem habuisse eum, conjecturam ex iis, quæ attulit, jure facimus. Ceterum Cl. Autori libuit, Lexico huic Philosophico adjungere duos libellos physicos, quorum priore *Novas* proponit *conjecturas de globo terrestri* p. 483-549; posteriore p. 550-649, *novas conjecturas de natura pestis*. Sed his immorari nolumus.

ANNALES ACADEMIÆ JULIÆ EX EDITIS ET
MS&is Monumentis compositi, cum Actis Societatis
Conantium.

Brunsvici, ap. Ludolphum Schröder, 1722 & 1723, 8.

Alph. 2. plag. 6 $\frac{1}{2}$.

OMnino probandum atque ad historiam eruditionis exteris quoque profuturum censemus institutum, quod ceperunt Academiæ Lipsiæ, Vitebergensis, Jenensis, Altorfensis, quodque nunc Helmstadiensis secuta est, condendorum videlicet Annalium, sive recitationis monumentorum, quæ ingenia cujusque academiæ indies pariunt. Scriptor horum, quos jam indicamus, annalium, non modo typis evulgata quæ sunt in academia Julia per semestre tempus commentaria, orationes, disputationes, carmina singularia, ex ordine temporis commemorat, sed etiam *MS&is* quædam integra promit, e. g. *epistolas* doctorum Academiæ mutuas, & ceterorum, velut *Leibnitii*. Quibus ille epistolis quasi arcanam Academiæ historiam contineri asserit. Ceterum judicium ipse suum non interponit, contentus diligenti recensione argumentorum ac rerum potissimarum, qua perspecta, quisque de monumentis rectius existimare queat. Quarto semestri Annalium *indicem* subjecit nominum rerumque memorabilium, quæ erant in partibus quatuor annalium, & totidem accessionibus *Societatis Conantium*. Nam hujus quidem acta singulis semestribus Annalium adjuncta videmus. De Societatis illius institutione scripsimus in hisce Actis anno 1712 m. Jun. p. 288, & nunc ejusdem labores similiter atque Annales academiæ Juliæ lectoribus nostris ex styli & rerum bonitate merito commendamus.

N. II. 49

ACTA
ERUDITORUM,

publicata Lipsia
Calendis Februarii Anno MDCCXXIV.

RERUM ITALICARUM SCRIPTORES AB
Anno D ad MD. LUDOV. ANT. MURATO-
RIUS collegit, ordinavit & Præfationibus
auxit.

Tomus II.

Mediolani, ex typogr. Societatis Palatinæ, 1723, fol. maj.
Alph. 6 pl. 20. Tabb. æn. 14.

CUM de instituto hoc dictum fuerit uberius Mense superiore, nunc alteri huic Tomo recensendo parcius immorabimur. Is, Illustriss. Comiti HIERONYMO COLLOREDO, Infubrum Moderatori, cujus jam supra præpensam in Palatinos Socios voluntatem laudavimus, Cl. Argelati stylo inscriptus, exhibet I *Agnelli*, scriptoris sæculi IX, librum Pontificalem, seu Vitas Pontificum Ravennatensium, a Cl. Bacchinio primum editas, cum observationibus & supplementis, Mutinæ 1708, & in Actis Anni 1710 p. 330 a nobis recensitas, nunc vero ad eundem Codicem Estensem, quo usus ille erat, denuo accurate revitas & passim emendatas: qui Scriptor etsi infusus nonnullis videri possit, iterum tamen ut cum Bacchinii notis recusis magis innotescat eruditis, dignum putavit Muratorius, dolens simul, quod sero nimis intellexerit, alterum libri Codicem in Vaticana exstare. Inseruere hinc Palatini Socii II Bullam Paschalis I Pont. ad Petronacium Ravennæ Archiep. A. 819 datam, qua privilegia sedis illius confirmantur, nunc e vetusto apographo chartaceo Bibl. Ambrosianæ descriptam, & multis locis ea, quam Ru-

G

beus

- beus in Hist. Ravenn. & post eum alii dedere, emendatiorem magisque integram. Quam dum magnam partem æri incisam præfatione erudita & notis uberioribus exornant, observant, ductum literarum convenire cum Benedicti III & Nicolai I diplomatis, & omnino circa Sæculi VIII principium in usu fuisse, Sæculo X vero cessasse; formulam quoque *in perpetuum*, quam Bulla hæc habet, in Bullis Sæculi IX & decimi frequentissimam esse, & quod Nostri conjectant, adhibitam fuisse tantum in Bullis majoris momenti & quæ in longum tempus extendebantur, cum altera illa *Salutem & Apostolicam benedictionem?* minoribus rescriptis, quæ in præfens erant exequenda, fuerit reservata; salutationem denique *bene valete* Sæculo IX & X receptam fuisse, quam Leo IX in monogramma redegerit. Multam quoque pecuniariam in hac Bulla transgressoribus indictam rarius notant in Bullis Pontificiis, & fortasse in iis tantum occurrere, quæ intra S. Sedis dominium exequendæ erant. Succedunt III *Erchemperti, Lupi Protospata, Falconis Beneventani* aliorumque Chronica de rebus Longobardicis, de quibus cum superiori Mense in recensione Scriptorum Siculorum dictum sit, nihil nunc addimus, nisi quod monemus, Cl. Muratorius non modo iis diligenter usum, quæ Caracciolus & imprimis Camillus Peregrinius in editionibus suis præfiterunt, verum & quædam e MSS. supplevisse. IV Chronicon breve Casinensis Monasterii, ad A. 857 excurrens, autore, ut fertur, *Anastasio Bibliothecario* scriptum, & nunc primum e Bibliotheca Benedictinorum Cœnobii S. Georgii, quod Venetiis est, productum: quamvis Muratorius falso hoc nomen præpositum putet, ut major nimirum relationi de reportatis ad Montem Casinum SS. Benedicti & Scholasticæ ossibus, quæ huic Chronico inserta, fides accedat, potius post annum demum M a Casinate quodam Monacho concinnatum, variis indiciis probans. V Carmen de Laudibus Berengarii a Poeta æquali scriptum, & ab Hadr. Valesio seorsim, rursusque a Leibnitio rerum Brunsv. Tomo I editum, nunc cum utriusque notis recusum; ubi simul observat Noster, diplomatum imprimis Berengarii fide, quorum editionem alteri Tomo Antiquitatum Estensium servat, Leibnitium ejus Regni initium perperam in mense Majo anni 887 collocare,

p. 220. I.

220. IV.

349.

273.

locare, cum utique post mortem deum Caroli Crassi A. 888 Regnum invaserit. Cum vero in illo poemate crebra quoque Widonis, seu Guidonis, fiat mentio, opportune illi subjungendam duxere Palatini Socii VI Synodum Ticinensem ab Episcopis Regni que Proceribus celebratam pro electione seu confirmatione Widonis in Regem Italiz, de qua aliorum annales tacent, & Bobiensis Monasterii S. Columbani tabulario descriptam, ut & diploma Widonis Monasterio S. Mariæ Theodotæ Ticinensis A. 892 datum, & in Tabula depictum: qua occasione chronologica dubia in rebus Berengarii & Widonis suborta proluxa & pererudita præfatione eruunt. VII *Luitprandi*, seu potius *Liutprandi*, Historiz rerum suo tempore in Europa gestarum Libri VI & Legatio ad Nicephorum Imp. Or. Cetera vero, quæ sub ejus nomine circumferunt, Adversaria, Chronicon de Hispanicis rebus & imprimis librum de Pontif. Rom. gestis usque ad Formosum, Moguntiz 1602 editum, merito inter supposititios refert Cl. Muratorius, qui & emendationes quasdam Historiz Luitprandianæ sub finem adjecit. Denique VIII accedunt Annales Bertiniani ab A. 741 ad A. 882, ex Andree Du-Chesne Scriptorum Franc. Tomo III huc traducti, quibus & alterius autoris Appendix ab A. 883 ad 900, quem Freherus cum Annalibus Fuldensibus, rursusque ex eo Du-Chesne Tomo II ediderat, additus est.

JOHANNIS FRIDERICI SCHANNAT *Vindemiæ Literariæ, hoc est, Veterum Monumentorum, ad Germaniam Sacram præcipue spectantium, Collectio Prima.*

Fuldæ & Lipsiæ, apud Maur. Georg. Weidmannum, 1723, f. Alph. 2 pl. 18.

Non incomptum novæ typographiæ Fuldenfis specimen producit Cl. *Schannat*, quod ejusdem Promotori munificentissimo **CONSTANTINO**, S. Fuldenfis Ecclesiæ Abbati, inscriptum, cui simul de pace, quæ nuper Carolopoli ad Mœnum ipsam inter & **JO PHIL. FRANCISCUM**, Herbipolensis Eccl. Præsulem, feliciter coaluit, gratulatur. Exhibentur vero hic monumenta

numenta quædam vetusta, quæ, dum in colligendis rerum Fuldensium Scriptoribus occupatur, e tenebris simul erant, vel ab aliis communicata accepit Cl. Editor. Ut breviter ea recensamus, extant: I Necrologium Eccl. Metropol. Moguntinæ, e veteri Martyrologio membraneo Rabani erutum; II Anonymi Series Abbatum Weissenburg. ex authentico archivi Fuldensis; infertis variis Dagoberti, Ludovici Pii aliorumque diplomatibus conspicua; III vetus Diptychon Fuldense; IV Anonymi, qui Seculo XVI floruit, Chronicon cœnobii Schütterani ab A. 603 ad 1327, in quo autor contra Trithemium tuetur, cœnobium hoc, quod olim Offonis Cella dictum, ab Offa Angliæ Rege, qui Carolo M. æqualis fuit, conditum, quod Noster quidem gratis adstrui, cum Mabillonio existimat; V Necrologium Laurishamense e veteri apographo, unde multorum illustrium virorum dies emortuales, hætenus incogniti, intelliguntur; VI Antiquitates cœnobii S. Michaelis Bambergæ, quo titulo continentur XXX diplomata & documenta vetustissima, e quibus secundum memoratu dignum, quod in eo Orientales Franci abnegationem faciunt solennem cum manu & festuca, Saxones vero *digitis incurvatis, secundum morem Saxonum*; VII Traditiones veteres XCIII Cœnobii S. Stephani Herbipoli, cujus nullam fieri mentionem a magno ordinis sui Annalista Mabillonio miratur Noster, simulque his documentis cum fructu usurum spondet, qui Scriptores Herbipolenses ab infinitis erroribus, quibus scætant, repurgatos aliquando illustrare velit; VIII Anonymi Chronicon Erfordienſe ab A. 1223 ad 1254, e quo de Conciliis Erfordiz 1223 & Moguntiz 1239 celebratis, ut & de Stigandiana hæreſi, aliisque ab aliis prætermiſſis conſtare poteſt; IX Chartarium Reinhartsbornenſe, quod diplomata LXI complexum, varia habet, quæ ad Thuringiæ hiftoriam illuſtrandam ſpectant; X Excerpta Necrologii veteris Abbatiz Mollenbecenſis, ab Edmundo Martene cum Noſtro liberaliter communicata; XI Documenta XXII ad Monasterium omnium Sanctorum Præmonſtr. Ord. Argentinenſis diœceſis pertinentia; XII Rudera quædam ſeu Inſcriptiones ſepulcrales Abbatiarum Albæ - Dominorum & Albæ - Dominarum in Ducatu Wurtembergico; XIII Anonymus non indiligens

indiligens de origine & Abbatibus Cœnobii S. Johannis in Rhin-
gavia, quem locum desertum & religione vacuum modernus
Abbas Fuldenfis nuper magno ære cameræ suæ acquisivit, nec
minori sumtu instauravit; XIV Donationes cœnobii S. Petri in
Nigra Sylva, ad A. 1112 seq. spectantes, e membrana veteri, a
Nostro ex ignorantis manibus redempta. XV Necrologium Ab-
batiz Lucidæ Vallis, quod, cum in eo præter dies etiam anni
emortuales subiinde notentur, majorem utilitatem præstabit, si-
mul & ad Badensium Marchionum prosapiam altius investigan-
dam plurimum conducet. Denique XVI subjiciuntur Diploma-
ta & Epistolæ Principum & illustrium virorum LXVII, quæ ma-
gnam partem ex insigni membrana, a Franc. Antonio L. B. ab
Hoheneck, summo Bibliothecæ Moguntinæ Præfecto, cujus
singularem benevolentiam admodum prædicat Noster, commu-
nicata, transcripta sunt. In his, præter alia multa, lectu digna, n. 39
Apologetica Henrici V Regis, qua circa A. 1235 graviter conquæ-
ritur de patre Henrico IV, qui, cum ipsi jus feuda vacantia Magna-
tibus conferendi concessisset, ut uterque promptiorem haberet eo-
rum fidem, has donationes postea irritas reddiderit, & quæ sunt
alia. Nec minus memorabiles n. 58 Clementis IV ad Archiep. Mog.
literæ, quibus in omnes, Electores imprimis, qui electis jam per
discordiam Alphonso & Richardo, Conradinum, quem teneræ
ætatis, sed maturæ malitiz Principem vocat, ad Imperii fastigium
evehere, vel ei auxilio esse adversus Carolum Siciliz Regem
tentaverint, excommunicationem pronuntiat, non aliam qui-
dem rationem afferens, quam quod avum habuisset Fridericum
II Imp. Apostolicæ sedi adversantem. Quibus addimus n. 62
Honorii IV literas ad Philippum IV Francorum Regem, in qui-
bus hæc inter cetera legimus: *attendas, quod Progenitores Tui
semper erant viri Christiani, quod etiam quilibet Rex Franciæ
speciali nomine CATHOLICUS appellatur.* Singulare quo-
que n. 66 exstat diploma Caroli IV Imp. quo Herbipolensi clero
A. 1347 facultatem dedit Laicos quoscunque coram judice Ec-
clesiastico conveniendi. Sed ad Appendicem pergimus, qua ex-
hibetur, ut titulus habet, *Conspectus trium vetustissimorum Codi-
cum, ex illis, quos in ipso Martyrii campo, ubi S. Bonifacius,*

p. 199.

208.

210.

Archiepiscopus, cum Sociis gloriose occubuit, manus fidelium recollecterunt, ac in Sacrarium Fuldense deportarunt; quorum varia hic specimina æri accurate inculpta repræsentantur. Nam cum ex Willibaldi vita S. Bonifacii Cap. IX constet, in ejus ceterorumque martyrio, A. 755 patrato, barbaros, prædæ inhiantes, effractis eorum cistis, nihil præter reliquias sanctorum & librorum volumina invenisse, quæ varios per campos dispersa, & passim abscondita, longo post intervallo illæsa inventa pii ad Domum, h. e. ut Noster interpretatur, ad S. Bonifacii Ædem detulerint, ubi adhuc custodiantur; ex horum numero tres istos Codices præstantissimos producit Cl. Editor, quorum primum esse MCC annorum, ex eo evincit, quod adscripta ad Præfationem manu Victoris (qui & passim ad finem Epistol. Paulin. Legi & X. F. h. e. Christi Famulus, quod alicubi Signum suum vocat, adscripsit) verba legantur: VICTOR. FAMULUS. CHRISTI. ET. EIUS. GRATIA. EPISCOPUS. CAPUAE. LEGI. VI. NONAS. MAI. DIE. INDICTIONE. NONA. QUINQUE. POST. CONSULATUM. BASILII. V. C. id est, Anno Christi DXLVI. Codex XIV pollices altus, latus VI, foliaque ex levi eaque tenuissima membrana prope D complexus, exhibet 1 Harmoniam IV Evangelistarum, in canones & numeros distinctam, cum Victoris illius præfatione; 2 Tabulam, quæ lectiones diversas, intra anni curriculum in Ecclesia legi solitas, indicat, ex Epistolis potissimum Paulinis; 3 ipsas D. Pauli Epistolas eo, quo in Vulgata existunt, ordine (nisi quod post I & II ad Thessal. ponitur illa ad Coloss. quam immediate sequitur ad Laodicenses Apocrypha) nec tamen per capita, sed in singulas lectiones ad ductum Tabulæ illius distinctas; 4 Nomina urbium, quibus Apostolorum aliorumque Sanctorum corpora sacra tum servabantur; 5 Actus Apostol. non in XXVIII Capita, ut vulgo, sed in LXXV divisa; 6 Epistolam S. Jacobi ad dispersos, cum reliquis S. S. Petri, Joannis & Judæ, quibus præfixa est Præfatiuncula ad Eustochiam Virginem, non adscripto nomine Hieronymi; 7 Apocalypsin, ad cujus calcem Damasi Papæ versus in Paulum Apostolum. Alter codex pariter membranaceus, sed folio breviori, & pessime habitus gladiusque punctum ac cæsum confossus, Longobardico caractere exaratus est.

est, ita tamen, ut majoris formæ literæ initiales in pisces varie contortos efformatæ sint, unde Noller credit, Scriptorem *Addolf* non vixisse bacchanalia, sed abstinentiæ potius fuisse cultorem. Etsi vero de ætate Codicis nihil certi asserat, argute tamen ex subscriptione, quæ sub finem legitur, avtographa: *In honore Domini nostri Jesu Christi. Ego Ragyndrudis ordinavi Librum istum, quicumque legirit conjuro per Deum vivum, ut pro me orare dignimini*, conjectat, *Ragyndrudem* illam revera esse *Radrudem*, Ratchii Regis Longob. filiam, quæ cum matre circa initium anni DCCCL in cœnobium S. Petronillæ de Plombariola ad vitam sanctam secessit, a qua forte codicem acceperit Sturmio, primus Fuldenſis Abbas, tunc temporis in Italia degens, reduxque tradiderit S. Bonifacio. Contenta, in quibus Ambrosius de Bono Mortis & Hldori Synonymorum Libri II eminent, recensere superfedemus, cum & Janningius Act. Sanct. M. Jun. T.I & Serrarius rer. Mog. p. 560 ea recenseant; quamvis utrumque Noster emendandum putaverit. Nec minori dexteritate eodem pariter ac Browerum Antiqu. Fuld. erroris convincit, ubi vulgi traditionem secuti, Codicem tertium, Evangelia, in membrana formæ octavæ minoris scriptura Saxonica cursoria minuta & admodum implexa scripta, exhibentem, manu ipsius S. Bonifacii scriptum venditant. Primum enim e S. Bonifacii litteris observat, eum nunc graviter conqueri, quod *caligantibus oculis minutas ac connexas litteras discere non possit*, Saxonicas nempe illas cursorias, quarum tum maxime usus; nunc optare, sibi transmitti libros *claris, discretis & absolutis literis scriptos*, quales per Buccam & Eadburgam, Abbatissas, ex Anglia solebat recipere, utpote pro more illius sexus caractere non minuto exaratos; nunc dolere, se *tales in hac terra*, Germania scilicet, ubi tunc prope sexagenarius Apollolico primum vacabat muneri, *acquirere non posse*, ut adeo ne legere quidem Saxoniam illam cursoriam scripturam potuerit, nedum scribere. Deinde probat, in Codice sub finem Evangelii S. Johannis diserte legi: *Finit. Amen Deo gratias ago. VIDRUG scripsit*: huncque eundem esse, qui S. Bonifacio Martyrii societate junctus, Willibaldo *Wintrung*, Othlono vero, alteri S. Bonifacii Biographo, *Wintrug*, & Continuatori

p. 222.

227.

Martyro-

Martyrologii Bedæ *Wintruge* dicatur; ut adeo sacer & venerabilis dici possit codex, etsi non ab ipso Bonifacio, a socio tamen ejus conscriptus. Horum itaque Codicum dum antiquitatem extollit Noster, simul gratulatur Herbipolensibus, qui haud ita pridem rara fortuna indagatoris, Christoph. Franc. L. B. de Hutten, Cathedr. Eccl. Herbipol. Decani, Viri in literas & Literatos omnes propensissimi, Bibliothecam jam diu deperditam, sub ipso Templi augustissimi tecto, conglomeratam ac pulvere prope confopitam detexere. Ex his quoque quatuor codicum veteriorum alphabeta ac specimina Noster producit, in quibus primum merito locum obtinet Codex Theodosianus, formæ majoris ac quadratæ, egregium juris monumentum, quo nunc æque forte Herbipolis ac Florentia Pandectis suis superbire queat. Memorabilis quoque & pervetustus est Codex tertius, Epistolarum Paulinarum, cum præfationibus, caractere Longobardico veteri cursorio exaratus, ita tamen, ut literæ initiales, quas ob formam prorsus peculiarem hic depinximus, prorsus a ceterarum figura abeant, in quo, quod primo intuitu Nostro occurrit, singulare visum, initium nempe Epistolæ I ad Timotheum, ubi Apostolus tali se inscribit titulo: ΠΑΥΛΟΥ. ΧΡΥ. ΙΗΥ. ΧΡΥ.




T A B. I.
Fig. 1.

*THEOPHILI EPISCOPI ANTIOCHENI
Libri III ad Autolyicum, Græce, recogniti & castigati,
cum versione Latina & notis, cura JO. CHRISTOPH.
WOLFII, Past. ad D. Cathar. Hamburg. &
Scholarchæ.*

Hamburgi, apud Theod. Christoph. Felginer, 1724. 8.
Alph. I plag. 8.

Sissimus tibi nitidam luculentamque hanc Theophili editionem, optimo consilio susceptam. Rev. Editor consultum recte putavit, eam denuo adornare, quandoquidem eas, quæ Oxoniensem anteverterunt, mendis & permultis & crassioribus scaterere, Oxoniensem vero auspiciis *Job. Felli*, Præfulis quondam Oxoniensis, de re Ecclesiastica meritissimi, curatam, nec ipsam
a mendis

TAB. I ad A. 1724 M. Febr. pag. 50.



a mendis satis purgatam, ac præterea inter Anglos quoque rariorem esse, ad nos autem rarissime perferri *peruidebat*. Idem jam olim fuerat consilium Cl. *Gutlieb Schelgwigii*, Professoris hodie apud Gedanenses meritissimi. Atque is, aliis negotiis prohibitus, suam, quam repetita opera cum Codice *Bodleiano* MS a Fello quoque adhibito collationem instituerat, tum vero aliam, quam a *Ludolpho Kustero* acceperat, ex Codice *Parisiensi*, quod ad librum III tantum, haustam, libenter cum Rev. Wolfio rogatus communicavit, additis variis Virorum doctorum, *Jo. Ernesti Grabii*, *Jo. Hudsoni*, *Jo. Davistii*, *Lud. Kusteri*, & aliorum, observationibus. His in rem suam converſis, Wolfius præsentem editionem aggressus contextum Græcum frequenter, nec infeliciter, emendavit, versionem Latinam, in postrema Oxoniensi jam passim correctam, denuo castigavit, notasque & aliorum, puta *Frontonis Ducæi*, *Jo. Felli*, & *B. Christiani Korholtii*, quamvis has ob prolixitatem amputatas, & suas, addidit, nihilque prætermisit, quod ad ornandam optimi Patris commentationem facere videretur. In præfatione contra *Henr. Dodwellum* erudite disputatur, qui scilicet in dissert. 2 ad Irenæum §. 44 & 50 & in addendis ad *Jo. Pearsoni* Diss. de Successione primorum Romæ Episcoporum, plenius autem in Dissertatione singulari MS contenderat, horum librorum Scriptorem non esse Theophilum, illum Antiochiæ Præsulem, sed recentiorem quandam illi cognominem, & sæculo II inferiorem. Idem statuerat, librum III, qui hodie inscribitur, ante duos priores exaratum esse. Sed & hoc aliter e habere, a Nostro in notis ad lib. III §. 3 & 18 evincitur ex locis satis luculentis, in quibus ad priores illos binos respexisse Theophilum, apparet. In præfatione præterea monstratur, qua occasione singuli isti libri seorsim & succedente tempore scripti sint ad Autolycum, & tandem in unum corpus compacti. Simul vero observatur, quod aliis adhuc neglectum est, lib. I §. 15 exstare vestigia lacunæ forte amplioris, angustioris autem lib. III p. 351 & 392. Prolegomena hæc excipit præfatio *Jo. Felli*, editioni Oxoniensi præmissa, una cum variis veterum & recentiorum de Theophilo judiciis, & dissertatio *Jo. Ern. Grabii*, quæ in Spicilegio Patrum Sæculi II p. 218 lqq. exstat. Cum

vero Cl. Editor animadverteret, loca Theophili nonnulla ampliore poscere illustrationem, quam quæ in notis, textui subiectis, locum inveniret, ad calcem ea subjecit, quæ huc spectarent. Itaque pag. 412 exhibet Vindicias Theophili ex *Georgii Bulli* defensione fidei Nicenæ petitas, & *Petavio* quondam, Theophilum de divinitate Christi sequius sensisse opinanti, oppositas. Postea conspicitur dissertatio *Steph. Soucieti*, e S. J. ex *collectione Dissertationum ejus Criticarum in loca Scripturæ S. diffidiliora*, Paris. 1715, 4 Gallice edita, hic repetita & Latina civitate donata. Illa vero pertinet ad locum Theophili lib. II §. 18, pessime hæctenus habitum, nunc autem & integritati suæ restitutum, & ex antiquitate docte illustratum. Cumque Cl. *Henr. Dodwellus* in dissert. Epistolica Anglicana, qua probare conatus est ex Scripturis & Patribus, *animam esse principium naturaliter mortale*, Theophilum quoque in has partes pertrahendum p. 44 sq. putasset, argumenta ejus p. 448 sq. repræsentantur & sub examen vocantur. Sequuntur denique p. 461 sq. Observationes quædam *Nicol. le Neury* ad Theophilum spectantes, & ex Apparatu ejus ad Biblioth. Maximam Patrum Tom. II p. 491 sq. huc translata. Restat ut pauca laboris impensi specimina demus. Lib. I §. 4 p. 15 vox *ἐκφρασις* editiones, si primam exceperis *Tigurinam*, omnes, & quoque ipsam *Oxoniensem*, occupat pessime, pro qua hic ex MSto *Bodleiano* & ipsis linguæ rationibus substituitur rectissime *ἐπιφρασις* i. e. morbus oculorum, qui ab humorum pravorum influxu & impressione oritur. Ibidem p. 16 locus a multis tentatus nova ratione tractatur, quando pro, *τα πάντα αὐτὸν λέγω*, legi Noster vult *τὸν ὄντα αὐτὸν λέγω*. Omittimus plura hujusmodi emendationum exempla, & id summatim observamus, quod in notis varia antiquitatis Ecclesiasticæ & profanæ capita erudite illustrentur, nec pauca ad linguæ Græcæ rationes spectantia afferantur.

SUITE DES MEMOIRES DE MATHEMATI-
que & de Physique &c.

hoc est,

CONTI-

MENSIS FEBRUARII A. MDCCXXIV. 59
CONTINUATIO COMMENTARIORUM
Mathematicorum & Physicorum Academiæ Regiæ
Scientiarum A. 1718.

Amstelodami, apud Petrum de Coup, 1723, 12 reg.
Plag. 17 Tabb. æn. 20.

CONTinetur in hac continuatione Tractatus de magnitudine & figura Telluris, qualis ex observationibus Mathematicorum Academiæ Regiæ Scientiarum jussu Regis factis resultat. Nuper nimirum, nempe Mense Januario, narravimus, lineam Meridianam Observatorii regii Parisiensis magno labore ac sumtu continuatam esse cum versus septentrionem, tum versus meridiem, per integram Galliam, atque istis observationibus, quibus meridiana determinata fuit, debetur & magnitudinis, & figuræ Telluris determinatio. Dividitur opus maximi momenti in duas partes, quarum prior Observationes exhibet ab Observatorio regio usque ad montes *Pyrenæos* factas, posterior vero eas recenset, quæ ab eodem observatorio usque ad extremitatem regni septentrionalem peractæ. Autor hujus Tractatus est *Cassinus*, celeberrimi Astronomi *Dominici Cassini* filius, virtutum paternarum hæres. Præmittit discursum præliminarem præfationis loco, in quo breviter recenset, quid in Herculeo hoc opere prælitum sit a Mathematicis Academiæ Scientiarum. Tractationem ipsam aggressus veterum pariter ac recentiorum in determinanda magnitudine Telluris molimina expendit: quæ cum nondum sufficere ostendat, necessarium fuisse tandem concludit, ut illa methodo exacta definiretur. Usi autem sunt Galli methodo *Eratosthenis* a *Snellio* recentius exculta in *Eratosthene Batavo*, qua arcus meridiani quantitas per operationes gæodeticas ope triangulorum solutorum determinatur. Atque ideo *Cassinus* de linea meridiana agit. Docet autem, quænam prima fuerit hujus lineæ cognitio, & quomodo ea per observationes Solis, per umbram Solis, per radios Solis, & per fixas determineur: ubi etiam indicat, qua methodo linea meridiana transiens per medium Observatorium fuerit descripta. Observatum est azimuthum ante & post meridiem ope tubi in Solem orientem & occasui

Part. I.
C. I.

2.
3.

Part. I.
C. 4.

proximum converſi & horologii oſcillatorii, quo tempus tranſitus centri Solis per fixam verticale tubi determinatum. Quoniam vero linea meridiana eſt veluti baſis plerarumque obſervationum aſtronomicarum, diverſis methodis comprobata fuit. Ut linea meridiana Obſervatorii per integram Galliam verſus meridiem ac ſeptentrionem continuaretur, Geographia ſuadebat, immo efflagitabat. Mappæ enim, quæ præſtaniffimæ habebantur, enormi lapſu meridianum Obſervatorii & locorum reſpectu ejus ſitum exhibebant & maximus in his erat Geographorum diſſenſus. Illius igitur directionem determinarunt Galli per Solis atque fixarum obſervationes & ſitum reſpectu urbium aliorumque locorum notabilium ipſi vicinorum per operationes geodæticas, quo ipſo hoc in uſum Aſtronomiæ & Geographiæ enatum eſt commodum, ut obſervationes in iſtis locis celebratæ facillime reducantur ad Meridianum Pariſienſem, cum obſervationibus reſpondentibus alibi locorum comparandæ. Opus igitur ipſum felici Minerva aggreſſuri primo omnium loco per obſervationes aſtronomicas exactiſſime determinarant horizon-
5. tæ puncta, in quibus meridiana Obſervatorii eundem ſecat. Loquimur autem de horizonte ſenſibili, in quo exhibentur loca terreſtria in interſeptione ſita. Notatum vero eſt jam a *Picardo* & novis obſervationibus confirmatum, quod verſus meridiem meridiana Obſervatorii tranſeat per pagum *de l'Hay* & verſus ſeptentrionem per oppidum *Montmartre*, ubi *Picardus* pilam excitari curavit. Ad obſervandos angulos poſitionum, qui ad deſcriptionem meridianæ requirebantur, uſi ſunt Quadrante circuli, cujus radius 39 digitorum, cum dioptris teleſcopicis, & Octante interdum, cujus diameter 36 digitorum, commoditate
6. ita exigente. Utrumque inſtrumentum & ejus uſum accuratiſſime deſcribit *Caffinus*, nimirum ut conſtet, quantam ipſorum opus mereatur fidem. Quot triangulis uſi fuerint & quomodo
7. ex iis computum inſtituerint pro determinanda meridiana, prolixum nimis foret hic recenſere. Nec noſtrum porro eſt, diſtincte exponere methodum, qua uſi ſunt ad deſcribendum lineæ meridianæ ſitum reſpectu locorum in triangulis comprehenſorum, neque alteram, qua uſi ſunt in pila ſuper linea meridiana
Pariſiorum

MENSIS FEBRUARII A. MDCCXXIV. 61

Parisiiorum excitanda, ubi eam perpendicularis e turri cathedrali *Bituricarum (Bourges)* demissa secat. Ut latera triangulorum, observatis angulis, per computum trigonometricum eruere liceat, basis unius trianguli actu mensuranda fuit. Uti quidem sunt basi 5653 hexapedarum, quam *Picardus* in planitie *de Longbayau* dimensus fuerat; haud quaquam tamen omiserunt data occasione computi examina instituere, & imprimis in planitie *Ruscinonensi (de Rousillon)* actu mensurarunt basim 7246 hexapedarum calculoque conformem reppererunt. Ut autem linea meridiana Observatorii triangulorum ope produci posset, per observationes Solis & fixarum determinarunt angulum, quem meridiana efficit cum lateribus primi trianguli: ejus enim ope situm meridianæ determinare licuit respectu omnium locorum qui triangulis formandis inservierunt. Enimvero ne multitudine operationum error aliquis multiplicatus fieret sensibilis, per observationes Solis orientis & occidentis situm meridianæ ad examen subinde revocarunt, atque ita docuerunt, lineam meridianam tanta accuratione ad extremitatem usque regni productam esse, quanta ab humana industria expectari potest, ita ut nullus error sensibilis irrepere potuerit. Quoniam linea meridianæ Parisiorum per regiones montosas, *Arverniam, Occitaniam & montes Pyrenæos* transit; ideo opus erat, ut loca elevata reducerentur ad libellam maris: quem in finem operationes geodætice usque ad littora maris continuatæ sunt, ut montium altitudo respectu superficiæ maris determinari posset. Hac vero occasione una instituerunt observationes barometricas, ut aeris gravitas in diversis altitudinibus ultra libellam maris innotesceret. Observarunt quoque depressionem apparentem horizontis maris in usum refractionis, quam radii luminis in aere patiuntur. Et quoniam anguli ob diversam horizontis elevationem non sunt in eodem plano, ideo ad idem reduci debuerunt, quotiescunque ex duobus aut pluribus in planis differentibus observatis componendus fuit unus. Qua methodo fuerint usi, exemplo singulari docetur. Cum *Ruscinone* commorarentur, observationibus vacarunt ad determinandum situm præcipuorum locorum a latere *Occitania & diversarum Provincia* urbium, Jupiter sub radiis

Part. I.
C. 8.

9.

10.

11.

12.

- Solis tum delitescens observationibus istis minime favebat, ut ex eclipsibus circumjovialium illum determinare licuisset: alia igitur via incedendum fuit, observationibus geodeticis in subsidium vocatis & suppeditis observationibus Satellitum Jovis A. 1674 in promontorio *Seritino & Montepessulano a Picardo* factis. Postquam igitur calculo geodetico determinata erat longitudo meridianæ in hexapedis Gallicis; ut ejusdem quoque magnitudo in numero graduum circuli maximi & gradus unius magnitudo innotesceret, in confiniis regni observatæ sunt diversarum fixarum altitudines meridianæ & cum altitudinibus earundem in Observatorio regio comparatæ. Captæ sunt utrobique altitudines eodem instrumento. Resultat hinc magnitudo unius gradus meridiani 57097 hexapedarum, adeoque periphæria totius Telluris, si figura Sphærica supponatur, 20554920, diameter 6542840 hexapedarum Parisiæ. Ut nova hæc Telluris dimensio cum antiquis comparari possit, ideo in rationem mensurarum itinerariarum veterum cum modernis erudite inquiritur. Intervalla itineraria urbium a Geographis vetustis assignata cum distantis ab ipsis determinatis comparantur. Observarunt quoque in itinere multorum locorum latitudines & alicubi etiam circumjovialium eclipses in usum longitudinis. Atque hæc dixisse sufficiat de parte prima Tractatus. Præmittit Cel. Autor etiam parti secundæ discursum præliminarem, in quo generatim recenset, molimina Gallorum in determinanda altera parte meridianæ ab Observatorio regio usque ad Galliæ partem septentrionalem. Usi hic quoque sunt methodo geodætica in solutione triangulorum fundata, beneficio angulorum positionis observatorum & basis unius trianguli actu mensuratæ in confinio *Dunqueræ*, quæ erat 5464 hexapedarum & pedum trium. Arcum Meridiani interceptum inter parallelas *Parisiorum & Dunqueræ* per observationes fixarum determinarunt & variis quoque in locis elevationem poli observarunt. Resultat magnitudo unius gradus meridiani 56960 hexapedarum. Cum is minor sit, quam in parte meridionali, ubi repertus fuerat 57097, & ante a *Picardo* 57050; *Casfnus* inde concludit gradus versus æquatorem augeri, versus polos minui, consequenter figuram Telluris
- Part. I.
 C. 13.
- 1
 2
 3
 4
 5.
- Part. II.
 C. 1.
2.
 3.
 4.

MENSIS FEBRUARII A. MDCCXXIV. 63

Telluris non esse sphaericam, sed ellipticam, cujus major axis per polos transeat, atque tandem demonstrare nititur, distantiam foci a centro, quam eccentricitatem vocat, esse ad radium seu axem dimidium ut 1 ad 7. Notandum vero, juxta hypothefin *Cassini* differentiam graduum maximam esse sub gradu 45 latitudinis, inde vero usque ad æquatorem eadem fere ratione minui ac ab eodem termino usque ad polum. Quantitatem graduum sub data quavis elevatione poli exhibet Tabula sequens.

Elev. Poli	Magnitudo graduum	Elev. Poli	Magnitudo graduum	Elev. Poli	Magnitudo graduum.
0					
1	58019 hex. 4 ped.	24	57732 4	43	57192 hex. 4 ped.
2	58018 2	25	57709 0	44	57161 3
3	58015 4	26	57684 3	45	57130 3
4	58012 0	27	57659 2	46	57099 2
5	58007 2	28	57633 4	47	57068 1
6	58001 4	29	57607 2	48	57037 0
7	57995 0	30	57580 3	49	57006 0
8	57987 2			50	56975 0
9	57978 4	31	57553 0		
10	57969 0	32	57525 0	51	56944 2
		33	57466 2	52	56914 0
11	57958 2	34	57467 1	53	56884 0
12	57946 4	35	57437 3	54	56854 2
13	57934 0			55	56824 5
14	57920 2	36	57407 3		
15	57905 4	37	57377 1	56	56795 4
		38	57340 4	57	56766 5
16	57890 2	39	57316 0	58	56738 3
17	57874 3	40	57285 2	59	56710 3
18	57857 1			60	56682 5
19	57838 5	41	57254 3		
20	57819 3	42	57223 4	61	56655 5
				62	56619 4
21	57799 1				
22	57777 5				
23	57755 4				

Elev.

Elev. Poli	Magnitudo graduum	Elev. Poli	Magnitudo graduum	Elev. Poli	Magnitudo graduum
63	56604 hex. 1 ped.	71	56424 hex. 4 ped.	79	56299 hex. 0 ped.
64	56579 2	72	46405 5	80	56287 3
65	50555 1	73	56387 5	81	56277 0
		74	56370 4	82	56267 2
66	56531 4	75	56354 5	83	56258 3
67	56508 5			84	56250 3
68	56486 4	76	56339 1	85	56243 2
69	56465 1	77	56324 5		
70	56444 3	78	56311 3	86	56237 1
				87	56232 1
				88	56228 2
				89	56225 5
				90	56224 4

Part. II.
C. 5.

Quod si arcus ponantur æquales, cum distantia parallelorum extremorum Gallix fuerit reperta 486156 hexapedarum & arcus meridiani interceptus $8^{\circ} 31' 11'' \frac{1}{2}$, reperitur arcus unius magnitudo 57061 hexapedarum, quam proxime ad eam accedens, quam *Picardus* determinavit. Inde prodit peripheria Telluris 20541600, diameter 6538594 & semidiameter 3269297 hexapedarum. Rationem pedis Parisini ad Rhenanum ponit *Casfinus* ut 1440 ad 1390: unde facile quoque definitur diameter Telluris in pedibus Rhenanis. Notum est ex recentioribus de arte libellandi scriptis, quod, data diametro Telluris, definiri possit elevatio lineæ horizontalis apparentis supra veram. *Cassinus* igitur ex sua hypothese de magnitudine diametri Telluris in hunc usum Tabulam computavit. Ut inter *Casfina* & sociorum atque *Picardi* operationes comparatio institui atque ita de earum accuratone ex consensu iudicium fieri possit; ipse *Picardi* Tractatum, qui in paucorum manibus est, in compendium mittit, & nonnulla in eundem annotat. Denique *Snellii* quoque & *Riccioli* mensuras ad examen revocat, quorum iste quantitatem unius gradus constituit 55100 hexapedarum Parisinarum seu 28500 perticarum Rhenanarum 12 pedibus constantium, hic vero 62650 hexapedarum, quam ex variis determinationibus tanquam

quam optinam elegit. *Snellium* commisisse errorem in ipsis triangulis, cum veram angulorum quantitatem non fuerit venatus, ac in calculo quoque fuisse lapsum. Quantitatem igitur unius gradus ab ipso assignatam eam esse, quæ non attendi mereatur. Methodum *Riccioli* esse nimis lubricam atque fallacem ob refractiones, quibus implicatur. Sane Galli eadem methodo usi in montibus *Ruscinonensibus* d. 27 Febr. A. 1701 quantitatem unius gradus repererunt 60381 hexapedarum, quantitate 3280 hexapedarum ab ea aberrantem, quæ per triangula ad meridianam relata determinata fuit. Immo d. 12 Martii ejusdem anni eam invenere 66511 hexapedarum anteriore adhuc majorem. Omittimus cetera, quæ contra *Snellium & Ricciolum* ex astronomicis potissimum principiis urgentur. Inter Tabulas æneas quinque apparent mappæ Geographicæ Galliæ, in quibus linea meridiana Observatorii regii repræsentatur una cum triangulis, per quæ determinata fuit, duplici modo divisa, cum in gradus parallelorum, tum in milliaria dato perticarum numero definita. Notantur etiam loca, quorum situs astronomicè vel geodætice determinatus, peculiari signo, ut a ceteris distingui possint.

CONSIDERATIONI DI PAOLO MATTIA DORIA intorno alla natura ed essenza delle dimostrazioni generali e particolari, ed intorno alla natura della costruzione Geometrica e Meccanica.

i. e.

PAULI MATTHIÆ DORIÆ CONSIDERATIONES circa naturam demonstrationum generalium & particularium, item constructionis Geometricæ & Mechanicæ; responsionis loco ad difficultates ab Anonymo motas propositæ.

Impressionis locus non additur.

Plag. 3½.

NOVIS in Geometria placitis Illustris Autoris objecerat quidam hæc tria: primo, veteres ipsos Sect. Coni proprietates tribuisse

tribuisse constantes; secundo a Parabola, de qua Autor tantum egerat, non valere consequentiam ad Curvas reliquas: tertio everti, admissis placitis ejus, Euclidis XI & XII. Quibus ut satisfaciat, demonstrare suscipit primo sequentem propositionem: Veteres Sectionibus Coni non tribuerunt proprietates constantes. Nam circulum geometricum appellarunt, has vero mechanicas. Et eodem nomine appellarunt Spiralem, Quadratricem: non habuerunt autem alia nomina, præterquam illa Mechanici & Geometrici; quo ultimo solas rectas & circulos appellarunt, utpote per postulata Euclidis construibiles. Renatus etiam Cartesius hoc agnoscit: nam miratur, antiquos Sect. Coni pro geometricis non habuisse. Porro aut Cartesius putavit, veteribus mechanicum idem fuisse, ac non habere proprietates constantes, aut credit, veteres sub mechanicarum nomine complexos & quasdam, quibus non denegabant proprietates constantes. Si prius, ex hypothese sua bene contradixit, quoad Sectiones Coni; sin posterius, male. Clare præterea confitetur idem, dum dolet, eandem veteribus ideam fuisse Sectionum Coni & Spiralis, ac quadratricis. Adducuntur etiam in hanc rem verba Cartesii, quibus id veteribus exprobrasse creditur; ipsumque non sine morfu conscientiae novam opinionem suam asseruisse subjicitur, quando ex curvis simpliciores prætulit magis compositis. Nec provocare licet ad silentium veterum, & quod non expresse legatur ullibi, Curvas Apollonianas non habere proprietates constantes: nam ad id non tenebantur; & prophetæ non erant, ut prævidere potuerint hæc calamitosa tempora, quibus omnes totius mundi Mathematici tam futuri sint excæcati. In fine hujus demonstrationis Vietæ exemplo se consolatur.

Alterum, quod sibi demonstrandum sumit, Cl. Autor sic enunciat. *Propositio*: „Generaliter demonstratur, quod in „Geometria proprietates incognitæ linearum & figurarum non „possint demonstrari demonstratione generali, si demonstratio- „nem non præcedat definitio, in qua adjecta fuerit proprietas „quædam nota ejusmodi linearum, vel ejusmodi figurarum, cujus pro- „prietates incognitæ demonstrandæ sunt: & præterea si non for- „metur postulatum consequens ex nota proprietate, quæ conti- „netur

netur in definitione., Hæc sunt fere ipsissima verba. Demonstratio huc redit. *Definitio*: Demonstratio generalis in Geometria est illud argumentum, quo probatur, eam ipsam demonstrationem, quæ facta fuit in puncto uno alicujus lineæ vel figuræ, eandem manere in omnibus reliquis punctis ejusmodi lineæ vel figuræ. Atqui hoc sciri nequit absque illius definitione: ad hanc vero requiritur proprietas essentialis & generalis, quoad omnia puncta. Absque his igitur demonstratio generalis haberi nequit. Sed cum quantitas Geometrica intelligi nequeat absque descriptione figurarum: hinc postulato adhuc est opus. Hoc autem iterum definitionem supponit, cum absque nota proprietate formari nequeat. Ergo &c. Præcedentia explicat exemplo circuli & propositionis I 3 el. VI. Scholio autem monet, sufficere circuli aliqualem descriptionem. Hypothesin enim proprietatis ejus, quæ habetur in definitione, supplere, quod exactæ descriptioni deest; tandem in Corollario eadem repetit, & contra Sectiones Coni subsumit. Hæc sequuntur considerationes V. Prima, Apollonii demonstrationem particularem tantum esse, ostendere vult. Secunda neque ab errore immunem futurum fuisse Euclidem, si ea methodo processerit, qua Apollonius. Tertia in instrumenta composita animadvertit, quibus geometricæ nil fieri posse asserit. Quarta comparando circulum cum Parabola, contrariam utriusque rationem comprobare satagit, qua fiat, ut hæc ne quidem possit concipi descripta. Quinta respondet ad ea, quæ moderni regerunt, asseritque, descriptiones per plura puncta mechanicas esse.

Hic ita expeditis transit ad tertiam difficultatem circa Euclidem, cujus undecimus & duodecimus liber everti videbatur Adversario, si Domini Autoris opiniones admittuntur. Omnis responsio huc redit: Euclidem non secare unquam figuras e corporibus, nisi quas jam antea definiverat. Subjungit considerationem de causis, quibus seducti fuerint recentiores, ut admitterent, quæ pugnare videntur Domino Autori cum veterum Geometria.

ACTA ERUDITORUM
 DECADIS II ACTORUM MEDICORUM
*Berolinensium in Incrementum Artis & Scientiarum
 collectorum Volumen I & II.*

Berolini, apud Godofredum Gedickium, 1723, 8.
 Plag. 14 cum Fig. xii. Tabb. II.

Absoluta Decade I Actorum Medicorum Berolinensium ad II divulgandam nunc fit progressus; & quemadmodum singulis ex prioribus Voluminibus effigies semper Medici cujusdam veterani, sectam quandam condentis, fuit apposita, Hippocratis puta, Apollonii, Ruffi, Celsi, Galeni, Avicennæ, Paracelsi, Helmontii, Patini, & Bontekoe, ita sequentibus pariter Medici cujusdam, in Marchia licet non nati, ibidem tamen quondam celebris, icon præfigetur, cum annexa ejusdem Vita. In binis igitur hisce Voluminibus, quæ nunc commendamus, icones Leonhardi Thurneisseri zum Thurn, Helveti, Archiatri Brandenburgici, & Francisci Hildesheimii, Francisci Neumannii, ordinis Equitum S. Johannis olim Magistri, ex Filia Nepotis, Archiatri Brandenburgici, conspiciuntur. Præterea Volumen I Sectiones continet V, quarum I *Historiam morborum Berolinensium per annum 1721* sistit, & sequentes Observationes annotat: Febris tertianæ typum referentis repente in apoplexiam terminantis; hemiplegiæ ex hæmorrhoidum translatione; apoplexiæ ex podagra translata; febris petechialis circa diem criticum judicatæ; arthriticorum moliminum ex narium hæmorrhagiis non procedentibus; febrium corruptarum; colicæ hysterico-arthritico-apoplecticæ; & cholæræ in gravida in icterum terminantis; simulque arnicæ veræ efficaciam hysterico-catharticam, abortum præcaventis, deprædicat. In II *Casus nonnulli Clinico-Practici notabiliores* referuntur, ut incontinentiæ urinæ & impotentia virilis ex remedio antinephritico contractæ; mictus cruenti ex hæmorrhoidum translatione; hæmorrhoidum externarum cum rheumatismo & catarrhis metaschematisini; anginae nothæ in arthritidem vagam scorbuticam transeuntis; & hæmorrhoidum cæcarum cum morbo articulari symbolizantium. In III *Reflexiones* sunt *Medico-Practicae super Indicem mortuorum*

rum Berolinensium anni 1721, insimulque monetur, scorbutum Berolini non esse morbum endemicum, phthisin vero & epilepsiam sibi jura civitatis vindicare, ita tamen, ut illa adultam maxime, hæc infantilem potissimum adoriatur ætatem. In IV *Casus quidam chirurgici* commemorantur, palliativæ scilicet fistulæ in perinæo curæ; vulneris cum deperditione processus ossis humeri interni & eluxati radii per trepanum ablatione; fistulæ anicum hæmorrhagia feliciter curatæ; sphacelati pedis in sene curati per corrosivum Gundelsheimeri, quod Rec. Antim. crud. calc. viv. & sal. alcalic. ana libram j. hinc massa coquitur cum larga quantitate aquæ s. colatura inspissatur ad siccitatem, demum funditur in crucibulo, & reponitur ad deliquium; denique vulneris cum fractura ossis frontis, duræ menyngis ruptura, & cerebri substantiæ læsione lethalis. In V *bini Casus Anatomico-Pathologici* exhibentur, quorum alter tumorem lumbarem cum spina bifida, pudendum muliebri referentem, alter insolentem calculi vesicæ figuram describit & in figuris repræsentat.

In Volumine II in sex classes distributo I inquiritur: *quid de Variolarum Infitione Medico-Practica sit sentiendum?* ubi ante omnia Variolæ veræ a spuriiis distinguuntur, illæque morbus esse dicuntur, quo singuli homines aliquando per suam vitam laborare debent; adultis magis funestæ quam infantibus; eas mediante fermentatione erumpere; pro diversa aeris, & loci incolarumque habitudine diversis quoque benignitatis vel malignitatis gradibus gaudere; interna vilcera æque occupare ac habitum; maligna non omnes, sed paucissimos ægros ex sua natura trucidare; mortis vero causam apud plurimos in incongrua medicatione aut inadæquato regimine quærendam esse, asseritur; quibus accedit, quod semel tantum hominem adorientur variolæ veræ. Quibus politis negatur constanter, puris recentibus vulnuseculis inserti medio tanquam per fermentum eandem excitari posse fermentationem, qualis a variolis sponte obortis contingit; quia fermentum puris inserendi iners est, pigrum & humorale, imo suppositam & speratam energiam transcendit, ita, ut loco eventus admodum facilis & periculi expertis, eventus & exitus sequatur admodum anceps, imo funestus. Artefactæ igitur variolæ pro spuriiis habeantur, Fidem

vero circa novi inventi veritatem, quod scilicet Inoculatos ab ulteriore contagio præservet, suspendendam esse existimatur, donec tempora futura eventuum certitudines edocuerint. In II classe de *methodo B. Gundelsheimeri, Archiatri Brandenburgici, curandi variolas per emetici repetitum usum* differitur; quæ per sequens exemplum omnium optime cognosci potest. Anno 1713 die 12 Aprilis invaserunt variolæ Comitem de L... 14 annorum, circa vesperam, cum horrore; die 14 præscribebatur gr. j. tartari emetici cum mannæ unc. j. in aqua theriacali solutum. Unicus sequebatur vomitus cum euphoria & aliqua salivatoria sputatione. Die 17 fauces dolebant, & nox prægressa inquietior fuit, hinc dabatur iterum vomitorium ex tartari emetici gr. ij. cum sale digestivo & extracto pimpinellæ sicco; ad fauces vero extracti pimpinellæ essentificati drachm. ij. cum syrupi viol. unc. j. Die 18 æger animo & corpore iterum erat alacrior, appetebat cibum; Syrupus continuabatur. Die 21 suppuratione optime succedente, escharis hinc inde decidentibus, alvoque clausa existente, tertio dabatur emeticum. Sicque Cura intra 15 dies cum magna ægri orthostadia, variolis non confluentibus fuit absoluta. De cetero non absumilem huic Gundelsheimeri fuisse methodum febribus petechialibus medendi, innuitur, ita tamen ut tartari emetici loco Sal vitrioli fuerit præscriptum. In III *Depositiones Medico-Legales a Physico Ordinario, Glockengieffero, Iudiciis exhibitæ* leguntur: de vulnere scilicet thoracis per hepar, sinistrum ventriculi orificium in lienis substantiam transeunte lethali; de commotione & ruptura vasorum cerebri cum inflammatione pulmonum lethali, a sacco lana repleto super verticem cujusdam de alto delapso facta; de vulnere capitis cum fractura ossis temporum ex præcipiti lapsu, confestim lethali; de infanticidio per projectionem & suffocationem in cloaca. Quibus subjungitur sectio in delirio febris acutæ extincti. In IV *Sectiones cadaverum* delineantur: atrophico-hectici, atrophici, diarrhœa torminosa defuncti, viri apoplexia serosa, & pueri atrophici ex potu frigido repente extincti. In V *Casus Chirurgici* recensentur: abscessus videlicet volæ manus periculosi; calculi renalis ex urethra sectione exempti; & extirpa-

MENSIS FEBRUARII A. MDCC XXIV. 71

extirpationis scirri cancroſi labium inferius occupantis. In VI denique binis documentis, *morbum in Polonia annis 1719 & 1720 graſſantem non veram peſtem, ſed morbum Hungaricum ſeu Gaſtrenſem Brabanticum fuiſſe, probatur.*

JOANNIS POLENI EPISTOLA AD GABRIELEM MANFREDUM DE CONJUNCTIONE MERCURII CUM SOLE V Idus Nov. MDCC XXIII facta.

Non te fugit, Manfredi Doctiſſime, Eclipticas Stellæ Mercurii cum Sole conjunctiones magnos uſus afferre poſſe ad eam Aſtronomiæ partem, quæ in illius Planetæ contemplatione verſatur, perficiendam. Sero autem cum cœpta ſint obſervari hujusmodi phænomena, & cum raro iisdem locis ſpectanda ſe præbeant, perpaucæ haſtenus eorundem obſervationes in Aſtronomorum Commentaria referri potuere. Igitur ab aliquo tempore concipiebam animo, futuras Aſtronomiæ perutiles obſervationes Mercurii inter Solem Telluremque tranſituri V Idus Nov. atque mecum reputabam, e re aſtronomica futurum, ſi eundem tranſitum obſervarent non modo Viri cœleſtium obſervationum peritiſſimi, verum etiam ii, qui poſſent id mediocri tantum ratione præſtare; ut, ſi forte nubium injuria illis phænomenum obtegeretur, his vero faveret cœlum, mediocris potius induſtriæ obſervationes, quam nullæ haberentur: neque illud me præteribat, vel poſtremi hujusce generis obſervationes cum aliis collatas præbere aliquando utilitates haud contemnendas. Itaque propter has poſteriores cauſas, & tunc obſervare inſtitui, & nunc edo, quæ obſervavi: edo autem ſtatim, proſequens exemplum Doctorum Hominum, qui ſæpe res hujusmodi publici juris facere ſolent, antequam novitatis gratiam exuant.

2 Cum primum Solem inſpexi (erat autem is dies III Kal. Oct. hora 3) mature comparaturus ea, quæ ad propoſitam obſervationem pertinerent, maculam in Sole mediocris magnitudinis inveni, quæ ab ejus limbo diſtare videbatur tantillo minus quarta parte ſolaris diametri, atque attingere inferiore ſui parte rectam lineam per Solis centrum ductam ad angulos rectos cum

Vertica-

Verticali. Deinceps interdum negotia, alias nubes impedimento fuere, quin diligentiorē observationem captare possem. Kal. tamen Novembris, hora 22 cum dimidia, per dehiscētes nubes eam iterum vidi, a limbo distantem tanto fere intervallo, quanta fuerat ipsius diameter in priore observatione: sed figuræ exilioris & longiusculæ, quod magnam partem contigisse reor ob oculum quali in plano ipsius maculæ collocatum.

3 Sed ut pergā ad observationem Mercurii, quam habui divisis officiis una cum amicissimo utriusque nostrum Viro, Joanne Baptista Morgagno, in hoc Gymnasio Primæ Sedis Anatomico Cel. ad hanc usum sum tubo optico longo pedes Regios Parisienses IX, vitris optimæ notæ instructo; per quem transeuntes Solis radios excipiebam adverte charta affixa asserculo, quatuor ligneis scindulis trabeculæ secundum longitudinem fulciant tubum ea ratione aptato, ut eosdem omnino, ac tubus, motus haberet. Nolo autem longus esse enarrando partes alias, quas omnes parandas curaveram ad artis præcepta; id unum adjiciam, me adhibuisse machinam rotulis & trochleis instructam, qua nullo negotio ita movetur tubus, ut Solis imago (hæc in charta diametrum pollicum decem Regii Parisiensis pedis obtinebat) intra eundem circulum possit & jugiter & commode detineri.

4 Hisce itaque instrumentis, cælo prorsus sado, plures habitæ sunt Stellæ peragrantis discum Solis observationes. En eas, quæ appositis numeris etiam in Figura indicantur.

TAB. I.

Fig. 2.

Observationes.	Tempus Apparens.		Distantiæ Mercurii a limbo orientali Solaris disci in partibus millesimis diametri disci, sumtæ in Semita.
	H.	M.	
1	3	29 54	0
2		38 47	25
3		54 55	82
4	4	2 47	107
5		19 12	150
6		28 32	173.

5 Ante.

MENSIS FEBRUARII A. MDCCXXIV. 73

5 Antequam autem in Figuram referrem visi Planetæ loca, angulos Eclipticæ cum tribus Verticalibus circulis supputavi: & inveni tempore secundæ observationis angulum fuisse graduum 71, 4, quartæ graduum 68, 43, postremæ graduum 66, 21. Pro duabus intermediis partes conveniente proportione assumpsi. Alias etiam cum tramite Mercurii, ducto per quinque illa puncta 2, 3, 4, 5, 6, (sed in majore illo adhibito, tempore observationum, circulo, quo in singulis supputationibus usus sum) quasi sponte ad rectam lineam accommodata, alias, inquam, observationes contuli, quæ ipsius tramitis positionem stabilire visæ sunt. Ceterum, humiliore Sole, puta cum instaret tempus, quo ipsius imago elliptica fieri incipit, nimiarum refractionum metu observationes neglexi.

6 Quod vero ad ingressum attinet Mercurii in Solem, is neque citius, neque distinctius poterat in charta observari (per longiorem enim tubum oculos in Solem intendere, subdolumque Planetam expectare, fateor, nolui) at locus ipsius ingressus fuit tantillo depressior, quam reliquæ semitæ positioni conveniret. Num vero id contigerit primæ illius observationis vitio aliquo, an ex physica aliqua causa, conjiciam, cum videro aliorum observationes; cum accepero ea, quæ observavisse non dubito, modo cælum faverit, Doctissimum Fratrem tuum Germanum, hujusmodi rerum peritissimum: qui forte etiam Cometam nuper visum est contemplatus. Illud autem adjiciam; figuram ingredientis Mercurii, diligenter a nobis observatam, apparuisse quidem in charta non circularem (qualis non inulto post, neglectis spuriiis coloribus, videbatur Stellæ species) sed oblongam gracillimamque. Haud absimilis figuræ etiam a Godofredo Kirchio in observatione habita anno 1690 mentio fit.

7 Jam vero ad indagandum Mercurii exitum transeo. Divisa ipsius Mercurii semita in partes 400, portio peragrata tempore observationis, nimirum minorum 58, 38, reperitur partium 72: hinc inita ratione inveniemus, secundum datos illos numeros, totam semitam horis 5 minutis 25, 44 Mercurium peragravisse: ejusque a Sole exitum ad horam octavam & minutam 55, 38, secundum initam rationem, esse referendum.

K

8 Nunc

8 Nunc illud reliquum est, ut de Angulo inclinationis Orbitæ Mercurii ad Eclipticam, ac de magnitudine speciei Stellæ aliquid adjiciam. Angulus ille visus mihi est, repetitis mensuris, graduum sex, quibus vix unius aut alterius secundi additio fieri posset. Magnitudinem exploravimus comparando maculam (ut ita dicam) Mercurialem cum variis variarum magnitudinum nigris circularibus notulis in charta signatis; ex quibus, quæ æqualis est visa, selegimus. Hujus autem diameter, non uno modo cum partibus minuti primi ex circulo maximo desumpti collata, inventa fuit, vix aut ne vix quidem secundorum decem magnitudinem exæquare.

Hæc de nuperrima Mercurii cum Sole conjunctione habui, quæ cursim ad Te scriberem, Manfredi ornatissime, cum angustiis temporis urgerer, meisque insuper publicis occupationibus distinerer. Tu, ut cetera, quæ a me sunt, pro tua singulari humanitate boni consulas. Vale. Patavii III Id. Novemb. c1510cc XXIII.

*THEOPHILI SIGEFRIIDI BAYERI, Regiomontani, de Numo Rhodio in agro Sambienfi reperto
Dissertatio, in qua simul quedam nuper de numis Romanis in agro repertis retractantur.*

Regiomonte, 1723, in 4.

Plag. 3 Fig. 1.

FAB. I.
Fig. 3.

NUMUS A. c1510cc VII in Sambia, haud procul Regiomonte est repertus, æneus, ærugine admodum viridi. De eo hanc disquisitionem Cl. Autor instituit, qui nobis Commentarium nuper de numis Romanis in agro Prussico repertis dedit. Ostendit vero ex rofa Rhodia & vultu Apollinis numum hunc Rhodium esse. Quoniam autem minotaurus (quem bifontem putat fuisse) potiori stat loco, malit Caunium numum fuisse, insulæ, in quam colonia Cretensis ducta fuit, ceterum in quam quoque jus & potestatem habuere Rhodii, unde & prætoris nomen ΝΕΟΠΙΤΟ-ΑΕΜΟΣ (ut ipse censet) sub incitura marginis apparet. Quærit deinde, quomodo ad Prussos numus venerit. Respondet, per mercaturas

mercaturas Borysthenicas. De his fusius ab eo agitur, ut ostendat, adverso Borysthene profectos Græcos, haud procul a Dunæ fontibus succina accepisse. Ortam vult eam mercaturam post Homeri ætatem, qui mentionem succini nullam reliquit: attamen ante Herodotum, qui clarissima omnia de succino prodidit. Profectum autem Phaethonta Rhodum, ut circumvehendo in hæc littora veniret, quod ægrius per Borysthenem a cataractis invium & infestis gentibus obsessum navigaretur, naufragium fecisse, sororesque Electrionas, id est, succinaræ mercaturæ societatem eum deflesse. Sed præter id, nomen quoque Eridani tribuit Dunæ, quod eum Rhudonem vocavit Marcianus Heracleota & Ptolemæus. Vocabulum id vetustissimis etiam auditum. Unde Æschylus & alii, cum Rhudonem seu Eridano audiverunt, de Rhodano Hispaniæ interpretati sunt. Rhudonem autem Dunam esse, ex distantis locorum propemodum accurate designari potest. Tantummodo notat, Claud. Ptolemæum & alios littus Balticum longissime porrexisse in orientem, unde discrepantiam aliquam distantiarum ortam, non miraculo esse. Refutat ibi Rudbeckium patrem, & post alia quærit: quomodo numus in terram venerit? Hic sua ipse retractat. Nam dixerat in Commentario suo, in urnas coniectos numos urnis confractis reliquos mansisse. Nec id nunc negat factum. Sed annotat simul quoque, *Cunigos* seu Regulos tantum fuisse combustos, *Supanos* seu nobiles & plebem tumulatos. Itaque si qui numi disjecti, sine urna inveniuntur, eos potius censet fuisse cum *Supanis* contumulatos: nam de numis in urnis dubium non est, Regulorum fuisse. Tumulandi consuetudinem vetustissimaam Scytharum fuisse, ex Herodoto docet. Sed unde comburendi ritum acceperint Alani, quærit. Schefferus & alii, Alanos etiam illum ritum accepisse a Suecis, contendunt. Sed Autor ostendit, tempus esse, ut, quæ Sueci sibi vindicarunt, ea repetant aliquando Alani, quibus revera Sueci omnia debeant. Igitur mavult, Alanos a Græcis proximis didicisse morem eum, & ab Alanis per Odinum accepisse septemtrionales. Vnde & urnæ illarum gentium cum Græcis (secundum quarum formam factæ) conveniant. Quod autem soli Reguli comburerentur, id dicit principio factum ex inopia ligni,

TAB. I.
Fig. 4 5.

quam in Taurica Scythia esse, Herodotus testatur. Inde postremo rem in superstitionem versam, proditumve in posteros, ut non nisi Reguli comburerentur. Etiam urnas principio non nisi e Græcia accepisse, censet. Esse ait monumenta, in quibus urna una major, duæ juxta medix, tum e regione minores & in fronte minimæ reperiantur, quarum aliquæ sint inanes. Ait igitur, ex caritate talium urnarum consuetudinem ortam in condendo tumulo alicujus Reguli, ut simul secundum totius domus regix capita disponerent urnas. Earum aliquas vacuas mansisse, si quis ex ea domo profectus in bellum, cæsusve ab hoste non deferretur in tumulum patris, aut si quis filius, patri succedens in principatu, spreto veteri tumulo, novum sibi statueret. Sed ait ostensam sibi urnam Fig. 4 & 5 literis Runicis. Respondet runas omnino esse, quales in Haraldina rupe, aut in Gunderupensi, Jellingensi, Grondallensi aliisque monumentis, sed sibi propositum esse, nihil ante credere, quam urnam ipsam Gedani inspexerit, posse enim fieri, ut strix illæ tantum sint, non literæ Runicæ. At tamen ex eo nihil adversus se colligi posse, tametsi urnæ aliquæ per Sambiorum commercia allatæ e Birca Suecix in Prussiam sint; ergo omnes manium ritus inde acceptos & proditos esse. Postremo breviter monet, quantum ipse suis conjecturis novis & paradoxis tribuat, quantumve alios sibi tribuere velit, ac subnectit Epicharmi salutare dictum: *Νῆφε καὶ μνησο ἀπισεῖν, ἀρετὰ ταῦτα τῶν Φρενῶν*. Ceterum exemplaria hujus scripti saltem pro amicis octo & quadraginta excusa fuerunt.

*FRANCISCI FABRICII TRACTATUS PHI-
lol. Theol. de Sacerdotio Christi juxta ordinem
Melchizedeci.*

Lugd. Bat. ap. Samuelem Luchtmans, 1720, 4.

Alp. 1 pl. 2 r.

U Nicum ac perpetuum ecclesix a paradiso ad diluvium usque fundamentum fuisse Christum, Autor, multis jam in ecclesiam & Academiam Lugdunensem meritis inclutus, XIV Dissertationibus philologico-theologicis demonstratum ivit,
mox

noxi in Acta nostra Suppl. T. VIII Sect. 8 referendis. Eundem quoque totius ecclesie postdiluvianæ fundamentum esse, novo volumine demonstraturus, illique præter alias, XI disputationes de Sacerdotio Christi juxta ordinem Melchisedeci, ad Pf. CX, 4 & Hebr. VII, 1 - 10, in Academia Lugdunensi A. 1709 publice ventilatas, inferturns, has ipsas, lectione & meditatione sæpius repetita variis accessionibus locupletatis & emendatas, in eam vidit excrevisse molem, ut cum reliquis commode compingi non posse viderentur. Ex dictis itaque dissertationibus præsentem composuit & seorsim edidit tractatum, in cujus præfatione alterum volumen Dissertationum, sive demonstrationis suæ de Christo, fundamento ecclesie, continuationem haud obscure nos primo quoque tempore sperare jubet.

Constat autem hic tractatus VIII capitibus, & quinque subjunctis indicibus, locorum Scripturæ, vocum Hebræarum & Græcarum, Autorum & rerum. In *Cap. I* Autor, remotis dissentientium opinionibus, recte docet, Psalmum centesimum decimum, quem integrum dicit fidei Syn.bolum, & in tres partes dividit, de nullo alio accipiendum esse, quam quidem de solo Messia, rege legitimo, sacerdote æterno, & duce victorioso. Tum sacerdotii Messie naturam & durationem tradit *Cap. II*, ejusdemque speciem ex instituto explicaturus, *Cap. III* de Melchisedeci nomine & persona, *Cap. IV* de historia ejus a Paulo repetita, Hebr. VII, 1 - 10, & *Cap. V* de applicatione hujus historie ad mentem & scopum Apostoli, disserit, atque *Cap. VI* ex sententia Paulina comparationem inter sacerdotium Melchisedecianum & Leviticum instituit, illiusque *ὑπεροχήν* quatuor argumentis confirmat. Porro ad modum, quo Melchisedecus constitutus est, *Cap. VII* partim convenientiam inter Melchisedecum & Christum, partim juramentum Jehovæ, cujus pœnitere nescit, refert, & disquirat, ubi & quando Deus juramentum præstiterit, cum in sacris, Psalmum CX antegressis, nihil de eo legatur, nec non quibus de causis Deus juraverit. Tandem *Cap. VIII* oraculum Davidicum Pf. CX, 4 in Jesu Nazareno ex asse adimpletum esse indicat, atque ad Judæorum exceptiones refellendas, ipsorum utitur testimoniis, quibus sacerdotium a populo Israeli-

itico, & familia Aaronis, propter peccata adimi posse, quin immo præcipuam sacerdotii Levitici partem, quæ in sacrificiis expiatoriis consistebat, diebus Messiz cessaturam esse, fatentur. Ex toto hoc opere doctrina & industria Autoris satis apparet, siquidem τὰ ἱερα γράμματα solemter scrutatur, varias observationes philologicas scite inspergit, aliorum sententias dextre ponderat, ἐπίκρισιν suam modeste exponit, studetque Symbolo suo, quod p. 280 profitetur, respondere, ἀληθεύειν ἐν ἀγάπῃ; imprimis quicquid ad quæstionem de Salemensium rege & iacerdote illustrandam undique colligere potuit, cum erudito lectore liberaliter communicat, & suo dum gaudet sensu, liberam aliis in re problematica dissentendi relinquit facultatem.

Ut speciminis loco quædam ex hoc tractatu excerpamus, primo statim loco ponenda ducimus, quæ ad Melchisedecum spectant, ita tamen, ut præcipua tantum momenta, in quibus cardo quæstionis vertitur, proferamus. Scriptores, qui ex professo magis de Melchisedeco egerunt, Autor recenset p. 42 sqq. citatque celeb. Alb. Fabricium, qui in Codic. pseudepigr. V. T. pag. 333 Catalogum Scriptorum de Melchisedeco exhibet alphabeticum. Utriusque Catalogo inferi meretur Jo. Herm. ab Elswig, qui A. 1710 tres de Melchisedeco in Academ. Witteberg. habuit disputationes, & in prima, sub Cel. Wichmanshausenii præsidio ventilata, Melchisedecum ab injuria Petri Juræi primus fere defendit, in duabus vero posterioribus eundem ab Henrico Hulsio minus feliciter in Enocho detectum esse, erudite commonstrat. Nomen Melchisedeci non appellativum, sed vere proprium esse, p. 44 contra Tostatum, Masium, Cajetanum, Cunzum, Gailiardum, & alios, Jonathanem Utielidem secutos, Autor ex genio linguæ Hebrææ, antiquarum versionum consensu, & re ipsa demonstrat. Ad personam Melchisedeci quod attinet, diversas hominum opiniones, quæ a condito orbe Christiano memoriæ proditæ sunt, omnes in duplicem exire ordinem ostendit: aliis Melchisedecum verum fuisse hominem, vel Semum, vel Chamum, vel Japhetum, vel unum ex ejus posteris, vel Henochum, vel novum Adamum, vel semen ex virgine, statuentibus, quibus addi possunt, qui eum hominem cœlestem præ-

admitti-

adamiticum, vel, quod malignis Judæorum quorundam commentis est annumerandum, spurium fuisse dixerunt: aliis e contrario eum homine majorem, & vel angelum, vel virtutem, vel spiritum, vel filium Dei fuisse contendentibus. Atque hæc ultima sententia, Melchisedecum fuisse filium Dei, Patribus olim probata, cum in desuetudinem jam abiisset, a Cunæo primum, postea etiam a Molinæo, majori cum modestia est propugnata, hac tamen cum differentia, ut ille filium Dei speciem humani corporis, hic autem verum hominis vivi corpus assumis-
 sisse affirmaret. Eadem quoque recentioribus disputandi materiam dedit: Molinæo enim vel nullis vel paucissimis certe suffragantibus, Cunæum secuti sunt Gailiardus, cujus tractatum in Actis nostris A. 1686 p. 150 recentuimus, Jo. Nicolai, Jo. Oultreinius, & qui Autori nostro hoc argumentum omnium optime pertractasse videtur, Altingius. Illi vero se opposuerunt Rivetus, Dematius, Schotanus, Heideggerus, Leidekkerus, Honertus, & alii. Totam hanc controversiam Autor accurate exponit, & argumentis in utramque partem ponderatis, atque Gailiardii defensione refutata, vulgarem sententiam, quæ Cananæum Melchisedecum fuisse asserit, minoribus non difficet laborare difficultatibus, cum in Cunæi sententia nodi videantur plane insolubiles. In epithetis vero, quæ de Melchisedeco prædicantur in Ep. ad Hebr. explicandis ita versatur, ut sententia, quæ mysticum Mosis silentium respici tuetur, rejecta, aliam, quam nuper etiam adduximus in Actis nostris A. 1721 p. 246, variis stabilire conetur argumentis, patrem scilicet, matrem, & genealogiam respici sacerdotalem, quam in Levitis requirebant Hebræi; Melchisedecum quoque dici nec initium dierum habuisse, nec finem, id est, sui ordinis sacerdotem fuisse primum & ultimum. Denique cum manere dicatur sacerdos in æternum, & testimonium habere quod vivat, Autor noster cum Honerto confidenter supponit, Melchisedecum vivum in cælos translatum, atque sic ibi manere sacerdotem, si non alium, certe eucharisticum. Sed quæ de immortalitate Melchisedeci, a Wesselio, quem in Actis nostris A. 1723 p. 123 notavimus, diserte negata, Autor noster erudite disputat, digna utique sunt, quæ a viris literarum

- rarum sacrarum cultoribus majori cum studio excutiantur. Nobis ad reliqua ex hoc opere annotanda properandum est, quæ vel *ὡς ἐν παρόδῳ* insperguntur, vel data opera tractantur. Eruditionem Autoris philologicam testatam faciunt, quæ de voce כהן, quam aliis quidem in locis magnatem sive principem, in hoc vero loco ne posse quidem aliter quam sacerdotem significare, ingenue fatetur, & Calvinum vindicaturus, vel si mavis, emendaturus, argumentis nonnullis confirmat: porro quæ de urbe Salem, & origine vocis ירושלים ubi variis collatis sententiis, incertum admodum esse, & forsitan semper futurum ætumat, quo autore, quo tempore, quave occasione augmentum illud ad vetus urbis Salem nomen accesserit: & denique, quæ de decimis, earumque origine afferuntur, ubi decimas Abrahami non regias, sed sacerdotales fuisse, bene monet. Sic etiam in sacris literis novi fœderis multa ex traditione desumpta esse, dum it confirmatum, exempla nonnulla profert dictorum, ex Talmude & aliis Judæorum libris erasorum. Nec possumus, quin candorem Autoris prædicemus, dum Autorem Hist. Crit. de rep. literaria, psalmo centesimo decimo vitæ Davidis historiam contineri, affirmare non veritum, & etiam inter Christianos commentarios extrudi in publicum minus scripturarios, merito indignatur: dum Clericum, Paulum non ex rei veritate, sed ex gentis & ætatis suæ more allegoriis indulgisse, cum Enjedino asferentem, scriptores sacros non satis reverenter tractare, queritur: dum ex phrasi Mosaica: *Enoch ambulavit coram Deo*, sive naturam ejus spectes, sive usum biblicum, munus propheticum colligi posse, contra Coccejum negat. Unicum adhuc notare liceat, Autorem nostrum, dum Seb. Schmidium, quem sæpius laudat, erroris & παραβλήματος insimulat p. 273, ejus commentarium obiter tantum inspexisse. Schmidius enim, dum Hunnii, & quidem Ægidii Hunnii, de quo Autor dubitat, qui non in Matthæum solum, sed in quam plurimos libros biblicos scripsit, & cujus Thesaurum Apostolicum in Actis nostris A. 1705 p. 241 & Evangelicum A. 1707 p. 205 exhibuimus, conjecturam de transitu Melchisedeci absque mortis interventu in vitam æternam, cum præcedentibus verbis Hunnii attulit, addiditque:
- est hæc*

est hæc quoque sententia b. Gerhardi, Parei & aliorum: non ea ipsi fuit mens, ac si Gerhardus & Pareus in eandem cum Hunnio iiverint sententiam, sed tantum affirmare voluit, id quod ex antecedentibus evidenter apparet, Gerhardum & Pareum verba Pauli cum Hunnio referre ad Melchisedecum, non ad Christum.

**HADRIANI RELANDI ANALECTA RAB-
binica. Editio secunda.**

Traj. ad Rhen. ex libraria Jac. a Poolsum & Jac. Brœdelet, 1723, 8.
Alp. I pl. 18.

Literæ Rabbiniæ duplici potissimum de causa Sacrarum Lite-
rarum cultoribus non eo, quo dignæ sunt, in pretio haben-
tur, nec ea, quam requirunt, industria tractantur. Alii enim
nullam vel exiguam admodum ex illis redundare utilitatem, &
Rabbinorum Scripta meris scaterere nugis ac fabulis, opinantur: alii
difficultate studii Rabbini, quam vix superari posse autumant,
absterreri se facile patiuntur. Utrisque, post alios meliora do-
ctos, sanio rem mentem instillare aggressus est Vir, dum viveret,
literarum Rabbinarum non solum, sed & reliquarum orienta-
lium peritissimus, Hadrianus Relandus, quem læpius jam in A-
ctis nostris celebratum, A. 1718 p. 381 sqq. immatura morte
vivi ereptum, debito profecuti sumus elogio. Nam, ut Anale-
cta ipsius Rabbini, A. 1702, 8 prima, nunc vero altera vice
edita, paucis perlustremus, in *prolegomenis*, quid de Judæorum
scriptis, præsertim de locutionibus ænigmaticis, parabolicis &
hyperbolicis judicandum sit, candide non minus quam scite ex-
posuit, & in Talmude ac reliquis Judæorum monumentis impia,
fabulosa & inepta contineri, minime negavit; multas tamen hi-
storias, cackinno quas excipere solet eruditorum vulgus, my-
sticam habere significationem, ab ipsis Judæis addiscendam;
præterea multa ex Talmude hauriri posse, quæ Codici novi Fœ-
deris illustrando peregre inferviant, & solos interpretes sa-
cri Codicis V. T. & ex his Raschi, Aben Ezram, Kimchium, &
Abarbanelem, studii Rabbini utilitatem abunde commendare
L contendit.

contendit. Tum data opera philologos recensuit Christianos, qui Commentariis Rabbinnicis in linguam Latinam vertendis operam suam magno cum fructu impenderunt, quorum catalogus facili negotio augeri, & ad præsens usque tempus continuari posset. Denique Jo. Vorstii versionibus librorum Rabbinnicorum, quas dedit errorum & ineptiarum plenas, rejectis, ad certam & facilem lectionem librorum Rabbinnicorum sine punctis scriptorum unam viam esse docuit exactam præceptorum Grammaticæ notitiam, & exercitationem, vivo præceptore præeunte instituendam. In ipsis vero Analectis, ad difficultatem studii Rabbinnici minuendam editis, primum occupat locum Gilberti Genebrardi, Theologi quondam Parisiensis, & divinarum Hebraicarumque literarum Professoris regii, dein Archiepiscopi Aquisgranensis, Isagoge Rabbinnica, Sixto V Pontifici R. consecrata, quam Scaliger quidem iniquiore censure notavit, Relandus autem libellum dixit elegantissimum & multo cum fructu evolvendum. Isagogen sequuntur ejusdem Genebrardi meditationes & tabulæ Rabbinnicæ, in quibus est catalogus alphabeticus particularum inflexibilium & pro inflexilibus positarum, in hoc studiorum genere versaturis apprime utilis. Genebrardo jungitur, multis nominibus præferendus, Christoph. Cellarius, cujus Rabbinnicus, seu institutio Grammatica, Rabbinnorum scriptis legendis & intelligendis accommodata, Relando judice, concinno ordine & eleganter conscripta, sua se jam dudum commendavit præstantia & utilitate. Cumque particulæ, uti in ceteris, sic in orientalibus linguis, maximum fere faciant negotium, Jo. Drusii adjunctus est liber singularis de particulis Chaldaicis, Syriacis, Talmudicis & Rabbinnicis, in quo particulæ quam plurimæ, ordine alphabetico dispositæ, breviter explicantur. Porro ut literarum Rabbinnicarum studiosi quoque ad historiam literariam introducantur, e libro, cui titulus שפתי ישׂראל i. e. labia dormientium R. Schabtai, in Actis nostris A. 1682 p. 201 laudato, index inferitur commentariorum Rabbinnicorum, qui vel integrum Codicem sacrum, vel in singulos libros biblicos veteris instrumenti conscripti sunt: & vitæ celeberrimorum Rabbinnorum, R. Salomonis, Aben Ezra, Dav. Kiunchi, Levi ben Gerson, & Abarbanelis,

benelis, a Julio Bartoloccio compositæ, annectuntur. Ultimo loco, ne specimen aliquod desit, in quo fiat periculum lectionis, Dav. Kimchii commentarius Rabbinicus in X priores Psalmos Davidis, ex editione rarissima & integerrima, quæ Isnæ prodiit anno æræ judaicæ לפק" 302, i. e. A. C. 1542, cum versione Latina Ambrosii Janvier, Monachi Congregationis S. Mauri, exhibentur, adjecta in calce epistola Sixti Amamæ ad Jo. Coccejum, cum dissertatione de sensu verborum Kimchii ad Ps. I, 5, in quibus resurrectionem impiorum negat, Sixto Amamæ vero vocem יקומו vel תקומו tantum in significatione subsistendi accipere videtur, prout opponitur וצ"י cadere causa. Hisce subsidiis & adminiculis studii Rabbinici si quis rite usus fuerit, ad intimiores harum literarum recessus penetrans, eadem fructu usuque suo non carere sentiet, nec ipsum pœnitebit laboris, sine quo nihil, quod arduum aut præstans est, impetrari potest.

JO. NICOLAI FUNCCII, MARPURGEN-

sis, de adolescentia Latine linguæ Tractatus.

Marpurgi, ex officina P. C. Mulleri, 1723, 4.

Alph. 1 pl. 22.

CL. Autor, quanta maxima fieri potest cura descripturus *Historiam criticam linguæ Latine*, post editos jam nobisque A. 1721 p. 140 laudatos *de origine illius linguæ*, deque *illius pueritia* libellos, tertium nunc exhibet operis sui librum, quo doctissime commentatur *de linguæ Latine adolescentia*. Ac Præfationis loco Dissertationem proponit *de variis illius linguæ aetatibus ac fatis*, cujus §. XIII titulos repræsentat librorum a se in hoc argumento expectandorum. Proxime igitur librum edet *de adulta ætate Latine linguæ*, hoc est, de ævo Augusteo; hinc *de imminente ejus senectute* a morte Augusti usque ad excessum Trajani; deinde *de senectute ejus vegeta*, ab obitu Trajani ad Imp. Honorum; tum *de decrepita senectute ejus*, ad Carolum M post *de Latinitate decumbenti & quasi in agone versanti*, ad Sæculum Christi XV; tandem denique *de Latinitate restituta & ex orco revocata*, inde ad nostra usque tempora. Præterea Cl.

Autor nominatim hic §. VIII recenset Scriptores de fatis Lat. linguæ plurimos: ubi tamen errorem notamus, quem p. 10 committit, cum Cardinalem Hadrianum, cujus *de sermone Latino* libellus exstat, esse scribit ipsum illum Hadrianum VI, qui fuit Papa Romanus.

Sed jam e vestibulo transimus in ipsam domum. *Capite* igitur *primo* docet, se per *adolescenciam* Latinæ linguæ capere illud temporis spatium, quod inter bellum Punicum secundum & Ciceronis ætatem intercessit. His temporibus proceres Romanos & literas & literatos amare cœpisse ac magni facere, pluribus demonstrat. In hoc intervallum etiam Plautum rejicit ac Terentium, propterea quod, licet egregie orationem Latinam excu- luerint, multos tamen retinuerint archaisinos. Unde iis haud subscribit, qui duos illos autoribus aureæ ætatis adjungunt socios. Primi vero cum Poetæ fuerint, qui illo temporis tractu au- gerent Latini sermone pulchritudinem, hinc Cl. Autor *Cap. II* vetustiores Poetas, quorum præter fragmenta nihil superest, ita recenset, ut cum de vita & scriptis eorum atque in Latinam lin- guam meritis differat, tum etiam absolutæ ipsorum Latinitatis non pauca proferat specimina. Videas hic Livium Andronicum, Nævium, Ennium, Statium Cœcilium, Pacuvium, Actium, Lu- cilium, Turpilius, Matium, Afranium, Trabeam, Licinium Imbricem, Attilium, Novium: quibus & immiscetur C. Lælius ac Scipio Africanus. Nec intactos Cl. Autor omittit eos, qui horum Poetarum fragmenta collegerunt & conjunctim edide- runt in publicum. Cum vero ex illo sæculo adolescentis Latini- tatis integri libri ad nos pervenerint, Plauti, Terentii, & Lucretii, de his *Cap. III* eum in modum disputatur, ut non solum vita Plauti ac Terentii exponatur, verum etiam de singulis eorum comœ- diis singularia annotentur, exhibitis etiam singularum argumen- tis, latoque de ipsorum stylo judicio, ad ultimum omnes eorum editiones recensentur. Hic ex utroque multa proferuntur, quæ Ciceronis ævo tanquam horridiora & deteriora Latine loquen- tibus in usu esse desierunt. Expenditur etiam quæstio illa: an Terentius in scholis prælegendus sit: quod quidem jure recte- que fieri censentibus saum Noster adjicit calculum. Hinc Lu-
cretii

MENSIS FEBRUARII A. MDCCXXIV. 85

cretii vitam atque editiones cognoscere licet pari ratione exhibitas. Jam a Poetis hujus ætatis transiturus Cl. Autor ad scriptores profaicos, prius *Cap. IV* de primis Latinæ Grammaticæ doctolibus agit, Cratete Mallote & Carvilio: de primo item rhetore apud Romanos, L. Plotio. His præeuntibus cum factum esset, ut Romæ in publico cupide recitarentur Orationes Latinæ, Cl. Autor occasionein nactus est, *Cap. V* in medium producendi Romanos istius ævi Oratores, Cethegum, Sempronium Tuditanum, Catonem Censorium, Scipionem Africanum minorem, Lælium, Galbam, Tib. & C. Gracchos, Strabonem, Carbonem, L. Crassum, M. Antonium, Æmilium Lepidum, paucosque alios. Singulorum scripta & fragmenta recenset, additis fragmentorum editionibus. Transit hinc *Cap. VI* ad illius ævi Historicos, e quorum tamen scriptis vix pauca fragmenta supersunt, Fabium Pictorem, Fannium, Pisonem Frugi, Cassium Hemnam, ac ceteros. Denique *Cap. VII* copiosissime & accurate contemplandum suscipit stylum hujus ævi, ejusque a vere aureo discrimen secundum omnes orationis partes dilucide ostendit, exemplis maximam partem repetitis e Plauto & Terentio. Hic igitur videre licet magno numero vocabula Ciceronis ævo pro antiquatis habita; voces Ciceroniano Sæculo alia notione indutas; voces e Græco justo audacius factas; voces insolentius compositas, e. g. *plagipatida*; voces in alia declinatione, vel alio in genere, vel alia terminatione usurpatas, e. g. *angustitas* pro *angustia*, *gladium* & *collus* pro *gladius* & *collum*, *sanctitudo*, *vanitudo* pro *sanctitas*, *vanitas*; voces aliter declinatas, e. g. *provinciai*, *curas*, *omnis* pro *provincia*, *cura*, *omnes*; & id genus complura alia. Utimo loco Cl. Autor etiam ostendit diversitatem scripturæ, cum e. g. *epistula*, *fruns*, *funs* scriberetur pro *epistola*, *frons*, *fons*. Atque ita libellus hic concluditur, quem ut quamprimum ceteri supra liberaliter promissi excipiant, optamus magnopere.

PRIMITIVE MORALITY: OR, THE SPIRITUAL Homilies of St. Macarius the Egyptian &c.

i. e.

L 3

HOMI-

86 ACTA ERUDITORUM
 HOMILIÆ S. MACARII ÆGYPTII &c. EX
 Græco in Anglicum Sermonem trans-
 lata.

Londini, apud W. Taylor, W. & J. Innes & J. Osborn, 1721, 8.
 Alphab. 1 pl. 8.

Qui Græco primum ad monachos Ægyptios, deinceps Latino, imo & Germanico, paulo ante finem superioris seculi, locutus fuerat ore Macarius, jam & Anglica lingua facturus verba procedit in medium, nec paulo comitior ac ornatio, addimus & perspicuus magis ac intellectu facilior, quam ante unquam ipsi contigit produisse. Debe: hoc insigni doctissimi Editoris atque interpretis beneficio, qui non alio, quam Presbyteri Ecclesiæ Anglicanæ nobis innotescere voluit nomine. Ac quemadmodum egregio eruditionis apparatu non minus, quam aliis subsidiis instructus ad hoc opus accessit: ita priore adjutus, luculentam nobis introductionem, posterioribus, versionem, quæ præcedentes aliarum linguarum longo post se relinquit intervallo, exhibuit.

- Quæ de occasione suscipiendi hujus laboris, deque vitæ solitaræ apud Ægyptios causis ac ratione, de ipsius denique Macarii vita doctissimus Editor differit, nunc non attingimus. Peculiaris est, nec ab aliis, quoad meminimus, observatum, quod ex Palladii Hist. Lausiaca memorat Autor, cum vitæ severitate succum corporis adeo absunxisse, ut imberbis omnino maneret. Succedunt, quæ ad miracula Macarii varia, eorumque veritatem ac fidem spectant, observationes doctissimæ, quibus, quæ eo seculo facta narrantur, non promiscue admittenda, nec tamen omnia temere abjicienda, verbis Dodwelli ad Irenæum docet, quum negari non possit, extraordinaria Spiritus S. dona eam ætatem nondum deseruisse Ceterum summa vitæ continentia, patientia, precum assiduitate, humilitate, aliisque virtutibus dignum se omnino exhibuit illis laudibus ac elogiis, quæ longo agmine producuntur e variorum scriptis excerpta. Elegantissima jam vero, & notatu digna est observatio, quam, ubi ad quæstionem: an homiliarum istarum autor omnino sit Macarius Ægyptius, an alius quispiam hujus nominis? devolvitur Vir doctissimus, nobis
 suppedi-
- Introd. §. I.
 p. 1.
 §. II. p. 3.
 III.
 p. 12.
 §. IV.
 V.
 Diff. 2. §. 61.
 p. 16.
 §. VI.
 §. VII. p. 23.
 §. VIII.

MENSIS FEBRUARII A. MDCC XXIV. 87

suppeditat. Scrupulum scilicet imprimis injicit Gennadius Mas-
 filiensis, qui cap. X de Viris Illustrib. Macarium nostrum unam
 tantum ad juniores professionis suæ epistolam scripsisse, autor est.
 Adversum quæ, post varia viris doctis disputata, observat No-
 ster, in codice MS. quo ipse imprimis adjutus fuit, Bodlejano, de
 quo plura paulo post, generali operis titulo ad marginem appo-
 situm legi: *πρὸς τὸν συμεῶν ἀσκήτην* &c. Quam inscriptionem
 repetitam legi in fronte septem homiliarum, quæ in MS. illo L
 editis subjiciuntur adhuc ineditæ, additis insuper verbis: *ἐπι-
 σολὴ δευτέρα*. Unde concludit, manifestum esse, quinquaginta
 illas homilias, per modum epistolæ scriptas, illam ipsam esse epi-
 stolam, de qua Gennadio sermo est, ipsique de Macarii scriptis
 reliquis visum esse omnino nihil: id quod & alius jam in men-
 tem venerat. Firmat conjecturam ex eo, quod, quæ Gennadius
 epistola ea contineri dicat, argumentum ac summam homilia-
 rum complectantur accurate, quod & Dupinio jam observatum.
 Sed & in luculenta illa, quam ex MSto suo quinquagesimæ No-
 ster homiliæ affluit, lacinia inveniri non nihil, quod ad rem fa-
 cere videatur. Ibi enim habentur & hæc: *διὰ πλειόνων δὲ ἔτι
 περὶ τέτων ἔχοντες ἐπιστάλαι τῆ διαθέσει τῆς ὑμετέρας ἐλικρι-
 νείας* &c. vocem scilicet *ἐπιστάλαι* innuere totum homiliarum
 libellum rationem epistolæ habuisse. Doctrinam sancti Patris
 jam porro ostendit Noster esse sanam, fidei Nicenæ conformem,
 a transsubstantiationis errore liberam, doctrinamque peccati ori-
 ginalis & gratiæ divinæ necessitatem vel maxime urgere, pietatis
 denique veræ, sobriæ, ac feræ, non fucatæ aut affectatæ, humilis
 tamen & a Fanaticismo omni remotæ, affectum spirare, sermones
 vero sublimi simplicitate conceptos, maximisque rebus ad cap-
 tum omnium mira quadam ingenii arte accommodatis refer-
 tos, totos esse practicos, & ad Christianismi interioris compa-
 gem summa vi contendere confirmandam. Vestigia Philosophiæ
 Platonice, quæ principatum eo tempore obtinebat, passim con-
 spici non negat, quandoquidem, exempli gratia, explicatio vi-
 sionis Ezechielis allegorica Platonis Phædrum sapere, Diabolus
λόγος πονηρός Platonice dici, atque inter scalam christianiæ per-
 fectionis, quam commendat Macarius, & ascensum animæ a
 pulchri-

P. 30.

31.

§. IX. p. 32.

35.

Homil. I. &
XV.

Homil. XI.
Hom. cod.

- pulchritudine corporis ad oceanum intellectualem, & fontem omnis perfectionis, quem in Symposio habet Plato, magna similitudo intercedere videatur. Sunt vero & alia plura, quæ a viris doctis Macario objici, aut objici saltem posse perpexit Editor doctissimus, quæque adeo, quoad fieri potuit, diluenda sibi esse existimavit. Primum est, quod angelos statuat, non quidem corporeos, ipse enim eos *ἀσώματους* vocat, materiales tamen, seu, qui tenui quodam ac subtili vehiculo utantur. Præmissis iis, quæ alii ad excusandum S. Patrem comminiscuntur, Noster omnino dubitat; utrum errare dicendi sint omnino, qui tale quid statuunt? Nihil enim certi hac de re utrobique pronunciari posse, ut pars contraria erroris vincatur: ipsam vero eam sententiam & antiquitate & virisimilitudine alteri longe antecellere; neque ad nos multum pertinere, quid schola D. Thomæ, quæ contrariæ sententiæ favet imprimis, statuat: neque huic opinioni nocere quicquam, quod Montanus, qui hæretici nomine alias notatur, eam tenuerit: quum in se sit innoxia, & indifferens. Alterum est, quod humanam naturam supra angelos quoque evehat Macarius, atque adeo angelos ad imaginem Dei creatos esse, fere videatur negare. Quam sententiam ita corrigat Vir doctissimus, ut humanæ naturæ præ angelis dignitatem non ex prima creatione, sed secunda derivandam esse censeat, quando a filio Dei ea assumta, fidelesque Christo capiti uniti hæredes fiunt throni Dei, id quod angelorum dignitate majus est.
- 3.) p. 42. Quæ in rebus physicis oscitantiam quandam aut manifestam incertitiam Macario impingere videri queant, excusat Noster.
- 4.) p. 44. eumque feliciter etiam ab omni Pelagianismi suspitione liberat.
- 5.) p. 47. Reliqua *ἐγκλημάτια*, quod iis, qui veram fidem habent, medicorum usum interdicit, (Hom. XVIII) quod Scripturæ dicta non accurate alleget, quod similia & quæ ad illustrationem pertinent, minus aliquando sint exacta, quod argumenta hominibus præfixa & quæstiones textui interpositæ parum sæpe sint rebus ipsis convenientes, quod tautologiis, imo & obscuritate laboret, quod de peccato tanquam de substantia loquatur, quod Stoicorum *ἀπείθειαν* statuat, quod sibi ipsi alicubi contradicat, quod *ἀποθέωσιν* vid. præfat. quandam fidelium credat: ea vel genuina addita explicatione
- §. 2. offense

offensione carere, vel perperam ipsi tribui, vel apud ipsum æque ac apud alios vetustos pariter ac novos scriptores ferenda & excusanda esse ostendit; qua occasione quamplurimis homiliarum locis, imprimis ubi ab obscuritate autorem defendit, lucem affundit egregiam. Paulo prolixior est in emollienda objectæ Macario austeritatis culpa, quod dum agit, locum quendam insignem ex MSto quodam Barocciano Græco, nunquam hactenus edito, cum lectoribus communicat, quo narratiuncula de angelorum fulgidissima, ipsa mortis Macarii hora, apparitione, colloquioque sublatæ defuncti senis a medio cherubino in cælum animæ cum dæmonibus, continetur.

Ceterum ad hanc versionem feliciter adornandam in consilium adhibuit Interpres doctissimus editiones impressas homiliarum omnes Græco-Latinas, Pici per Morelium, Par. 1559, 8, Palthenii Frf. 1594, 8, Parisiensem in fol. cum operibus Gregorii Thaumaturgi, 1622, Pritianam Lips. 1698, 8, de qua nos in his Actis ejusdem anni. Eas ita inter se contendit, ut Græcum textum in Pici prima ac Cl. Pritii editione optime se habere, Pici etiam versionem reliquis præstare existimet, quæ & in editis Patrum Bibliothecis extat. Unde melius sibi consuluisse judicat Pritium, si Palthenianæ editionis loco Parisiensem elegisset, quam sequeretur, quum vel textus Pici impressus MSti instar esse queat, quanquam ceteroquin ejus solertiam criticam, candoremque ac modestiam non possit non laudare. Illud adhuc in Pritiana desiderat, quod, cum operum Macarii integra videri debeat collectio, initium homiliæ XXXVII (quod in editione Parisiensi in fol. habetur Gr. & Latine, in priore vero Pici per Morelium editione, Latine tantum,) in ea non conspiciatur; quod initium, æque ac integra homilia, etiam si ad Marcum Eremitam referatur communiter, inter cujus opuscula in Bibliothecis Patrum etiam occurrat, Macario tamen ubique & merito vindicatur. De versionibus autem Latinis conqueritur, eas sæpe fallere, sæpe etiam deficere, ac multa, quæ verti debebant, omittere. Maximo tandem ipsi usui fuit MStum aliquod Homiliarum Macarii Bodlejanum, quod ex Bibliotheca Baroccii, qui ex oriente illud primum adeptus est, Venetiis ad se delatum Guiliel-

14.) p. 64.


67.

Introd.
S. XII. p. 81.


S. XIII. p. 85.

M

mus



MICROCOPY RESOLUTION TEST CHART
 NATIONAL BUREAU OF STANDARDS-1963-A



1: 24

ACTA ERUDITORUM
LEIPZIG 1724

DER MICROFICHE-REPRODUKTION LIEGT
DAS ORIGINAL DER STADTBIBLIOTHEK
BRAUNSCHWEIG ZUGRUNDE

SIGNATUR: M 612 w 4⁰

- mus Comes Pembrocensis, suatore Landio Archiepiscopo, Academia Oxoniensi dono dedit, manu exaratum ante hæc duo circiter secula, iudice Grabio, & quantum ex literarum ductu potest conjici. Memorantur equidem plures Homiliarum MSti codices, Vossianus, Vaticanus, Parisienses regii duo, ex quibus potissimum Græcum textum Pico videtur extirpsisse: multis tamen nominibus Bodlejannus iste præ his se commendat. MStum igitur hoc, una cum Pici editione Moreliana, quoad textum, secutus est Noster, advocatisque Pico, Palthenio, Pritio interpretibus, fragmentisque Ludolphianis, versionem dedit fidelem, planam, ac literalem, notulas præterea passim, criticas imprimis, ut textus restitueretur ac sensus, necessarias. Ope scilicet dicti codicis ducenta fere menda sustulit, lacunasque varias explevit; quod, quam feliciter factum sit, ut iudicium fieri queat, edimus unum aut alterum lectori specimen. Ita Homil. statim I §. 1, ubi impressi codices legunt: *Ἰησὺς ὡς ἐν τροχῶν*, cui lectioni cum sensu & veritate minus convenit, reponit: *Ἰησὺς ἐν τροχῶν*. Homil. IV §. 10 legitur communiter: *ἐν τῇ νεότητι ζῆσα*. Vitæ vero novitas, quum nunquam *νεότης* sed *καινότης* dicatur, e nota marginali MSti legit: *ἐνότητι*. Homil. X §. 1 confirmatur conjectura Pritii, (præfat. in homil.) & loco: *ἐκπενη καὶ ἐκδιψᾷ* habetur: *ἐκπενοι καὶ ἐκδιψοι*. Homil. XXVII §. 18, loco: *τὸ ἴδιον σῶμα* legere jubet *τὸ ἴδιον αἶμα*, coll. Judic. XII, 3 cum Levit. XVII, 11, 14, Gen. IX, 4. Imprimis notari meretur emendatio insignis ejusdem trajectionis, qua ex Homil. XIV, §. III, IV, V edit. Pritianæ p. 175 lin. 6, quæ a verbis: *καὶ ἀδελφὸν καὶ υἰὸν* &c. sequuntur usque ad verba: *τῶ λόγῳ τῶ θρανίῳ* p. 177 l. 14, rev. canda sunt ad Hom. XIII, atque p. 172, inferenda post verba: *χερὶ γὰρ τὸν ἐβλόμενον φίλον*, ubi simul verba: *ἐναὶ θεὸς φυλάττειν ἑαυτὸν* in MSto desunt, in iis autem, quæ transponendam illam partem sequuntur, ejusdem MSti auctoritate, pro *ἀναζωοποιῶν* legendum *ἀνεζωοποιῶν* & loco *ἀνεγείρων*: *ἀνήγειρον*. Ultima demum homilia insigni ex eodem MSto accessione aucta est sub finem, quæ paginæ fere spatium capit, heic ob prolixitatem non transcribenda. Et ista specimen loco sufficere possunt, nec verbum amplius addimus,

p. 83. 85. 86.

edit. Prit. p.
2. lin. 17.ap. Prit. p.
49. l. 4.ap. Prit. p.
127. l. 12.ap. Prit. p.
137. l. 13.ap. Prit. p.
177. l. 18.
l. 19.

MENSIS FEBRUARII A. MDCCXXIV. 91

mus, præter hoc unum, quod superius jam inuimus, septem adhuc in codice illo Bodlejano sæpius in memorato haberi homilias Macarii, quæ lucem nondum conspexerunt, quas vero, antequam Græce prodirent, vernaculo suo sermone edere consultum non duxit Interpres doctissimus. Genuinæ saltem videntur esse, dignæque, quæ lucem videant: nec deesse publico voluit celeberrimus quondam Hudsonus, sed descriptum earum ex MSto exemplum Summe Rev. Pritio transmisit. Cum Viro igitur doctissimo, cujus jam recensuimus opus, ut cum orbe erudito communicentur aliquando, vehementer optamus.

GEORGII WALLINI, FILII, S. S. THEOL.
D. ejusdemque Lectoris Primarii Regii in Gymnasio Suecorum Hernösandensi & Consistorii ibidem Assessoris, de Sancta Genovefa, Parisiorum & totius Regni Galliæ Patrona, Disquisitio Historico-Critico-Theologica.

Wittebergæ, sumptibus & literis viduæ Gerdesiæ, 1723, 4.
Alph. 1 plag. 12 Fig. æn. Tabb. 4.

PRæmissa ad Potent. Sueciæ Regem Fridericum dedicatione, qua inter alia docetur in Conciliis Orebrogensibus A. 1529, cum festa alia, ut immaculatæ conceptionis, item assumptionis B. Mariæ, exaltationis & inventionis Crucis & reliqua, ceu superflua abolirentur in Suecia, servata tamen, nec nisi sero post sublata fuisse Patronorum Regni Sueciæ festa; Summe Rev. Autor in Præfatione occasionem scribendi hujus operis, quam nuperam iter Gallicum suppeditavit, aperit. Opus ipsum in tres dispescit partes, quarum prima est generalis, altera de Vita Genovefa, tertia de Cultu ejus agit. In Parte I graviter queritur de tot fabulis Vitis præsertim Sanctorum immixtis, quod quatuor ob causas, ad quas originem Legendarum revocat, factum esse, suspicatur; 1) ob exercitationem tyronum, quibus propositum thematis loco ficti alicujus Sancti elogium, quod post elaborationem in forulo quodam monasterii repositum, repertoribus

post multos annos fidem fecerit; 2) ob *αἰσχροκαταδίαν*, ut laudatus Sanctus largioribus muneribus coleretur; 3) ob patriæ amorem, cui laudi esse credebatur, egregios habuisse Sanctos; 4) ob pietatem in plebe erga Sanctos excitandam. Verum cum, testimonio Augustini, Innocentii III, Bailleti, pietas mendacis non sit stabilienda, hanc fraudein minime probandam asserit. Ceterum multa in Legendis fatetur occurrere vera, quæ tamen varie amplificata sint, more comœdiarum sacrarum, Sec. XIV in templis exhiberi fuerant, aut fabularum Romanensium scriptorum, qui pictorum atque Poetarum ritu licite finxerint. Quæ deinde Autor prolixius disserit de Legendis & inserta illis vita S. Genovefæ, quam utique suspectam declarat, ea hic repetere superfedemus. Nec multum immorabimur Parti secundæ, qua Vitam Noster tradit S. Genovefæ, quæ nomen, si Jacobo de Voragine credimus, nacta creditur a Græco γένος & Hebraico גֵּנוּבָה quod *naturalia ad mensuram & plenitudinem* acceperit. Lectu non indigna sunt, quæ passim occasione data inspergit: ita quando eam virginitatis votum anno ætatis septimo fecisse traditur, votorum impietatem declarat Noster: cum Hermæ Pastoris virgines individuas comites habuisse dicitur, de Hermæ scriptis eorumque in veteri Ecclesia autoritate: cum miracula recensentur, de artibus Jesuitarum, quibus & Radzivilius Princeps per dæmonizomenum ære conductum delusus fuerit, agit. De anno ejus eimortuali ingens est controversia, aliis 499, aliis 501, 514, 512 commemorantibus; nec mortis dies minus incertus, sepultura tamen tertio Non. Jan. tribuitur. Parte tertia de Genovefæ cultu Autor tractaturus, tum fundamenta cultus sistit, templum scilicet, sepulcrum, capsam, reliquias, miracula post mortem & Canonizationem, tum cultum ipsum; ita, ut eam, ceu urbis Parisiensis Patronam, ejusque monasteria ac templa, festa, invocationem, vota, processiones, confraternitatem, ac tandem panes, seu eulogias describat. Et templum quidem Genovefæ hodie sacrum, olim Petro & Paulo dicatum, Inasuque Genovefæ a Rege Clodoveo inchoatum, & sepulchrum ejus ibi ad latus Clodovei in crypta fuisse, fertur; qua occasione de *cryptis* Noster

ster differit, ostenditque, non esse loca, in quibus olim Christiani tempore paganorum cultum suum celebraverint, sed in honorem Sanctorum, ad incutiendum cultoribus sacrum horrorem, condita. Non moramur miracula S. Genovefæ vulgo adscripta & prolixè hic recensita, maxime cum ea hodie fere cessasse, Noster doceat. Non immemor tamen tot beneficiorum populus Parisiensis, sine Bulla Pontificis, eam *beatificavit*, (canonizata enim non fuit,) adeo interim honoratam, ut in Litanis primum inter fœminas post Mariam habeat locum. Nec immerito, quia Urbis & regni Galliarum Patrona est, adscita in locum Isis, Deæ olim Parisiorum tutelaris, a qua & urbs nomen traxisse quibusdam videtur. Meruit autem Genovefa Jus Patronatus, tutela illi urbi contra Hunnos, Normannos, famem, morbos præstita; præferturque hoc titulo ipsi Mariæ, Michaeli Archangelo, Stephano Protomartyri, S. Dionysio, S. Germano, omnibus Galliarum Divitularibus. Mirum tamen videri possit, cur tantæ Divæ tam pauca monasteria dicata inveniantur, siquidem inter LXXX. claustra, virginibus dicata, nullum Genovefæ sacrum est, nisi quod societas quædam Virginum *Miramionearum* in ripa Turnelliana sub ejus nomine congregata est, (*Communauté des filles de S. Genovieve*) fundata 1636 per Virginem aliquam *Blossétam* (*Mademoiselle Blossét*) renovata & aucta 1670 per illustrem viduam, *Mariam Bonneau de Miramion*. Inter has & alias moniales hæc est differentia, quod non, ut aliæ, claustro mancipatæ sunt, nec matrimonium ejurant, sed perdita pecunia trium vel quatuor millium librarum, quam, ubi recipiuntur, solvere tenentur, nubere possunt. Ceterum defectum monasteriorum vel una Abbatia S. Genovefæ, omnium præstantissima, supplere potest, prope ejus templum in monte sita; quæ cum primo fuisset monasterium, postea expulsis ob motas rixas Canonicis veteribus secularibus, & substitutis regularibus S. Augustini, nunc Abbati subest, quem recens creatum salutaturi Canonici, dicuntur *aller a l'adoration de leur nouvel Abbé*, ire adoratum novum Abbatem. Tanta ejus est auctoritas & dignitas, ut ei congregatio omnium Canonicorum regularium Gallicana subfit, ipse vero immediate a *sede* Apostolica dependeat, & in solennibus

processionibus ad dextrum Archi-Episcopi Parisiensis latus ince-
dat: antequam ad templum metropolitanum deducitur, primum
in Ecclesia Genovefæ consecratur. Abbatiæ structura amplissi-
ma, hortus amœnissimus, Bibliotheca instructissima laudatur.
Ne autem aliquid in cultu Genovefæ desiderari possit, festa ejus
celebrantur quotannis quatuor, quæ Autor, post præfationem de
festorum, Sanctis dicaturum, apud Romanenses abusu, multi-
tudine, pari cum diebus Christo sacris pretio, necessitate, (cum
nisi quis ea celebret, pro peccato mortali habeatur) recenset.
Excutitur *ὡς ἐν παροῦδα* quæstio, an Divæ illius tempore Lute-
tia adhuc fuerit pagana, & Genovesa præcipuum conversionis
illius instrumentum? negaturque argumentis ex historia Eccl.
petitis. Ad cultum Genovefæ pertinet ejus *invocatio*, qua ejus
opem tum in publicis, tum in privatis, tum in animæ, tum in cor-
poris malis, præcipue in febribus, implorant, cujusmodi precum
formulæ, cum Litania, hic inseruntur, & error de invocatione
Sanctorum prolixè refutatur. Tacemus *donaria* ei exhibita, *pere-
grinationes* item quotannis ad illius solum natale fieri solitas (de
quarum vanitate, & quæ ista occasione exerceri consuevit, im-
pietate varii generis, differitur, moneturque, hoc ipsum movisse
Cardin. Noallium, ut peregrinationes in septimana sancta ad
montem haud procul Parisiis situm, *Calvarie*, Gall. *Mont S. Va-
lerien* dictum, abrogaret,) & *processiones*, quarum hæc est ratio,
quod temporibus incertis, ob graves calamitates vel instantes,
vel superatas, arca Genovefæ ad metropolitanum B. Ma-
riæ Virginis templum cum ingenti cerimoniarum pompa de-
fertur. Non tamen sede sua Genovesa dimovetur, nisi clerus ec-
clesiæ Cathedralis, apportata secum capsâ S. Marcelli, illuc ve-
niat, eamque invitet, ac in publicum prodeunti præeundo quasi
viam aperiat. Quamvis vero inde ab A. 887 frequentiores fu-
erint processiones, quarum hic catalogus exhibetur, attamen ab
Anno 1709 intra 14 annos, etsi gravissimæ fuissent causæ,
morbus Regis, pestilentiæ metus, Constitutio Unigenitus &c.
arca Genovefæ non est mota, nec superiori seculo toto, nisi se-
pties, vel, quia decrevit fervor, vel quia Galli sapere discunt.
Varia circa has processiones Autor monet, nempe, antiquorum
consiliis

MENSIS FEBRUARII A. MDCCXXIV. 95

consiliis & legibus esse contrarias, quibus, ne defunctorum ossa ullo modo turbentur, cavetur; superbiam notam non effugere Genovesam, quod nullam aliam Sanctorum Sanctarumve, nisi solam B. Virginem, prodeat salutatum; originem processionum ritibus gentilium deberi, quibus Deorum imagines in thesa circumferebantur, & *salii* die festo *ancilia* per urbem gestabant coronati. Obiter ex Mezeraji Historia Franciæ Tom. II p. 191 de processione *fatuorum*, diu in ecclesia Parisiensi frequentata, refert. Tandem fuit Autor tractatione de S. Genovesæ panibus benedictis seu Eulogiis, unde ei scribendi occasio nata fuerat: deque eulogiarum origine, nomine & usu ex antiquitatibus ecclesiasticis differens, eulogias, ad analogiam hebraici בְּרָכָה fuisse *dona* affirmat, a *benedictione* Episcoporum nomen nactas; & fuisse alias publicas, alias privatas; *publicas* missas fuisse illis, qui Sacræ Cœnæ interesse non potuerint, itemque Catechumenis; *privatas* ab amicis ultro citroque transmissas. Eulogiarum autem Genovesæ hanc dicit fuisse originem. Cum cives Parisienses ei mortem intentarent, advenientem fato ab urbe Antissiodurensi Archidiaconum eos cohibuisse narrant, ostentis *eulogiis*, quas ei, ut dilectæ Dei, mitteret sanctus Germanus; in cuius rei memoriam ejusmodi panes & hodie distribuuntur, usumque esse, tum ut ægroti convalescant, tum ut sani in sanitate conferventur. Horum panum forma hic depicta cernitur, in qua Genovesæ imago, duos claves sinistra, ardentem facem dextræ gerens, representatur.

J. P. KOHLII, KILONIENSIS, THEOLOGICÆ Gentilis Cimbricæ purioris Specimen & seu Dissertatio Academica, qua testimoniis disertis, sepulchralibus cærimoniis, intrepido mortis contemptu, diligenti futuræ mortis recordatione, aliisque argumentis probatur, Cimbroshæc gentiles, doctrinæ immortalitatis animæ & resurrectionis corporum non fuisse expertes.

Kilonii

Viri, doctrinæ fama celebris, *Tobie Pfanneri*, Theologiam gentilem puriorem integro volumine complexi, vestigiis insitens Cl. Autor, quamnam antiqua illa *Cimbriæ* gens, pagano cultui inhxrens, saniora atque a diviniore Christiani cœtus disciplina propius distantia dogmata tenuerit, peculiari quodam scripto summatim tradere conatur. Primum hujusce laboris hoc est specimen, in quo prisicos *Cimbros*, Chersonesi Cimbricæ totius accolæ, mirifica virtute belli rerumque præclare gestarum gloria quondam celebratos, immortalitatis humanæ mentis opinione certa, resurrectionis corporum infirmiori paululum, imbutos fuisse, variis rationibus confirmat. Quarum potiores illæ videntur, quæ tum a fide historica, hoc est illorum scriptorum auctoritate, qui Cimbricas res exposuerunt, cujusmodi sunt *Edda*, *Arnkjælius*, *Ranzovius*, alique, tum ab antiquis hujus populi funebribus cœrimoniis, quarum nostris etiamnum temporibus illustra maxime extant vestigia, desumuntur. Hæc inter vestigia tumuli, varii generis urnis, cinerem antiquasque monetas conservantibus, instructi, passimque Cimbricis in terris strati, primo loco referuntur. Hos juxta ponuntur aræ, tribus lapidibus erectis uno imposito constantes, in quibus pagani olim amicorum defunctorum animabus sacrificarunt, cujusmodi sese ipsum aliquoties oculis suis usurpasse, Autor memorat. Immortalitate animarum credita demonstrata, ad probandam resurrectionis corporum doctrinam pergit. Atque hanc quidem, paulo licet obscurius, ex certo quodam Paganorum istorum deastro, habitu suo resurrectionis imaginem referente, multis item funeralibus ritibus, colligi posse, affirmat. Ubique illa intermiscetur, quæ antiquam Cimbricæ & Septentrionalium gentium historiam, originem, consuetudines illustrare, eique, qui in consensu ac dissensu pagani Christianique cultus investigando occupatur, inservire possint. Inter cetera notanda eorum sententiam castigat, qui Cimbrico populo absurdæ illius atque absônæ de *μετεμψυχωσε* Pythagorica hæresis dicam scribunt: eandem denique Cimbrorum atque Septentrionalium populorum, qui Vandali & Gochi quondam vocati sunt, originem extitisse, docet. Breviter, ita se gessit in hoc primo Specimine Cl. Autor, ut omnino salivam moverit Lectori; neque enim male de Rep. literaria meritum existimamus, si argumentum hoc latius deducatur, & interea dum opus aliquod integrum absolverit, nova subinde specimina nobiscum communicet.

ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsia

Calendis Martii Anno MDCCXXIV.

EUSEBII PAMPHILI, SOCRATIS SCHOLASTICI, Hermiae Sozomeni, Theodoriti & Evagrii, item Philostorgii & Theodori Lectoris, quae extant, Historiae Ecclesiasticae, Graece & Latine. Henricus Valefius emendavit, Latine vertit, & annotationibus illustravit; Criticis plurium eruditorum Observationibus locupletavit
WILHELMUS READING, Cleri Londinensis Bibliothecarius.

Tomi III.

Cantabrigiae, typis Acad. cura Corn. Crownfield, 1720, fol. maj.
Alph. 24 $\frac{1}{2}$ & Tabb. Geogr. maj. 3.

Etsi non plane nova nunc videri possit ista Scriptorum Eccles. editio, e re tamen putavimus, ut vel paucis ejus mentionem faceremus. Egregium vero sui spectaculum praebet, oculosque doctorum non minus allicit, ac palatium, quod substructionibus novis, coloribusque ornatum, exuta vetustate, juventutem redinduit. Sic omnia venusta & elegantia sunt, charta & typi, praeterquam qui notis adhibiti; isti enim politam oculorum aciem requirunt. Fronti inscribitur illustre nomen Jacobi Bruges, Ducis de Chandos, qui indefessa cultus divini promotione, aediumque sacrarum erectione id mereri visus est, ut Eusebius cum triumviris suis ad se accederet, & ad theatrum illud contemplandum invitaret. Quod magnus ille Vir faciet, innumerosque alios secum trahet, eosque facile, quod quaerunt, reperturos, quum non modo omnis accuratio Valefiana & Stephani-

N

niana,

niana, sed major etiam e MSS. consilio fuerit adhibita. Pulchrum sane decus huic editioni attulerunt notæ, ex variis sed præstantibus iudicioque & rerum copia validis haustæ; quarum nonnullæ etsi faciles paratu inventuque fuerint, attamen hac ratione delectare possunt, quod uno intuitu se contemplandas præbent. Jam inter hos, e quibus notas illas collegit *Readingius*, gloria prima ad Anglos pertinet, quod laudabile: cur enim aliunde petitur eas, quod domi habes? Jure igitur suo hic procedunt, *Ufferius*, *Beveregius*, *Pearsonius*, *Dodwellus*, *Stillingfleet*, *Lloydus*, *Hody*, *Milles*, quorum flores vel aromata per omnes *Historiæ Ecclesiasticæ Tomos* sparsa ubique gratum odorem edunt, iisque, quibus adjecti sunt, locis tanto majorem gratiam conciliant. Equidem his junguntur alii, quales sunt *Andrewsius*, *Wackius*, *Schortingius*, quorum quidem divitiarum tantæ non fuerunt, nec eo tamen minus gratæ, quod rariores. Magnum huic variorum collectioni decus parit, quod & recentiorum, quales sunt *Potterus*, & *Bingham*, cogitata attulit, pulchra sane, atque jam pridem non sine plausu publico excepta. Hic vero inter alios Caveum incedere videas perenni flumine Patres illos irrigantem, quorum isti Scriptores mentionem fecere. Summa autem laus debetur *W. Lowth*, cujus quidem notæ omnem paginam implent. Breves illæ sunt, sed iudicio pollent, nec ad levia aut obvia digrediuntur, sive ex *Theologiæ recessibus* aliquid producat, sive ex temporum ambagibus aliquid extricet. Equidem aliquando sibi protectorem sumit *Gregorium Bullum*, sed virum eruditum & fortem, quemque vel habere duce non erubescas. Alicubi *Valesii* interpretationem vellicare videtur, nec tamen animo fastuoso aut iniquo, sed veritatis cupido, quam omnes, etiamsi amaritiam secum ferat, tamen admittunt. Infentior quibusdam Criticis apparet, quando *Isaaci Vossii* verba adoptans, *religionem Christianam infensores non habuisse hostes, nisi ipsos Christianos*, addidit: aut saltem, qui nominatenus *Christiani* videri volunt, quales sunt, *Tanaquillus Faber*, *Jacobus Tollius* aliique ejus nominis Critici. Neque etiam *Samuelem Basnagium* patienter tulit, quando ille miraculum ignis, e rudibus resurgendæ *Hierosolymæ* emergentis, elevare studuit.

Hucus-

Hucusque Lowthius. At Readingius dum suos impense colit, eosque ad illustrationem horum scriptorum aptos admodum ostendit, exteros tamen a se non arcuit, quando præstantes Romanæ religionis interpretes celebravit, eorumque geminis notas suas condecoravit. Reperies nonnulla ex Estio & Fevardentio, quædam ex Halloixio & Petavio depromta. Videbis ex Launojo aliqua, nonnulla ex Cotelerio & Du Pinio allata: huc sodales Benedictini sua ornamenta ferunt: hic Pagius fere imperat, quæque ad temporum seriem pertinent, bene constituit. Atque illa ratione omnia ex suo loco depromit Noster, ne Lexicographos quidem spernens, sive antiquitatem, sive glossas Theologicas, sive Geographiam explicent, unde Suidam, Suicerum, Martinium, Baudrandum facile agnosces. Cum igitur ea laude mandandus sit Clariss. Editor, quod probum se integrumque & maxime industrium in isto opere præstiterit, iis tamen juxta laudibus ornandus erit, quas suis sibi meritis paravit. Quod si enim ad ipsum spectent notæ, quibus nomen additum non est, illæ profecto sunt utiles nec ineruditæ, ut lectorem non parvo labore exonerare queant. Sic de Presbytero illo Constantiæ Sororis Constantini Magni, tum & de doxologiis, atque de vocabulo ὑπακρίβιν erudite disseruit; licet huic observationi addi queant, quæ apud S. Methodium in convivio virginum exempli instar reperiuntur. At quis omnia exhaurire queat? restent nonnulla posteris, ut habeant, in quo diligentiam exercent, sui que ingenii aciem periclitentur.

HUNGARIÆ ANTIQUÆ ET NOVÆ PRO-
dromus, cum Specimine, quomodo in singulis operis parti-
bus elaborandis versari constituerit Autor, MAT-
THIAS BELIUS, Pannonius.

Norimbergæ, sumtu Petri Conradi Monath, 1723, fol.

Alph. 2 plag. 10, Tabb. æn. maj. 3 & min. 5.

Non illotis, quod ajunt, manibus ad Hungariæ Historiam scribendam accedit Cl. Belius, Pifonii in Marcomannorum &

Quadorum finibus degens, ut Præfationis subscriptio docet, quæ in ex Dissertatione de veteri Literatura Hunno-Scythica, nobis in Act. Suppl. T. VII p. 134 memorata, velut ex ungue leonem cognoverunt Eruditi. Itaque optimo consilio hunc Prodromum, non sine ornatu editum, præmilit, & Augustissimo Cæsari dicavit, tum ut omnibus pateret, quam instituti rationem sequi constituerit, tum ut aliorum in re tam ardua operam sollicitaret. Dolet vero, adhuc latere, si non perierint plane, *Prisci Rhetoris & Juvenis Cælii Calani Dalmatæ* Vitas Attilæ, *Jani Pannonii* Annales Hungaricos, carminice scriptos, *Stephani Zamofii* historiam, qua res Hungariæ & conversiones provinciarum ei affinium persecutus est, & *Nicolai Olabi*, Archiep. Strigon. Adversaria rerum Hungaricarum, cujus libri fragmenta sua passim fecit *Martinus Szentivany* S. J. tum nondum lucem adspexisse recentiorum quorundam conatus, *Procopii* nempe *Bonani*, qui ingens Volumen (completebatur enim ducentas circiter tabulas æri incisas) de *admirandis rebus Hungariæ* conscripserat, quod cum typis mandandum esset, cum ipsa Autoris morte intercidit, *Christiani ab Hortis* tractatus de *Gemmis Hungariæ & de balsamo Hungarico*, qui, autore operi immortuo, Polonorum prædæ cesserunt, & *Com. Marfilii* Opus Danubiale, (Prodromus apud Anglos sub initium Seculi hujus prodiiit) cui tabulas æneas supra trecentas paratas esse, ipsum jam pridem nobis nuntiasse Ill. Autorem meminimus: & Noster quidem, Ill. Fontanini cura proditurum sperat atque optat, nos vero nuperrime M. Jan. p. 26 nuntiavimus, ejus Amstelodami propediem edendi spem publice factam. Sed nondum ad Cl. Belii notitiam pervenisse videtur *Christophari Parschbitii*, Hungari, qui ob religionem exul & extorris aliquot annos apud nos & vixit & obiit, Opera duo, alterum Historiam, alterum Topographiam Hungariæ complexum, utrumque non minori eruditione quam elegantia scriptum & prelo jam pridem paratum, quæ in Bibliotheca Menckeniana, ut testatur Catalogus nuper impressus p. 587, exstantia brevi publici juris facere constituit Menckenius noster. Noster *Hungariam antiquam & novam* expositurus, illam Libris IV pro gentium diversarum, quæ sibi succedere, Scytharum nempe, Hunnorum, Avarum & Hunga-

MENSIS MARTII A. MDCCXXIV. 101

Hungarorum ratione, hanc Libris III, Historico, Geographico & Physico complectetur, tractatione Politica, Diplomatica & Genealogico-Heraldica in aliud tempus dilata. Accedent tamen utrique Hungariæ epinetra, veteri 1 de Literatura Hunno-Scythica, 2 Specimen Etymologici Hungarici e linguis Hebraica, Chaldaica, Syriaca & Arabica, 3 de vestigiis sapientiæ Scythicæ in lingua Hungarica residuis, 4 de affinitate linguæ Hungaricæ cum Latina, Germanica, Slavica; novæ vero 1 de re vestiaria Hungarorum, & 2 de populis Hungariæ & eorum moribus. Nos ex hoc ipso specimine specimina promere superfedemus, illud tantum notantes, Cl. Autorem, plerumque breviorē, & primas quasi vasti operis lineas ducentem, subinde tamen latius exspatiari, atque adeo de Hunno-Scythis imprimis, de historia Comitatus Scepusiensis, cujus & novam Tabulam Geographicam dedit, de thermis Sklenentibus & Vihnenfibus, de vineis item & vino Sempronienfi deque Natragulya planta operosius commentari. Nec illud tacendum, complures hæctenus ad historiam, imprimis naturalem, Regni exornandam, suppetias tulisse Nostro, in quibus dolet imprimis Stephani Pauli Munkatsy, quæ nuper incidit, mortem, Jcti nempe Tyrnaviensis, Polyhistoris ac librorum ad vitium usque amantis, quos grandi sumptu ac pene reditus suos exsuperante coacervaverat. Nihil addimus, quam ut Cl. *Belio* fortunam magis, quam experti sunt ejus in simili stadio antecessores, secundam viresque integras apprecenur, ut Hungariam suam, cui scribendæ, sive sermonis elegantiam, sive ordinem ac rerum apparatus spectes, non imparem se ostendit, felici tandem partu integram promat.

ORIGINE E PROGRESSI DELLA STAMPA O
sia dell' arte impressoria, e notizie dell' Opere
Stampate &c.

i. e.

ORIGO ET PROGRESSUS ARTIS TYPO-
graphice, & Notitia librorum inde ab A. MCCCC
LVII ad MD impressorum.

N 3

Bononiæ,

- D**Um veteris typographiæ rationem exponit Cl. *Peregrinus Antonius Orlandus*, Carmelita Bononiensis, scriptis *de Eruditis ut & Pictoribus Bononiens.* editis inclytus, qui nomen in Dedicatione ad Marchionem Antonium Ghislierium, cujus scripta Astronomica & Poetica pariter ac Bibliothecam commendat, professus est; veterum quoque morem imitatur, ac typographi, loci & anni impressiois nullam in titulo mentionem fecit, sed prolixiori hæc omnia inscriptione sub finem operis exposuit. Cum vero Clariss. Autor triennio in ægro opus hoc meditatatus, jam in eo esset, ut ederet, incidit in Cl. *Maittaire* Annalium Typogr. Tomum I, quem etsi laude sua minime privandum putaret, ab instituto tamen se abstrahi passus non est, tum quod alium atque ille ordinem elegisset, tum quod plusquam sexcentos veteres codices, illi non vilos, aliaque plura ab eo prætermittenda, annotasset. Præmissa itaque brevi de inventione artis typographiæ Dissertatione, in qua incerta admodum & imperfecta fuisse docent, quæ ante annum 1457 impressa in Pembrociana & aliisque Bibliothecis existant; ea diligentius persequitur, quæ post illum annum excusa sunt. Et primo quidem ordinem civitatum, quo una post alteram, & quos Typographos nata est, sequitur, typographis simul ordine recensitis, aliisque, quæ ad institutæ passim typographiæ historiam spectant, accurate annotatis. Hoc Indice finito, qui libros diversos 2375 usque ad A. 1500 impressos exhibet, observat, sumtus immensos sustinuisse primos illos artifices adeo, ut & ipse inventor primus Jo. Guttenbergius Moguntiz, & Conradus Sweynheim atque Arnoldus Pannarz, primi Romæ typographi, ære alieno obruti, foro cedere coacti sint, & Daniel Bombergius, qui primus inter Christianos S. Biblia & Hebraicos codices excudit, tres myriades (*millioni di Scudi*) absumpsit, quamvis hic quidem nullo facultatum suarum dispendio. Tum de charta differens, ejus inventionem ad seculum fere VIII refert, quo Eustathius Commentarios suos in Homerum chartæ inscripsisse feratur, additque, Genevæ adhuc
- p. 284.
- 218.
- 220.

adhuc chartaceum Homeri codicem ostendi, qui ante A. 800 scriptus sit. Examinatis porro characteribus eorumque diversitate, & enumeratis iis, qui scindendis e ligno literis initialibus ac ornamentis ceteris præliterunt, tum & expenso operariorum officio, atque ipso ptelo typographico cui Campani dictum merito inscribendum censet: **IMPRIMIT ILLE DIE QUANTUM VIX SCRIBITUR ANNO**; quinque tabulis repræsentat signa literaria fere omnia, quibus veterum typographorum libri distinguuntur: reliqua 162 paulo majora alphabetico ordine exponit, simul observans, quosdam variis subinde signis usos, prout ea vel hereditate vel emptione accepissent, vel in societatem coissent; alios, ab antiquitate remotiores, veterum signa, ut hederam libris suis suspenderent, adscivisse. Subjungit denique Autor VI Indices, primum Scriptorum artis typographicæ, 2 Urbium, in quibus illo intervallo floruit, chronologicum, 3 earundem Indicem alphabeticam, 4 Typographorum, 5 Correctorum, qui diversis in urbibus ante Seculum XVI claruerunt, 6 cognominum singularium, quæ autoribus ejus temporis imponi consuevere, ut Illuminatus, Doctor angelicus, irrefragabilis &c. Post hæc, Italico fere idiomate concinnata, sub novo titulo Latino: *de Artis Typographicae progressibus, deque Autorum & Scriptorum temporibus, prærogativis, & operibus editis ab A. 1457 ad A. 1500*, paulo prolixior exhibitur catalogus Autorum alphabeticus, quo præter ætatem & dignitatem Scriptorum strictim indicatam, imprimis cujusvis Scriptoris opera, quæ Sæculo XV prodierunt, ordine recensentur. Ex eo, fecundam jam illam ætatem optimorum Scriptorum vel in una Italia editione exstitisse, Salustii, cujus mox apud nos proditura editionem luculentissimam spondemus, exemplo ostendere lubet. Ita vero Noster:

SALUSTIUS *C. Crispus, Amiterni Sabinorum urbe natus, ante Christum an. 84, Historicus & Orator.*

Conjuratio in Catilinam, Bellum Jugurthinum, & Invektivæ in M. T. Ciceronem, *Ven. 1470 per Vindelinum de Spira, fol.* Alia editio 1470, sed sine loco & typogr. fol. *Paris. circa 1470 per Ulric. Gering & Soc. 4, Ven. 1474 per Jo. de Colonia,*

p. 225.

218-237.

246.

266.

402.

nia, fol. *Ibid.* 1478 per Phil. Petri, fol. *Ibid.* 1481 per Rapt. de Tortis, fol. *Mediolani* 1476 ductu & impensa Phil. Lavanii, Quinto Kal. Decemb. *Ibid.* 1482 per Leon. Pachel & Soc. fol. *Romæ* 1490 per Euchar. Silber, 4, cum Comment. Laur. Vallæ. *Ven.* 1491 per Phil. de Pinciis, fol. cum eod. Comm. *Ven.* 1492 per Theod. de Ragazzonibus, fol. cum eod. & Jo. Chryf. Soldi Comm. *Ibid.* 1493, fol. cum Comm. G. Vallæ & var. Salustii Orat. *Lugduni* 1496 per Jo. de Wingle, 4, charact. Goth. cum Comm. G. Vallæ, J. C. Soldi & recognit. Læti. *Ven.* 1496 per Phil. Pincium, fol. *Paris.* 1497 opera Andr. Bocard, impensa Jo. Alexandri & Jo. Petit, fol. cum Comm. L. Vallæ, & Omniboni Leonicensi & Soldi. *Ven.* 1500 per Jo. de Cereto.

Et si autem minime industriz laude fraudandus videatur Autor, vix tamen fieri potuit, quin in libris extra Italiam excusis subinde deficeret, quod si Lipsiæ nostræ exemplo vel obiter docebimus, nec Lectori, nec ipsi Cl. Orlando ingratum futurum speramus. Is enim dum ad Lipsiam nostram, quam ad fluvium Pleiiffi (*Pleiiffi*, Plissam dicere voluit) sitam, Academia A. 1408 (potius 1409) fundata illustrem vocat, delabitur, non nisi quatuor producit typographos, in eam temporis periodum, quam illustrandam sumsit, incidentes, *Marcum Brandt*, *Georgium Batticher*, *Wolfgangum Molitorem de Monaco*, seu Monachio, & *Jacobum Thanner*. Sed ut taceamus, *Wolfgangum*, quem Noster in editione Prisciani de A. 1496 *Molitorem* dici asserit, multo frequentius *Wolfgangum Monacensem*, vel *Wolffg. Stockel*, vel *Stocklin*, dictum scriptis longe plurimis (duo enim tantum producit Noster) ab A. 1495 ad A. 1519 editis inclaruisse; jungendus erat *Marco brand* (ita scribi amat) *Mauritius Brandis*, qui *Licentiati Valentini opusculum de arte moriendi* A. 1489 impressit. Tum non erant omittendi, *Martinus Lantzberg*, vulgo *Mart. Herbipolensis* dictus, qui præter vernacula A. 1490 edita, Horatium A. 1492 in 4 impressit; & qui illi æquales, *Conradus Kachelofen*, qui ab A. 1492 ad 1498, ac *Arnoldus de Colonia*, qui ab A. 1493 ad 1495 varia edidit scripta, ut & *Melchior Lotzer*, ejus e typographia A. 1497 nonnihil prodiit. Nec forte præter-

prætermittendum, *Jacobum Thanner* subinde Latino *Abtegni* nomine usum. Ceterum recensendis tot libris aliis, Lipsiæ ante Seculi XVI initium excusis, quorum ingens apparatus in Bibliotheca nostra Paulina extat, superfedemus. Optandum vero, in singulis Regnis aut provinciis Viros doctos de incunabalis typographiæ sollicitos esse, quo haud exiguum Historiæ literariæ decus accessurum, minime dubitamus. Idem, quod ad libros imprimis in Germania excusos, jam pridem inter nostros meditatus est Cl. *Jo. Gottlieb Krause*, Eloquentiæ in hac Academia Prof. publ. extr.

DE ORIGINE ET PERMISSIONE MALI,
 præcipue moralis, Commentatio philosophica, opera
 GEORGII BERNHARDI BULF-
 FINGERI.

Francofurti & Lipsiæ, apud Theodorum Mezlerum, 1724, 8
 Alph. 1 plag. 10.

Optime observavit Cl. Autor, in Academia Tubingensi Professor Publ. de origine mali moralis duplici modo commentari eruditos posse, vel *historice*, vel *philosophice*. Historia originis mali, quam ratione assequi nequimus, ex Scriptura sacra petenda & ad Theologi munus referenda. Possibilitas ejusdem ex ipsis rerum essentiis resultat & ejus demonstratio ad Philosophi munus spectat. Utraque commentatio suam habet utilitatem. Historica facit ad fundamenta Christianismi rectius intelligenda: Philosophica ad religionem revelatam adversus homines profanos defendendam. Posteriolem telam sibi pertexendam sumsit Cl. *Bulfingerus*, Philosophus acutissimus. Defendit autem theoriam Viri maximis in scientias meritis illustris *Leibnitii* in Theodicæa propositam & a Cl. *Wolfo* integro systemati innexam, cujus etiam principis ad illam dilucidandam & confirmandam utitur. Malum nimirum ex limitationibus originariis creaturarum derivat, & Deum illud licite & sapienter permittere, quod in idea mundi optimi comprehendatur, defendit. Cum argumentum arduum ac perquam difficile ingenia parum philosophica facile
 O confundat,

confundat, Philosophus noster omnem movet lapidem, ut singulas notiones sufficienter explicet, dictiones, quæ duriores videri poterant, emolliat, & difficultatum nodos explicet: quo ipso factum est, ut loca nonnulla *Leibnitii* in *Theodicea*, & *Cl. Wolfii* in *Meditationibus metaphycis*, in quibus subinde hæserant viri docti, ab interpretationibus perverfis & consequentiis odiosis fuerint liberatæ. Non minori autem animi moderatione, quam acuminis utitur, ceu decet Virum vere Philosophum, qui veritatis scrutator procul abest ab iis omnibus, quæ lædere aliorum famam possunt. Omnis argumenti pertractatio quatuor sectionibus continetur. Prima cautelas dijudicandæ rei necessarias; secunda definitiones, fundamenta systematis & objectionum occupationes; tertia expositionem originis & permissionis ipsam; quarta usus doctrinæ morales exhibet. Coronidem imponit epilogus, universam tractationem in compendium mittens.

Sect. 1.

Sectio prima præfationis vicem tueri debebat: enatæ tamen sunt, dum opus sub prælo sudaret, rationes, quæ, ea non obstante, præfationem præmitti persuaferunt. Criticam appellat, cum in ea instituti sui rationem delineet, ne falsæ interpretationi obnoxium esse possit, atque enarret, quibusnam opus habeat lector ad formandum de rebus iudicium. Monet e. gr. se philosophicam commentationem daturum ex ipsa rerum inter sese collatarum natura eruere debere, quicquid asserere contingit, & lectores optare Philosophos, qui attente legant ac ordine, & in systemate, ad sensum attendant, non verba captent, qui notiones explicatas verbis tribuant, determinatos conceptus sectentur, claritatem & distinctionem ex ideis iudicent, examinent omnia, & probent bona, argumenta ponderent magis quam numerent, consequentias demonstrant, non suspicentur, & quæ sunt alia hujusmodi.

Sect. 2.

Sectio secunda ontologica est, qua termini explicantur ad philosophiam primam spectantes, sed quorum in præfenti negotio magnum est momentum, siquidem ambiguitates caveri velis, objectionibus ansam præbentes, cum in eo prærogativam quarat Scriptionis præfentis, quod constet hodie, quibus potissimum
offensi-

offensionibus debeat, quod non pauci a sententia, quam defendendam suscepit, sint alieniores. Propriam systemati & quasi fundamentalem sententiam hanc esse ait: *Mundum hunc inter plures posibles ratione totius systematis perfectissimum esse, adeoque a divina voluntate consequente, quæ morali necessitate optimum seligat, ceteris omnibus sapienter antehabitu, etsi creaturarum, utpote finitarum, culpa, malis maculatum; permissionis adeoque motivum Deo fuisse, quod in idea mundi, in toto optimi, imperfectiones in partibus obvia simul comprehense fuerint.* Multus igitur est in notionibus mundi, systematis, perfectionis, mali, possibilis, necessarii, voluntatis consequentis, sapientia, finiti, individui, permissionis &c. explicandis, & difficultatibus, quæ vel ex male intellectis, vel perverse applicatis, originem trahunt, tollendis, nec non in principiis stabiliendis, quæ pro fundando systemate corollariorum instar inde fluunt. Respondetur in hac sectione modestissime ad illas etiam objectiones, quas olim Leibnitio proposuit Vir quidam magnus ac præstans, (celeb. Buddeus scil. in Disp. de Origine mali,) e. g. mundum fuisse optimum, qualis ex artificis Dei manu prodiit; sed, qui nunc adversus divini conditoris voluntatem malo inquinatus sit, dici optimum non posse. Ubi observat Cl. Bülfingerus, hac objectionem propterea non tangi Leibnitium, quoniam is, cum *mundum* loquatur, omnes mundi partes omnesque periodos comprehendat, totam quippe seriem & collectionem rerum omnium, omnibus temporibus existentium, isto nomine designans: ex quo etiam de illa quæstione judicari possit, num mundus *adhuc* sit in ea bonitate, in qua esse debeat, ut optimus dici mereatur? ubi voculam *adhuc* prorsus incommodam, ob eamque rem demendam censet, ut affirmare quæstionem liceat. Ceterum cum Cl. *Wolfius* in *Metaphysicis* monuerit, desiderari adhuc scientiam æstimandi rerum perfectiones; Noster nonnulla generaliter de hoc argumento commentatur. Inprimis perspicuitate maxima docet, necessitatem moralem, quam Scholastici vocant, cum libero arbitrio minime pugnare, & *novam* vocat *philosophiam*, quæ a voluntate Dei & decretis ejus essentias rerum atque possibilitatem repetit. De veritatis contingentium

determinatione, præscientiæ infallibilis fundamento, subtiliter disputat, ita tamen, ut perspicuitati vis minime inferatur, cumque *Wolfius*, quem laudat, in Meditationibus metaphysicis novum syllogismorum usum monstraverit in reddendis rationibus, cur hæc cogitatio alteram sublequatur, atque eundem etiam in moralibus ad determinationem voluntatis transfulerit, Noster eundem ad dijudicandam futurorum necessitatem aut determinationem & præcibilitatem applicat, sicque discrimen inter infallibilitatem & necessitatem eventus, a nutu causæ liberæ determinationem ultimam accipientis, clarissime in luce constituit. Docet præterea ex instituto, quomodo libertas agentis cum determinationis futurorum idea distincta consistere possit. Sapientiæ ideam *Wolfianam* retinet, atque iis in casibus miracula ordinem rerum creatarum ingredi posse, cum eodem concedit, nempe cum sunt media finis obtinendi. Ubi malum morale a privationibus derivat, inter alia monstrat, habitum peccandi non negari, etiam si peccaminositas in privatione quærat. Explicat etiam distincte mali moralis gravitatem, & quod malum proprie loquendo nec medium, nec conditio sine qua non bonum obtinendi dici possit, quodque permissio mali ad futuritionem actionis nihil conferat. In notionibus cultus divini, entis finiti & entis infiniti *Wolfio* assentitur, & primam earum in primis valde probat. In doctrina de permissione & impeditione mali utitur testimoniis *Dorfbey*, Theologi ac Philosophi accurati, ut ejus cum theoria *Leibnitiana* consensus appareat.

Sect. 3. Sectio tertia metaphysica est, qua doctrina de origine & permissione mali in systemate connectitur: quæ enim ea de re in sectione præcedente inculcantur, ad objectiones ob notionem non satis intellectas aut ponderatas motas amovendum tendunt. Originem mali expositurus ostendere intendit, quo illud modo, ordine & principio oriri possit. In ente infinito malum esse non posse probat, quia caret privationibus, in quibus mala consistunt. Hinc infert, malum fundari in rebus finitis, cumque fundari nequeat in realitatibus utpote privativum, in limitationibus eorundem, quoniam omnis limitatio absentiam & defectum dicit. Uterius ex iisdem sequitur, Deum ad malum non efficienter concurrere,

concurrere, realitates tantum producentem. In eo autem potissimum nervum ingenii intendit Philosophus, ut clarissime eloquatur, quomodo malum morale a facultatibus animæ limitatis resultet, salva libertate, quantum ad imputationem sufficit. Nec male in eo operam suam collocat, ut aliorum sententias cum theoria, quam defendit, conciliet, ne quis existimet orthodoxæ fidei adversa doceri. Contingentiam universi cum *Leibnitio* potissimum inde probat, quod leges motus fundentur in principiis non absolute necessariis: quodsi vero cum *Wolffo* eam ex modo, quo contingentia actum consequuntur, deducere volueris, tum argumento illi non repugnat, siquidem cum ipso ante evictum fuerit, res non occupare necessario locum & tempus, quibus existunt, alias vereretur, ne *Spinossæ* difficultates facessant. Adidit argumentum de suo, quod tale est. Totum, ait, & partes ejus omnes identificantur. Quod igitur de partibus omnibus verum est, id verum est de toto in prædicationibus materialibus, hoc est, ad res in sese ipsas, non ad formalitatem compositionis pertinentibus. Atqui omnes hujus mundi partes & status sunt mutabiles; mutantur enim: ergo totum est mutabile. Argumentum hoc contra exceptiones tuetur. Hac vero occasione simul de existentia & attributis divinis ex contingentia universi eruendis differit. Operose adstruit, Deum condidisse mundum omnium possibilium optimum, nec una alios eodem imperfectiores. Bene autem observat, mundum non absolute perfectissimum statui, sed respective talem, atque adeo objectiones eliminat, quæ in priori hypothese locum haberent. Dum ad permissionem mali præsertim moralis descendit, theoriam permissionis generalem ad præsentem casum applicat, scilicet quod permittitur sancte, si absque alio graviore illato impediri non possit, ostendit, Deum posse permittere mala, salva perfectionum suarum puritate, atque permissionem mali convenire sapientiæ divinæ, quod illud in idea mundi quoad omnes suas determinationes spectati optimi contineatur.

Sectio quarta practica est, qua usus systematis morales indicantur. Laudat hic *Wolffi* Institutiones morales, quibus *Metaphysicæ* suæ consecutaria, judice Nostro, dilucide explicuit & as-

Sect. 4.

feruit. Ad tria autem potissimum respicit, 1 quod mundum Deus velit & faciat optimum, 2 quod mundum illum systema fecerit, coherentibus mutuo rebus creatis, sed suo ordine, omnibus, 3 quod id sapientia ipsius ordinante factum sit, quæ res mutuo connexas spectet ut media atque fines. Commendat quoque *Wolffi* Commentationem de differentia nexus rerum sapientis & fatalis necessitatis, de qua diximus in Actis anni superioris mense Novembri p. 510, ne quis illum cum hac confundat, & nullos concedit rerum naturalium usus, qui non sint fines a Deo intenti, pœnasque & præmia naturalia defendit. Fecit autem Epilogum, ut facilius uno obtutu omnia conspici possint: quem lecturus ex §. 40 tenere debet, quos lectores postulet. Argumenta studiose ex divinis semper perfectionibus deducit: quo ipso apparet, theoriam de origine mali, quam evolvit, esse Deo dignam nec naturæ ipsius repugnare. Eandem ex thesibus receptis firmat, ut pateat cum iisdem consensus, & imprimis ostendit, voluntatem antecedentem Dei esse in hoc systemate seriam. Videas quoque §. 425, *Dorſcheum* nervum systematis agnovisse. Theoriam necessitatis, determinationis & libertatis plenius explicat & concordiam determinationis & libertatis planius ostendit, fundamenta determinatæ præcibilitatis in ipsis rebus luculentius designans. In conciliandis non modo, sed etiam confirmandis ex systematis ratione providentiæ specialis & specialissimæ momentis operam posuit §. 75, 76, 77, & §. 463, 464, 465. Specimina subtilitatum utilium passim annotavit, ne frustraneam ac inutilem in iis collocari operam causari quispiam possit. Consensum philosophiæ vulgaris cum *Leibnitio* de ratione prævalente urget: quo ipso apparet, consequentias, quibus *Leibnitiana* sententia oneratur, in omnem philosophiam recidere.

Bernünfftige Gedancken von den Absichten der natürlichen Dinge,

hoc est,

MEDI-

MENSIS MARTII A. MDCCXXIV. 111
MEDITATIONES PHYSICÆ DE FINI-
bus rerum naturalium, Autore CHRISTIANO
WOLFIO, Pot. Reg. Bor. Consiliario aulico, Mathem.
et Nat. P. P. O. Societat. Reg. Brit. et Bor.
Sodali.

Halæ Magdeburgicæ, sumptibus Rengerianis, 1724, 8.
Alph. 1 plag. 10.

ALtera pars Physicæ *Wolfianæ*, de qua jam dicere est animus, Halæ sub finem æstatis anni superioris jam prodiit, etsi rubrum præsentem præ se ferat: nunc enim Autor Consiliarius aulicus Hassiacus & Matheseos ac Philosophiæ Professor primarius in Academia Marpurgensi docet. Dividitur opus in duas partes, quarum prima in fines universi & corporum mundi totalium, altera vero in fines corporum partialium inquiritur. Addere constituerat partem tertiam de usu partium corporum organicorum, plantarum scilicet atque animalium corporisque humani; sed ob argumenti ubertatem illud peculiari libro reservavit, quem proximis nundinis daturus erat, nisi impedimenta quædam sese objecissent. Per *fines rerum naturalium* intelligit, quicquid Part. I. C. I.
Deus per earundem productionem intendit. Unde ex Metaphysicis repetit, finem ultimum esse gloriam Conditoris seu manifestationem perfectionum ipsius, in finium vero numerum referri quoque debere, quicquid ex essentiis & naturis rerum consequitur, immo ipsam fortunam cum prosperam, tum adversam, omnesque rerum tam naturalium, quam artificialium usus: atque hujus cognitionis multiplicem demonstrat usum. Quoniam igitur vi finis ultimi mundus est speculum perfectionum divinarum, in specie ostendit, quomodo vi contingentis sit speculum existentis & libertatis; vi multitudinis rerum, quibus spatium & tempus replentur, pluralitatis mundorum possibilitum, harmoniæ rerum universalis, modi, quo contingentium actus determinatur, speculum infinitæ scientiæ; vi nexus rerum totum universi spatium ac tempus omne pervadentis, regularum motus ab absoluta necessitate exemptarum, harmoniæ inter mentem
2.

tem & corpus præstabilitæ, harmoniæ universalis, speculum sapientiæ; vi actus contingentis rerum in universo & magnitudinis, multitudinis atque varietatis operum naturæ speculum potentiæ; vi nexus rerum speculum rationis divinæ; vi perfectionis in essentiis rerum & natura obviæ & usus mutui ex illarum nexu resultantis speculum bonitatis & providentiæ; vi denique nexus inter malum morale & malum physicum speculum justitiæ. Liberat nexum rerum, quem defendit, cum ab absoluta necessitate, tum a fato, & lætatur, quod eam in Cosmologia transcendentali dederit ideam universi, quæ perfectiones divinas adeo dilucide tanquam in speculo repræsentet, atque provocat adversarios, ut diversam ab ea universi ideam comminiscantur, visuri, num easdem perfectiones adeo feliciter exhibeat. Finem enim ultimum universi esse lapidem lydiium ideæ ejusdem.

- Part. I. C. 3. Generalibus hisce præmissis ad corpora mundi totalia digreditur, quorum numerum magnitudinis ac immensitatis intellectus divini & potentiæ indicium præbere demonstrat. Deducit ex eodem fonte magnitudinem bonitatis & immensitatem præsentis divinæ. Probat hinc, non omnia propter hominem seu terricolam facta esse, cognitionem naturæ arctis limitibus circumscribi, Deum cognitionem sui in creaturis rationalibus infinita quadam ratione multiplicare non sine insigni lætitia eorum, qui ipsum amant, nec sine eorundem ardore gloriam Dei amplificandi: quæ singula more suo ex ipsis notionibus a priori deducit. Differit deinde Cl. Autor de luce, qua fixæ noctu terram illustrant, & de influxu earundem in corpora terrestria disquirat, lubricitate principiorum *Placidi de Titis* adeo celebratorum ostensa. Per magnitudinem mundi prorsus stupendam, quam methodo *Hugeniana* intelligibilem reddit, immensitatem potentiæ, sapientiæ & scientiæ Numinis probat & inde motiva humilitatis derivat, nec non fiduciæ erga Deum. Monstrat ulterius arctos sensuum & imaginationis limites una cum interiori sensationum ratione, unde tanquam corollarium infertur, res corporeas in se prorsus dissidere ab apparente earum forma. Plurima his insunt metaphysica, sed quæ distinctius paucis exponi non possunt. Finem Solis esse monstrat, ut mutabilis Terræ ac planetarum
- status

status conservetur, ob quem nonnulli eum pro autore universi seu Deo habuerint. Commemorat utilitates, quas præbet lumen solare, & cum magnitudinis Solis, tum intensitatis luminis ipsius rationem reddit. Probat per Solem potentiam, sapientiam & bonitatem Numinis, virtutibus motiva ab eo petit. Commendat usum alios in metiendo tempore, in distinguendis plagis, & horis diurnis, in Geographia, arte nautica & Geodæsia. Fixis eundem finem largitur, sed usum respectu corporum in Optica, Gnomonica, Astronomia, & quomodo signa tempestatum ac temporum præbeant, quid ad pietatem conferant, docet. Terræ ac planetarum finis est, iudice Nostro, ut sint habitacula viventium, quo finis mundi ultimus ubivis obtineatur. Disputat de influxu planetarum in Tellurem, præsertim Lunæ. Monstrat, quomodo unus alteri proficit lumine suo, quam ansam scientiis & eruditioni dederint, quomodo excellentiam rationis humanæ in aprico constituerint, quod sint theatra perfectionum divinarum. Structuram denique mundi contemplatus disquirat, cur tantæ modis eundem fecerit Deus, & num circa fixas sint adeo vasta spatia, quam circa Solem. Rationem reddit motus vertiginis planetarum & cur planetæ secundarii eodem destituantur, cur idem in planetis omnibus minime æqualis. Reddit item rationem motus annui circa Solem & inæqualitatis ejusdem, nec non distantie a se invicem. Rationem denique reddit eclipsium, finalem scilicet, de qua hic constanter sermo est, atque ex motu planetarum Dei sapientiam & scientiam arguit. Per annulum Saturni probat, Dei consilia esse imperscrutabilia circa opera ipsius.

Part. I. C. 6.

7.

8.

Dum parte secunda in usus ac fines corporum partialium inquirat, multorum quoque phænomenorum causas efficientes adducit, quæ parte prima Physicæ intacta reliquerat. Aeris fines sunt, conservare in corporibus mundi totalibus eandem materię quantitatem, in planetis statum variabilem; inservire variis mutationibus in corporibus partialibus producendis; concurrere ad conservationem vitæ animantium atque hominum; promovere illuminationem telluris, ut tenebræ imminuantur; inservire tempestatibus vagis producendis & auditui atque loquelæ viventium; testari de sapientia & bonitate Dei. Ventorum

Part. II. C. 1.

2.

rum est subinde frigefacere aerem, æstu alias intolerabili futuro; subinde calefacere eundem, nunc ad fertilitatem, nunc ad sterilitatem induendam; concurrere ad tempestates vagas, quarum præcipuæ causæ; motum corporum producere in varios generis huiusmodi usus; aerem reddere purum & sanitati conducibilem: ostendit autem Autor, quomodo venti generi humano & prodesse & nocere possint, sicque Deo inserviant ad infligendas pœnas. Tempestatum fixarum variationi tribuit, quod terra magis sit habitabilis fini suo convenienter & major rerum varietas in eadem habeat locum: tempestatibus vagis contra acceptum refert discrimen inter annos fertiles & steriles, cujus etiam causas physicas inquirit. Cumque demonstrat, quomodo mutationes tempestatum sint signa imminenti, quæ vulgo apud rei œconomicæ scriptores enumerantur, tempestatum, ad examen revocat, & si adfuerint, causas physicas allegat, ubi varia occurrunt curiosa. Addit exempla signorum supersticiosorum, quæ ex Metaphysicæ ac Ethicæ principiis refellit. Progreditur ad signa fertilitatis & sterilitatis, de quibus ex principiis physicis iudicium

Part. 2. C. 4. fert. Vaporum usus multus in generi meteororum aqueorum & emphaticorum apparet, id quod satis obvium: sed non æque obvia sunt, quæ de singularibus sapientiæ divinæ inde cognoscendis, de illorum usu in minuendo calore, in conservando & propagando odore, in sustentandis fontibus, in conservanda sanitate plantarum, in iisdem refocillandis, in signis tempestatum procurandis, in fontibus indicandis, in calore blandiori reddendo, in materia unienda, commemorantur. Nebula aerem reddit madidum, subinde purum & sanum, interdum frigidum, signaque tempestatum suppeditat. Nubium finis est pluvie procreatio: eadem aerem frigefaciunt & frigus hieme ac æstate inducunt, subinde tamen etiam ad calorem augendum concurrunt, ventis ac tempestatibus imminenti bus discernendis inserviunt. Ros plantis refocillandis destinatur & mense Majo fecunditatem singulari ratione promovet: plantis subinde noxius: signa tempestatum præbet, quamvis nonnunquam fallacia: copiosior Majo, quam alio anni tempore. Pruina plantis noxia &, admissa rore, in rerum natura evitari nequit. Pluvie potissimum finis est vegetationi

tationi plantarum inservire. Eadem vero præterea terram reddi-
 raram, subinde consolidat, humidam conservat; calorem tem-
 perat; aquam eo advehit, ubi eadem opus est; interdum da-
 mnnum infert plantis; inundationes, damna daturas varia, gignit.
 Grando plus damni quam commodi affert. Hæc singula per ra-
 tiones physicas a priori explicat Autor, partim ex philosophia ex-
 perimentali, partim ex Physica dogmatica derivatas. Eodem mo-
 do expendit fines & usus meteororum emphaticorum. Postquam
 deiridis significatione artificiali, in Scripturis sacris revelata, dis-
 seruit, de parheliis & paraselenis disquirat, utrum etiam in signo-
 rum numerum referri possint, negativam argumentis ex Meta-
 physica & Philosophia morali petitis prolixè adstruens. Mon-
 strat tamen, quomodo non minus Philosopho, quam vulgo ex-
 citamento esse possint, ut mens ad Deum elevetur. Et si notissi-
 mum sit, fulgur ac tonitru generi humano, immo breviter pari-
 ter ac vegetabilibus esse valde infestum, atque effectuum rationes
 a priori jam explicaverit Autor in Physica dogmatica; hoc tamen
 non obstante ostendit, quod etiam commodum afferant homi-
 nibus, dum non solum aerem ab æstu, sed etiam ab exhalationibus
 noxiis purgant, ubi simul vestigia providentiæ divinæ non sine
 voluptate spectanda monstrat. Inquirat præterea, num pluvia
 vim fulguris infringat, ubi pro affirmativa rationes quasdam pro-
 bables ex genesi fulguris & ejus descensu petitas affert, & signa
 tempestatum, quæ in fulguris accidentibus sibi deprehendere
 videntur œconomix ruralis Scriptores, ad examen revocat.
 Cum ad reliqua meteora ignita descendit, Physicam a supersti-
 tione tutam præstat, & *anthropomorphistas* atro carbone notat,
 qui indigne de Deo philosophantur, quasi humano more instar
 animæ mundi universo provideret. Aquæ multas utilitates com-
 memorat, ita vero denuo in hac palæstra versatur, ut effectus na-
 turales per suas causas intelligibili modo explicet. Terram ma-
 defacit aqua, multas corporibus mutationes inducit, ad vitam
 hominum & brutorum apprimè necessaria existit: ubi occa-
 sione sic ferente docet, quænam sint genuinæ de Deo meditatio-
 nes accidentales (*Germani zufällige Gedanken vocant*), ita
 comparatæ, ut tribunal rationis non reformident. Reddit et-

Part. 2. C. 5.

6.

7.

- iam rationem circulationis aquarum & multos in specie usus fluminum atque maris recenset. Deinde naturalem telluris constitutionem & inæqualitatum usum in fluminum motu expendit. Imprimis autem evincit, montes etiam si sæpissime inundationibus materiam subministrant, subinde tamen easdem etiam impedire, ventorum impetum infringere, sed iis quoque gignendis & intendendis interviare, corporum partialium varietatem multiplicare, æstum nunc minuere, nunc augere, tempestates modificare & in fertilitatem influere. Examinat sententiam *Kircheri*, quod montes sint veluti catenæ, quibus diversæ Telluris partes compagentur, & num ad æquilibrium globi terraquei concurrant, disquirat. Dum ad ignem atque calorem animam advertit, caloris ad vitam necessitatem in hominibus atque brutis demonstrat. Differit præterea de calore vitali ope ignis tempore hiemali conservando satis prolixè, & usum similem in conservando calore vitali vegetabilium describit. Mox ad ejusdem usum in acceleranda vegetatione digreditur, ubi præclara *Cel. Lehmanni* nostri experimenta laudat. Additur usus in excludendis pullis ex ovis non incubatis, nec prætermittuntur alii, quos habet in re œconomica, in officinis artificum, in bello, in pyrotechnia ludicra. Damnorum denique fit mentio, quæ ab igne propullulant. Fossilium usus notissimus in vita & arte elucet. Noster tamen in vulgaribus recensendis, quæ instituti ratio prætermitti vetabat, occupatus passim admiscet, quæ lectionem non inutilem nec injucundam reddunt, præsertim cum asserta quæcunque rationibus a priori firmare sueverit. Agit vero una de usu mineralium in acidulis & fontibus medicatis progignendis & terræ multum vires in inmutanda tellure exponit. Quoniam (quod supra monuimus) de usu partium in corporibus organicis, veluti in plantis, animantibus brutis & corpore humano, peculiarem Tractatum edere constituit, ne quid ad cõplendam Philosophiam desideretur; de usu creaturarum viventium breviter differit, generalibus ac maximam partem obviis contentus. Cur bruta animantia occidere liceat, homines non item, rationem hanc reddit, quod Deus per hominem consequi possit finem universi ultimum, de quo supra diximus, per bruta non

MENSIS MARTII A. MDCCXXIV. 117

non item, atque hanc rationem Scripturæ conformem probat ex Gen. IX, 6.

Schau- und Maß des Grundes Mechanischer Wissenschaften.
hoc est,

THEATRUM MACHINARUM GENERALE,
*Autore JACOBO LEUPOLDO, Mathematico
& Mechanico, Regi Borussiae a Consiliis commerciorum,
diversarum Societatum scientiarum
Sodali.*

Lipsiæ, sumptibus Autoris, 1724 in fol.
Alph. 2 plag. 20 Tabb. zn. 71.

Equidem multa prostant in vernacula præsertim nobis lingua Theatra Machinarum; haud exigui tamen in iis notantur defectus, quos tollere non est cuiusvis. Quoniam tamen machinarum & instrumentorum cognitio haud parum utilitatis habet, a plurimis jam annis de condendo Theatro Machinarum & instrumentorum generali meliori cogitavit Cl. *Leupoldus*, Vir ad Mechanicam natus, theoria mechanica & physica instructus & in arte manuarum excellens. Cum machinarum & instrumentorum vastus sit ambitus, ex pluribus opus constare debebat voluminibus adeoque sumtus plurimos requirebat. Prudenti igitur consilio ex uno opere effecit plura, præsertim cum non singula sint ad cuiusvis palatum. Primo loco nobis sistit Theatrum Machinarum generale, quod fundamenta omnis theoriæ ac praxeos mechanicæ modo quodam pragmatico ad captum artificum sternit. Postquam igitur de natura Mechanicæ atque Mechanici requisitis disseruit, terminosque usitatos generales explicuit; de vecte & libra prolixè agit, ea, quæ in libellis Mechanicis vulgo demonstrantur, ad experimenta & calculos practicos revocans non solum *Jungenchelii*, *Gravesandii* aliorumque methodis, sed per instrumenta quoque proprio ingenio & industria efficta, quæque praxis in hoc genere subministrat, multa cum solertia annotans, quippe in Mechanicis scriptis vulgo desiderata. Ex penu

P 3

propria

C. I.

2.

- propria promit libram universalem, cujus beneficio singula theoremata, quæ apud Autores de vecte & libra demonstrantur, experimentaliter modo monstrantur. Ad examen quoque revocat duo perpetua mobilia, quæ multis imposuere, sed quorum impossibilitas, ex vectis natura ostenditur. Eadem industria profequitur machinas simplices reliquas, quæ cum vecte *potentiarum mechanicarum* nomine vulgo celebrantur, quamvis de trochleis & polyspasto pauciora annotanda occurrerunt, quam de ceteris. Præter usitata tamen polyspastorum genera singulare quoddam describit, quod Dresdæ apud *Gartnerum*, artificem ingeniosum, vidit & cujus eundem autorem laudat. Trochleæ infiguntur pyxidi cylindricæ, magnitudine inter se æquales, centrâ in linea spirali cylindrum ambiente constitutis.
4. adhuc tradit de fucula, axeos in peritrochio specie simplicissima, in praxi ædificandi & metallifodinis usitatissima. Major dicendi campus sese aperit de rotis & earum axibus dentatis cum ob varia, quæ hic occurrunt genera, tum ob plures, quas praxis requirit, regulas, vel in ipsa rotarum pro diversitate materiæ atque usus constitutione. Describit etiam machinam, qua horologiopæi utuntur ad denticulos metallo incidendos & pro rotis majoribus similem machinam a se excogitatam subnectit. De cuneo & plano inclinato notanda imprimis sunt instrumenta *Gravsandiana* & *Leupoldiana*, ad vires cunei & ponderis super plano inclinato gravitationem examinandum. Gemina instrumenta ad cochlearum vires explorandas describit, & postquam de cochlea perpetua differuit, tum instrumenta, tum artificia communicat, quibus utuntur artifices in parandis cochleis diversi generis
6. 7. 8. 9 & sqq. pro materiæ diversitate. Tandem varium sistit apparatus mechanicum, qui a Mathematicis ad vulgares potentias revocari solet, vulgo autem ob diversas figuras diversumque usum diversa fortitur nomina. Ejus notitia carere nequeunt, qui in machinis parandis & dijudicandis operam collocare debent: nostrum tamen non est de singulis huc spectantibus sigillatim dicere. Quoniam vero hæc doctrina tota practica est atque adeo e theoreticorum scriptis exulat; *Cl. Leupoldus* multas quoque observationes practicas, quas propria ipsi experientia suggessit, interspergit

interfpergit, variosque empiricorum errores corrigit. In ma- C. 16.
 chinarum motu magni momenti est affricus, de quo etiam non-
 nulla annotavit Noster, & *Sturmium* imprimis reprehendit, *A-*
montonii ea de re experimentum rejicientem. Quæ in medium
 affert, ab experientia potissimum derivat, & unam alteramque
 machinam ad affricus quantitatem investigandam delineat. His 17.
 absolutis ad vires cum animatas, tum inanimatas progreditur,
 quæ ad machinas movendas applicantur; inter animatas locum
 habent homines & bruta, inter inanimatas ventus, ignis, aqua,
 gravitas & elater. Describit igitur diversos modos, quibus ho-
 mines & animantia bruta ad movendas machinas applicari pos-
 sunt, & diversas machinarum pendentis inde structuras exter-
 nas. Ad aerem progressus, primo loco in scenam producit ma- 18.
 chinas vesicarias, quarum ope ingens pondus solo oris flatu ele-
 vatur. Succedit machina *Guerickiana*, in qua pondus ingens per
 pressionem aeris elevatur, descripta in experimentis Magdebur-
 gicis, & alia quæ ab eodem principio pendens deprimentis effe-
 ctum exerit. Operosior est praxis, quæ sequitur, de variis mo-
 lendinorum generibus, quæ vento agitantur, hæcenus nullibi
 adhuc sufficienter tradita. Multa hic reperias de alis horizonta-
 libus experimento comprobata, & varia anemometrorum gene-
 ra, quæ inter *Wolfianum* & *Leupoldianum* locum tuentur. Re-
 perias quoque machinam ad investigandam vim venti alas mo-
 lendini agitantis. De igne duo machinarum genera, ad quorum 19.
 motum concurrunt, describit. Primi usus est in culinis ad veru
 vertendum, ubi vis movens est aeris fumo & calore permixti.
 Alterum genus inservit ad aquas elevandas vi aeris rarefacti: qua-
 les machinas dederunt *Saverius*, *Amontoni*, *Papinus*, alibi in
 his Actis descriptas. Noster aliam addit, qua aqua suctione &
 pressione elevatur, communicatam sibi ab Augustissimo Rege
 nostro, rerum Mathematicarum & Physicarum admodum cu-
 rioso. Ad machinas agitandas communiter aqua adhibetur: quæ
 tamen de ea cognita esse debent in hunc usum, ab autoribus hæ-
 cenus fere prorsus neglecta fuerunt. Noster itaque hunc defe-
 ctum suppleturus docet, quæ de gravitate aquæ absoluta tum ali-
 orum, tum ipsius experimentis fuerunt detecta, & ad praxin præ-
 fen-

- sentem aptat; quæ de pressione aquæ per experimenta hydrostatica constant, ubi etiam siphonis anatomici *Wolfiani* mentionem facit, & ex *Morlandi* Tractatu de elevatione aquarum multa adducit; quomodo aquæ fluentis quantitas sub variis circumstantiis determinetur, ubi experimenta *Mariotti* locum habent, quæ in Tractatu de motu aquarum dedit; quomodo celeritatem & vim aquæ lapsu acquisitam metiri detur, quem in usum varia instrumenta & machinæ describuntur; quomodo vis aquæ in rotas molendinorum incurrentis aut impingentis æstimetur. Cum varia sint rotarum aquaticarum genera, de diversis illarum structura affert, quæ ad rem faciunt. Diversos describit modos, quibus pondera ad machinas movendas applicantur, & *Leutmanni* inventum subnectit, quo motus horologii non expirat, dum pondus ipsum animans attollitur. Elateribus animantur horologia portatilia. Regulas practicas in elateribus conficiendis & ad horologia rite aptandis necessarias, nec ullibi adhuc sufficienter descriptas, Noster communicat: quæ *Leutmannus* in suo de horologiis Tractatu jam dedit, in iis industriam ipsius laudat. Tandem aliquot machinas describit ad æstimandam vim corporum cadendo acquisitam & pressionem aquæ lateralem inservientes, atque appendicis loco ex principiis in hoc opere stabilitis calculos ducit in machina, quæ in metallifodinis Freybergenfibus ad elevandas aquas adhibetur, & regulas generales subjicit, quas in machinis inveniendis aut condendis attendere juvat. Promittit hujus operis continuationem aliquam, vel figillatim, vel cum Theatro hydrostatico imposterum edendam, in quibus adjicientur, quæ passim adhuc desiderari poterant. Nunc vero in edendo Theatro machinarum hydrotechnicarum occupatur, architecturæ aquarum plurimum lucis affusus, cum hoc argumentum ob maximam in vita utilitatem multum desideretur. Quoniam Cl. Autor utilitatis publicæ, non quæstus gratia, imino non sine detrimento rei familiaris hanc telam pertexendam suscepit, nec sumtibus pepercit, quas chartæ, typorum & figurarum nitor poposcit, opusque levi pretio emtoribus offert, etsi haud exiguum ob utilitatem eidem statui mereatur.

MENSIS MARTII A. MDCCXXIV. 121
 EXCERPTA EX EPISTOLA JO. POLENI
 ad GABR. MANFREDUM, de inveniendâ ratione
 inter duas indeterminatas quantitates in nonnullis
 Algebraicis æquationibus, data Patavii
 Id. Sept. 1723.

Primam regulam proponam ad constantem vestigandam rationem inter indeterminatas, sive coordinatas x & y in cunctis differentialibus gradus primi æquationibus; in quarum termino quolibet, si dimensiones indeterminatarum x & y in unam colligantur summam, idem omnino numerus procreatur. Idque præstabo posito exemplo, cum vel in hoc regula ipsa satis possit perspicue apparere. Etsi vero propria ejusdem regulæ demonstratio ab ipso quoque exemplo quodammodo delignetur: adjiciam tamen specimen quoddam demonstrationis diversi generis; quandoquidem adjungam exempla derivata aliis ex regulis, quibus ad conclusionem eandem illam, inventam in exemplo superiore, perducemur. Quod eo præsertim consilio faciam, ut regulas alias aliis rebus haud levi usui (ut opinor) futuras subindicem, cum ita ferat occasio.

2. Data modo sit (causa exempli) æquatio hæc $bx dx - cy^3 x^2 dx = g y^s dy$; ponaturque $y = ax$; unde habebuntur, $y^3 = a^3 x^3$, & $g y^s dy = g a^s x^s dx$; atque, peractis substitutionibus, prima illa æquatio transformabitur in hanc $bx^s dx - ca^3 x^s dx = g a^s x^s dx$. Deinde suscepto y pro ax in termino $g a^s x^s dx$, singulisque terminis per $g a^s x^s dx$ divisus, prodibit $bx : ga^s - cx : ga^2 = y$. Quamobrem, ubi fiat æquatio (B) $b : ga^s - c : ga^2 = a$, habebitur $ax = y$; quemadmodum principio ponebatur. Itaque, si adhibita æquatione (B) inveniatur valor ipsius a (quod in proposito exemplo facillimum factum est) hic valor, loco a surrogatus, rationi inter x & y exhibendæ plane inserviet.

3. Uti autem consulto fuimus æquatione ex tribus duntaxat terminis composita, ut facilitati consuleremus. Ceterum universalis regula est, quocumque tandem terminorum numero data constet æquatio.

4. Quod si in exhibita trium terminorum æquatione, alter-

Q

ntrius

utrius indeterminatæ dimensiones arbitrario exponente contineantur; cujus exponentis determinatione fieri queat, ut in terminis singulis indeterminatæ eam habeant dimensionum æqualitatem, quam supra posuimus; erit certe vel in hisce circumstantiis priori regulæ locus. Ut pergam uti exemplis, sit æquatio (G) $x^p dx + y^r x^q dx = dy$; in qua pro q quilibet quantitas possit surrogari. Scribatur $ex^s = y$; unde haberi poterunt, $e^r x^{sr} = y^r$, & $gex^{s-1} dx = dy$: itaque pro y^r & dy , respondentibus quantitibus suffectis, proveniet nova æquatio $x^p dx + e^r x^{s+q} dx = gex^{s-1} dx$. Si conferantur deinde inter se indeterminatæ exponentes p , $gr + q$, $g - 1$, ut fiant æquales; prodit $g = p + 1$; (quamobrem æquatio $ex^s = y$ fit $ex^{p-1} = y$) prætereaque invenitur $q = -pr + p - r$: & substitutis exponentium g & q valoribus habetur nova æquatio hæc $x^p dx + e^r x^p dx = gex^p dx$. Surrogandoque, in postremo termino, y pro quantitate ex^{p+1} , ac dividendo per $gx^{-1} dx$ constituitur æquatio $x^{p+1} : g + x^{p+1} e^r : g = y$; five $x^{p+1} : (p+1) + x^{p+1} e^r : (p+1) = y$. Quapropter si nunc fiat $(e^r + 1) : (p+1) = e$ resultabit eadem illa, quæ resultare debebat, æquatio $ex^{p+1} = y$; nimirum $ex^s = y$.

5. Sed his subjiciamus exemplum alterius regulæ, quæ ad ipsam modo propositam solutionem adducit. Fingamus in eadem æquatione (G) $x^p dx + y^r x^q dx = dy$, terminum $y^r x^q dx = e^r x^p dx$: dividendoque per $x^q dx$ fiet $y^r = e^r x^{p-q}$; & extrahendo radicem r prodibit (A) $y = ex^{(p-q)/r}$. Ac quoniam $e^r x^p dx = y^r x^q dx$, erit $(e^r + 1) x^p dx = x^p dx + y^r x^q dx$; indeque in æquatione (G) peracta substitutione cum habebitur $(e^r + 1) x^p dx = dy$; tum post integrationem æquatio (B) $(e^r + 1) x^{p+1} : (p+1) = y$. Jam si conferantur æquationes (A) (B) prodibit $ex^{(p-q)/r} = (e+1) x^{p+1} : (p+1)$ atque exponentibus inter se collatis, invenietur denuo $q = p - pr - r$: ita prodibit $ex^{p+1} = (e^r + 1) x^{p+1} : (p+1)$ iterumque apparebit fieri oportere ut sit $(e^r + 1) : (p+1) = e$, quemadmodum vel in articulo superiore apparuerat.

6. Ulterius vero aliam hanc operationem adjicere lubet. Ponatur æquatio (B) $ex^s - y = 0$; quadrando habebitur $ex^{2s} - 2eyx^s +$

$2eyx^s + yy = 0$; atque sumendo differentias (suspectis $2yy$ loco terminorum $exx^{2s} + yy$, qui duo termini sunt inter se æquales) prodibit (A) $-2egyxs^{-1} dx - 2ex^s dy + 4y dy = 0$. Ope autem æquationis (B) cum inveniatur $egx^{s-1} dx = dy$, & $e^{r+1} x^{sr+g} = y^{r+1}$, in secundo termino respondentibus valoribus positus fiet $-2egyxs^{-1} dx - 2e^{-r+1} g y^{r+1} x^{-sr+g-1} dx + 4y dy = 0$, & dividendo per $4y$, ac mutatis signis, $egx^{s-1} dx : 2 + e^{-r+1} g y^r x^{-sr+g-1} dx : 2 = dy$; & ponendo $eg : 2 = b$; & $e^{-r+1} g : 2 = c$, & $g - 1 = p$, & $-gr + g - 1 = q$, fiet (G) $bx^p dx + cy^r x^q dx = dy$. Nunc autem, si fingamus rationem illam inter x & y in æquatione (B) constitutam ignorari; ubi eam in æquatione (G) secundum regulam primi exempli vestigantes, ponamus (C) $ax^m = y$, unde $max^{m-1} dx = dy$, & $a^r x^{mr} = y^r$, substitutionibus peractis, perveniemus ad æquationem hanc $bx^p dx + ca^r x^{m+r+q} dx = max^{m-1} dx$; in qua fient exponentes $m = p + 1$ (quamobrem liquere poterit esse $m = g$) & $q = p - pr - r$. Itaque convenientibus adhibitis exponentibus, & posita in postremo termino indeterminata y , subtractoque ejus valore, fiet $bx^{s-1} dx + ca^r x^{s-1} dx = gyx^{-1} dx$; & dividendo per $gx^{-1} dx$, surrogandoque exponentem m pro g , habebitur $bx^m : g + ca^r x^m : g = y$; quare, si fiat (D) $b : g + ca^r : g = a$, progignetur æquatio (C) $ax^m = y$, quæ in exordio hujusce vestigationis posita fuerat. Deinum, si in æquatione (D) substituuntur valores datarum b & c , pervenietur ad æquationem $e^r + a^r = 2ae^{r-1}$; ex qua patebit esse $e = a$. Itæ æquatio illa (C) fiet hæc $ex^m = y$; sive (g pro m restituendo) $ex^s = y$; hæcque est certa illa æquatio (B) principio constituta, indicans ex indeterminatarum rationibus eam; quam perducere facile posse ad curvam parabolici generis, satis est manifestum; & quam inter easdem indeterminatas in expensa modo æquatione (G) intercedere necessario oportere, nota jam ante æquationis natura atque constitutio aperte demonstrat.

7. Quæ sane constituendarum æquationum regula ad res quasdam alias neque injucundas, neque (si quid judico) inutiles patefacit aditum. Non modo enim ad quærendas rationes illas, quas profecto unas hoc scripto attendi, sed ad alias curvas modis aliis reperiendas posse aliquando convenire, perspicue apparet.

Q 2

Porro,

Porro, quemadmodum in Algebra, ut appellant, Cartesiana Florimondus de Beaune, & Eralinus Bartholinus multa egregia præstitere „naturam & constitutionem æquationum ex earum „generatione & comparatione cum similibus seu ejusdem for- „mæ,„ vestigantes; ita quoque fieri posse videtur (immo in nonnullis æquationibus experiundo effeci) ut, conveniente adhibita methodo, natura & constitutio plurium differentialium æquationum innotescat. Illud quidem ingenti esse commodo opinor, nimirum posse adsignari integralia quorundam ex illis terminis, in quibus utraque indeterminata cum sit, alius tamen respondens terminus desideratur. Ut in æquatione (A) Art. 6 cum sit, causa exempli, $zgyx^{s-1} dx + zex^s dy = 4ex^s dy$, alicui si investigationi conducatur solum hunc terminum $4ex^s dy$ relinquere, hujus nihilominus integratio poterit facile obtineri. Unde etiam ad vestigandam similibus terminorum naturam novus aditus aperitur.

*HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ GENTIS
Anglorum libri quinque Autore Sancto & Venerabili BÆ-
DA, Presbytero Anglo-Saxone, una cum reliquis ejus Ope-
ribus historicis in unum volumen collectis, cura & studio
JOH. SMITH, S. T. P. in Ecclesia Dunelmensi
non ita pridem Canonici.*

Cantabrigiæ, typis Academicis, 1722, fol.

Alph. 9 pl. 16 Fig. æn. 4.

QUum omnia Bedæ scripta, innumera fere, ejusmodi sint, ut a seculi, in quo vivebat, barbarie ruditæque plurimum abesse, hoc est, erudite limatæque satis confecta esse videantur: tamen illa operum ejus pars, quæ Gentis Anglicæ historiam complectens, religionis in Britannia exordia & incrementa accurate tradit, majori in pretio quam reliquæ apud eruditos semper fuit. Ex variis editionibus, quas in lucem hæctenus ivisse novimus, nulla hanc ipsam vel splendore chartæ, vel typi ac textus puritate vel denique observationum lectissimarum præstantia lu-
perat.

perat. Debemus eam in primis industriæ Viri doctissimi inque omni litterarum genere versatissimi, *Joannis Smith*, et si is, vix quarta Operis parte prelo absoluta, mortuus, edendi reliqui operis gloriam filio *Georgio*, Juveni annorum viginti duorum, reliquerit, qui, quantum de ipso sperare Orbis eruditus possit, primo hoc documento luculenter ostendit. Primum in hoc Opere locum occupat Chronicon, seu de sex hujus seculi ætatibus, (libri, quem de ratione temporum conscripsit, pars historica) cui in margine LXX Interpretum supputatio, & in sexta ætate anni aræ Christianæ adjuncti sunt. Sequitur ipsa Historia Ecclesiastica Anglicanæ gentis constans quinque libris. Quam cum sæpius emissam mendis tamen adhuc plurimis laborare sensit Vir scriptis plurimis celeberrimus, *Thomas Galeus*, editionis castigatissimæ consilium cepit, quo tamen, cum infinitis aliis laboribus distraheretur, abjecto, ipse nostro *Johanni Smith*, ut institutum hoc perficeret, persuasit: variis simul, quæ jam comparaverat, subsidiis eidem liberaliter communicatis. Itaque hic cunctos, quos e Britannæ bibliothecis, vel aliunde eruere potuit, codices accurate inter se contulit, in quibus præcipuus fuit, quem *Johannes Morus* suppeditavit, antiquis literis Anglo-Saxonicis, circa annum, ut Noster putat, 737, proximo post Bedæ obitum triennio, in ipso, quo Beda vixit, monasterio, ex autographo illius exscriptus. Hanc excipit *S. Cudberti vita*, tum soluto tum ligato orationis genere a Beda consignata, in qua adornanda quinque potissimum MSS. & in his uno Saxonice literis conscripto usus est. Jungitur huic Historia Abbatum Wiramuthensium, & Gyrwensium, quam anno 1664 *Jacobus Waræus* Dublinensibus typis mandavit, una cum Bedæ epistola ad *Ecgbertum* Archiepiscopum Eboracensem, quamque in sua editione secutus est *Whartonus*. Hanc proxime consequitur *libellus de locis sanctis*, quem ex *Arculphi* dictatibus & *Adamnani* scriptis composuit, variis item in locis a doctissimo Editore correctus. Subjungitur *Martyrium Bedæ*, una cum additamentis *Flori*, ex Actorum sanctorum Martii Tomo II desumptum: atque id ipsum est, quod clarissimus *Henschenius* inter Christianæ Sueciæ Regiæ codices manuscriptos Romæ invenit, cumque variis aliis vetustissimis

exemplis collatum, genuinum esse comperit. Accessit Beati *Fel-*
is Vita, e Paulini poemate soluto sermone a Beda expressa. Tan-
dem exhibetur Venerab. Bedæ Histor. Eccles. a gloriosissimo vete-
rum Anglo-Saxonum Rege *Alvredo* Saxonice reddita, cum vari-
is pariter codicibus diligentissime collata. Accessit vero selectissi-
ma documentorum ac epistolarum, quæ ad Bedæ illustrationem
faciunt, Appendix, eni variæ quoque dissertationes, quæ utrum
Smithio, an potius Galæo, an aliis debeantur, nusquam memo-
raturum deprehendimus, inseruntur, ut : de prætenturis murisque,
quos Romani in Britannia fecerunt, & de legationibus, quas Bri-
tones, Pictis Scotisque ingruentibus, Romam auxilium implo-
rantes mittebant; de celebratione Paschatis; de tonsura Cleri-
corum; de cantu Ecclesiastico; de schola a Siegbercto Anglorum
Rege instituta; de Magistris Ecclesiæ, & aliæ. Denique accesser-
e enarrationes vitæ Bedæ tres, quarum primam Cuthbertus, disci-
pulus Bedæ, alteram *Mabilionius*, tertiam autor anonymus incer-
tæ ætatis composuit. Neque omittendum, additam a Cl. Editore
luculentam & ampliam Britannicæ Saxonicæ juxta Bedam Tabu-
lam, qua non parum ornamenti præstantissimo operi accedit:
nec minus utilitatis historiæ veteris Anglorum cupidis præstabit
Index copiosissimus. Superest, ut e notis a Cl. Smithio passim ad-
jectis nonnulla maxime notatu digna decerpamus. Pag. 16,
quando Beda *Christum anno XLII Cesaris Augusti natum esse* scri-
bit, sequentia annotat: „Hos annos supputat Beda a cæde Cæsa-
ris, unde nativitatem Christi incidere dicendum est in annum
„periodi Juliani 4712, duos annos ante vulgarem æram Dio-
„nyfianam. Atque in hoc anno consentiunt reliquæ æræ, quas
„Beda memorat. Sola autem restat quæstio, an hic annus in
„computo includendus sit. Scaligeri editio Chronici Eusebii,
„hunc annum excludens, æram Christi anno 43 orditur. Ego
„currentis anni computo accedo, non solum, quod Bedæ nume-
„rus in hoc Chronico melius convenit, sed etiam, quod cum an-
„no periodi Jul. quæ æra Evangelica & vera ponitur, coincidat.,
Hujus postea supputationis veritatem ex Bedæ verbis concludit
pag. 18: *Quarto Claudii anno fames gravissima, cujus Lucas*
meminit, facta est. „Ad annum enim, inquit, Claudii quartum
Beda

Beda in Hist. Eccl. lib. 3 ponit annum Christi 46. Si vero hunc, ab anno nativitatís integro, hoc est, *Augusti* 43 incipiamus, non erit annus Christi 46 sed 45. P. 33, *Leonem annis IX regnasse*, dicit Beda, scil. cum ille hæc scriberet. Regnavit enim, Leo 24 annos. Sed Beda in nono ejus anno Chronicon claudens, ulterius non numerat. Vix credibile est, hanc observationem, doctos viros, imo *Adonem* & ipsum *Hermannum*, latuisse; ea tamen fuit illorum temporum in sequendis autorum verbis securitas, ut, quod Beda consulto posuit in fine Chronici, illi absque ullo consilio in medio suorum posuerint, perguntque calculando, ac si Leo novem tantum annos regnasset. P. 36 observat, Scriptores summi nominis, *Baronium*, *Contium*, imo & *Lelandum* ipsum, confundere *Albinum* cum *Flacco Albino* alias *Alcuino* (quo Beda adjutore in historia gentis Anglicanæ contexenda se fuisse usum, in præfatione ipse affirmat) cum tamen ille integro fere seculo inferior, discipulus *Egbereti* Archiepiscopi Eboracensis, obiit Abbas Turonensis 804, hic vero discipulus Theodori, Archiepiscopi, & Hadriani, Abbatis Cantuariensis, ipse Abbas Cantuariensis, 732. Pag. 41 ad hæc verba Bedæ: *Et quia (Brittones) plurimam insula partem, incipientes ab Austro, possedissent, contigit, gentem Pictorum de Scythia, ut perhibent, longis navibus non multis Oceanum ingressam, Hiberniam pervenisse*; Smithius notat: „pro concessio habetur, Belam hic Scythiam velle citiorem, quæ hodie Scandia dicitur, Sueciam, Daniam & Norwegiam complectens. Quo sensu & mare, patriæ Hengisti & Britanniarum interjacens, Scythica vallis appellatur Nennio. P. 43 ad locum Bedæ, quo ait, *Claudium A. U. C. 798 expeditionem in Britanniam movisse & in insulam transvectum, Orcadas insulas ultra Britanniam in Oceano positas adjecisse imperio*; ita Noster: „Hoc nullo modo concedit *Tacitus*, laurum hanc Agricolæ suo, propriam volens: sub cujus auspiciis, imperante demum Domitiano, Romanam classem incognitas ad id tempus Orcadas, insulas invenisse, ait, & domuisse. Sed quum bellum Britannicum temporibus Claudii, duce A. Plautio & victore, per septem annos continuos gestum fuerit, non impossibile est, quod, hic de Orcadibus a Claudio receptis ex Eusebio & Eutropio asseritur

feritur., P. 52 notat: „In Jutis antiqua Getharum & Gothorum
 „nomina adhuc supersunt, eorumque patria in Jutia seu Jutlan-
 „dia, notissima Danici regni provincia, adhuc superest. „P. 54:
 „Hæresis Pelagiana, licet ab autore, Brittone, derivata, (quem
 „Beda Agricola, Severiani episcopi filium, vocat) in remotis
 „tantum regionibus propagata fuit, patriamque reliquit felici
 „errore ignorantia involutam. „P. 58: „Liber *Gildæ* est de exci-
 „dio Britannicæ fatis hodie notus. Gildas, autor, fere ignoratur,
 „nimia scilicet distinctione obrutus. Hinc tot cognomina *Albanus*,
 „*Sapiens*, *Badonicus*, *Historicus*, cum revera unus est idemque
 „Gildas: cujus ætatem habes cap. 16, historiam per magnam
 „hucusque hujus Bedæ operis partem. „P. 78: Consuetudo etiam
 „num multis in locis Belgii observata, pueros in S. Gregorii fe-
 „sto scholas ad discendum alphabetum primum intrare, & S.
 „Gregorius habetur ibi patronus addiscentium litteras. „P. 192
 de iis, qui ab *Egbertō* Apostolorum instar in Friesiam, ad evange-
 lium anno 692 populis adhuc gentilibus prædicandum emissi
 sunt, hæc notat: „Apud *Surium* Martii horum nomina a Mar-
 „cellino quodam, qui se unum ex iis fingit, hoc ordine memoran-
 „tur; *Willibrordus*, *Swibertus*, *Acca*, *Wigbertus*, *Willibaldus*,
 „*Winibaldus*, *Lebwinus*, duo *Ewaldi*, *Werenfridus*, *Marcellinus*;
 „hi omnes fuere presbyteri: denique *Adelbertus Levita*, filius Re-
 „gis *Deiurorum*. Sed hic, qui se vocat *Marcellinum* participem
 „que hujus conversionis gloriæ, non videtur esse is, quem se si-
 „mulat, sed nuperus potius quidam & imperitus fabularum con-
 „fictor. Hic enim inter duodecim Apostolos *Hewaldos* duos nu-
 „merat, sed ex Beda constat, hos duos esse ab illis 12 diversos:
 „nam narrantur illorum duodecim exempla secuti, ad *antiquos*
 „*Saxones*, non ad *Friesiam*, ad quam illi duodecim divertebant,
 „pervenisse. Inter hos etiam *Victbertum* ponit, jussuque *Rath-*
 „*bedi* occisum tradit: sed probabile est ex hoc Bedæ loco, illum
 „*Friesiam* nunquam repetiisse, sed ad *Hiberniam* in solito silen-
 „tuo vacasse Domino usque ad mortem, aliosque viros sanctos
 „duodecim ab *Egbertō* missos esse. „P. 410 in notis ad *marty-*
 „*rologium* ita Noster: Bartholomæum apud Indos fidem annun-
 „cialle constare videtur ex Eusebio V, 10, Rufino III, 1, sed non
 adeo

adeo certum est, quam regionem illi autores Indiæ nomine, designare voluerint, vid. Tillemont Tom. I. Ossa ejus Romam, allata ab Ottono III, atque in Insula Tiberina deposita etiam, num asservantur. De genere mortis diversæ sunt sententiæ. In, Commentariolo Hippolyti de duodecim Apostolis legitur, S., Bartholomæum capite deorsum pendente esse crucifixum. Te., statur etiam Josephus apud Metaphrasten, fuisse cruci affixum, & excoriatum. Noster denique decollatum scribit., Fabulæ cui placent, habet hic quoque, quibus sese oblectet. Principem fere locum inter illas meretur, quæ in Martyrol. not. p. 397 legitur: *Christina in Tuscia apud civitatem Tyrum, quæ est juxta lacum Vulturnum, passa est. Quæ in tenera ætate Christi fide confirmata Deos aureos Urbani patris sui Præfecti contrivit & pauperibus distribuit. Ob hoc jubente patre alapis afflicta, verberibus dilaniata, ferro onerata, in carcerem conjecta est. Post hæc cum diutissime & crudelissime dilaniaretur, de carne sua patri in faciem projecit. Cumque alligata rotæ igni supposito & fuso desuper oleo teneretur, erumpens flamma mille gentiliū interfecit. &c. P. 387 Petrum & Paulum observat Editor anno Christi 65 Nerva, & Vestino consulibus passos esse, non vero anno 67, vel quod, idem est juxta Baronium, anno 69, cum, ut communis traditio, fert, Nerone præsentē passi fuerint & quidem die 29 Junii, quo, tamen die anno 67 Neronem Roma abfuisse plane certum. Secundo non post reditum Neronis ex Oriente, sed antequam in, Orientem Nero proficisceretur, eosdem occisos &c., *Mabillo-nius* in adjecta *Beda* vita præter alia curiosa bene multa & hoc affert, *Beda* eam ob causam venerabilem nuncupatum esse, quod cum ipsius homiliæ eo vivente in ecclesiasticis officiis lectitarentur, venerabilem appellaverint, quem adhuc in carne degentem non poterant sanctum appellare, in eamque rem *Tribemii* testimonium adducit.*

RELIQUIÆ MANUSCRIPTORUM OMNIS
ævi Diplomatum ac Monumentorum ineditorum adhuc;
cum Præfatione & recensione monumentorum singulari
JO. PETRI DE LUDEWIG, JCr,
Fridericianæ Cancellarii.

- M**ultum utique debet Orbis literatus Illustri Editori, qui non modo proprios factus continuo largitur, verum & in erutendis scriptis & diplomatis veteris ævi, iisque notis suis illustrandis, operam utilissimam collocans, nunc eodem fere tempore Tomum V & VI Reliquiarum prodidit. Nos de illo nunc agemus paucis, hoc ad proxime sequentem Mensē reiecto. Quod primo exhibet Diplomatarium *Novi Operis*, a B. Gæzio nostro pridem communicatum, Cœnobii Augustinianorum, a nova ejus institutione *novum Opus*, Germanice *das Closter zum neuen Werck* dicti, & extra muros urbis Halæ versus Castrum & palatium Archiepiscopale, *Gibichenstein*, siti, diplomata inde ab A. 1182 exarata, quæ privilegia, contractus, bona, redditus, jura spectant, complectitur. Quantas vero divitias possederit hoc cœnobium, nemini latet, qui cimelia illius & sacras reliquias, quas Albertus Archi-Episcopus Moguntinus, metu Evangelicorum Halæ ingruentium inde amotas, Moguntiam transtulit, ibi lustraverit, aliquot auri tonnis æstimatas. Atque is idem Albertus, dubium an filci augendi (magnam enim æris alieni vim contraxerat) an alia de causa, A. 1530 non solum redditus ejus sibi asseruit, sed etiam A. 1533 ipsum cœnobium funditus delevit, spem quidem ejus de integro restaurandi faciens, quam minime implevit. Neque nobis verisimile videtur, quod Noster putat, consilium nempe Alberto fuisse erigendæ Halæ Academiæ adversus Vitebergam hæreticam, eo que vertendi *Novi Operis* exuvias. Huic mox 2 subjungitur Diplomatarium Commendæ Teutonicorum Sacræ Militiæ S. Cunegundis juxta Halam, vulgo *domus Teutonica*, quæ cum A. 1511 cesserit cœnobio *Novi Operis* cum omnibus privilegiis, hinc facile factum, ut in eodem codice legerentur diplomata huc spectantia. Succedit 3 Chartularium Miscellum, e variis codicibus descriptum, Gallico imprimis, olim ab Ursino Tuboldo, Professore ac Canonico, Academiæ Cadomeni legato, e quo, singulari fato ad Nostrum delato, hic quidem Elogium
- Fraf. p. II.
- VII.
- IX.
- XI.
- XV.

gium tantum Hugolino Parmensi, principi sui XVI Jcto, scriptum a Doctore Italo A. 1437, communicat, ceteris, quæ conciliorum, præsertim Constantiensis & Basileensis, res spectant, vel sequenti cuidam harum Reliquiarum Volumini servandis, vel liberaliter communicandis cum ultimi Concilii Collectore. Cetera in eadem sectione varias Epistolas, ut Rhodensium ad Papam Sixtum de expugnatione Insulæ A. 1480 datam, Martini V Pontificis quasdam notatu digniores, Danicæ item, Suevicæ & Hispanicæ Regum, ut & Jo. Sturmii, Melanchthonis, Bugenhagii, Georgii Majoris, Ambr. Magiri, ad Christianum III R. Dan. aliorumque nonnullas, quas omnes autographas possidet Noster, tum & quas Dux Holstatiæ Fridericus cum Athanasio Kirchero commutavit, complectuntur. Denique 4 maxima pars Diplomatarii Bohemici & Silesiaci hoc tomo exhibetur, reliqua in proximum Volumen rejecta. Sed non satis habuit Ill. Editor hæc cimelia ex instructissima penu protulisse, nisi ad usum Lectorum promptissimum accommodasset; eoque non modo singula summaris utilissimis in margine intruxit, verum & tum in Præfatione, tum subinde in notulis, quæ potissimum ad Historiæ & Juris Publici incrementum annotari mereantur, studiose indicavit. Nos pro more nostro pauca enotabimus. Burggravium Magdeburgicum urbis præfectum, non principem, p. 2, & Burggravium castri Gibichensteinensis eidem parem, p. 21, 25, 270, utrumque vero inferiorem Comite Mansfeldensi & *Querfordensi*, p. 26, 31, atque hunc quidem vasallum Archiepiscopi Magdeb. A. 1161 fuisse, p. 13 evincit. Non modo Comites, verum & Nobiles, ut de Hackeborn, titulo *Dei gratia* usi sunt, p. 264, vasalli vero nobiles se ipsos scribunt *Herrn*, p. 272. Martinus V Papa, e Columnensium familia, de consanguinitate cum domo Brandenburgica sibi gratulatur, quam & ipsam putat a Columna Romana ortam, p. 409. Idem queritur p. 413, Legatos Angliæ & Hispaniæ Regum, Episcopum nempe Cicestriensem & Conchensem, in iplo templo Petrino Romæ, se præsentem & missam celebrantem, *de loco in rixam inhonestam devenisse, cum tumultu suscitatum, imo Dei & Papæ reverentia postposita, in se ipsos manus violentas turpiter injecisse.* Quanta quoque rerum nota-

P. 445.

biliorum seges in diplomatario Bohemico, quod Carlsteinensis pars existimatur, occurrat, vel ex Alberti Austriae Ducis A. 1298 ad Wenceslaum Regem datis literis, quibus suffragium ejus in futura Regis Romanorum electione, proposito 50 marcarum argenti praemio & oppignorata ideo Egrensi & Plisnensi terra cum oppidis aliis, procat, luculenter apparet: quibus hanc notulam Noster subjecit: „Obstupesco ad haec pacta, sed tamen exinde plura intelliguntur, igitur adhuc: 1 potuisse suffragium in Caesarea electione redimi, aliquo proposito lucro, 2 *Electores* appellari verbo curiali, 3 licet illo usi non sint in titulis curialibus Archiepiscopi, qui solo *Archiepiscopi* nomine acquirunt, 4 Egrensem & Plisnensem terram fuisse *Imperii*, non Principis alius, 5 illud esse ordinibus Imperii oppignorando, alias terras ad alias reluendas, 6 consensu opus esse, in hoc negotio, Electorum, 7 ad *usurarum* pravitatem devitandam, *donari* a debitore, quod usuras ordinarias excedit, 8 renunciari beneficiis jurium *canonici* & civilis, igitur aliquam vtriusque fuisse tum auctoritatem, 9 canonicum tamen civili praeferrere, 10 novas exceptiones non *ponderari* argenti, 11 versione hic opus fuisse in rem, 12 in *donatione* nihil de *acceptationis* incantamento & quae alia. Tot passibus, subjecit Noster, praestant unius diplomatis lineae paucae historicorum ingenti mole. „ Quid praeterea Belgae, Galli, Angli, Itali, Hungari, Poloni ex his chartis discere possint, eleganter in Praefatione docuit Ill. Editor. Memorabile quoque est diploma LXV, quo Patriarcha Aquilegensis, se Carolo IV Imp. ex Evangelio, *scripto*, ut ait, *manu Beati Marci Evangelistae*, duos quaternos ultimos, qui incipiunt in verbis: ET SICUTUS INCEPIT EAM ET MORTUUS EST, & finiunt in his: ILLI AUTEM PROfecti praedica-verunt ubique, cooperante et sermonem confir-mante, donasse, fatetur, quos *in tabulis certis, auro, gemmis & margaritis pretiosis mirabiliter & magnifice ornatis & sub magno celebratis honore intra officii solennia quotidiana devotionis solertia veneretur*. Et si vero hinc recte conficiat Noster, Codicem illum non Graecum, quod olim creditum, sed Latinum esse,

574.

esse, fallitur tamen in eo, quod laciniam hanc inter furores Hus-
sitarum cum aliis reliquiis Sanctorum perditam & combustam
esse argutatur. Certa enim scientia affirmare possumus, eam ad-
huc in templo cathedrali, quod Pragæ est, cum aliis reliquiis cer-
tis diebus festis, imprimis S. Marci, publice populo monstrari,
nec Præpositum templi, in cujus est custodia, conspectum &
cultum ejus privatum, Catholicam quidem fidem aperte profes-
sis, negare.

*FRIDERICI WILHELMI SOMMERI,
Vratislaviensis, Serenissimi Ducis Wurtembergici-Ol-
suenfis Consilarii, & Reipublicæ patriæ Senatoris, Tabu-
læ Genealogicæ Ducum Superioris & Inferioris Silesiæ ab
initio Seculi XII ad præsens usque XVIII, fide Diplo-
matum, Mstorum, Lapidum, & Numorum confectæ; ac-
cedunt diplomata ad Silesiam pertinentia
adbuc inedita.*

Vratislaviæ, apud Mich. Hubertum, 1724, 4.
Alph. I plag. 7.

ANno superiore fere exeunte, cum Invictissimus Imperator
Carolus VI, Bohemiæ Rex, idemque Magnus Silesiarum Dux,
augustum hujus regni diadema solemniter sibi imponi patieba-
tur, commodum tempus sibi dari ratus est Illustris Autor, suam
in Principem Maximum, optimamque patriam pietatem novo
monumento commonstrandi, restitutis nempe vetustis Princi-
pum Silesiacorum Imaginibus. Non potest quempiam veteris
memoriæ studiosum latere, quam e re sit universæ scientiæ Hi-
storiæ, Genealogiæ Procerum extare quam emendatissimas; ad
quod si addas, Silesiacas imprimis erroribus laborasse, non erit
facile vel Silesius, vel alius quivis harum literarum cupidus, cui
insigne Amplissimi Senatoris circa hanc haud ignobilem rerum
Germanicarum partem studium non sit futurum longe acceptis-
simum. Tabulæ sunt in univ. XVII, magna cura elabora-
tæ, quarum I Duces Vratislavienses Piasii sanguine ortos, II Du-

ces Glogovienses, Saganenses & Crosnenses, pariter Piasteos, III Duces Olsnenses, eodem sanguine cretos; IV Duces Suidnicenses, Javorienses & Münsterbergenses, eadem linea ortos, V Duces Lygio-Bregenses, similiter Piasteos, VI Duces Teflinenses, Opolienses & Ratiborienses, ejusdem originis, VII Duces Oppavienses, Ratiborienses & Münsterbergenses, Regum Bohemiarum sanguine ortos, VIII Duces Münsterbergenses, Georgii Podiebradii Regis Bohemiarum posteros, IX Duces Teflinenses ex Serenissima gente Lotharingica, X Duces Olsnenses ex gente Würtembergica, XI Duces Oppavienses ex gente Lichtensteinia, XII Duces Saganenses ex gente Lobkowiziana, XIII Duces Münsterbergenses ex gente Auersbergica sistit. Tabula XIV demonstratur, Duces Silesiarum omnes hodie superstites, puta: Franciscum Ludovicum, Trevirensis Archiepiscopum & S. R. I. Electorem, Vratislaviensem Episcopum, eoque nomine Nissenium in Silesia Ducem, Lotharingico-Teflinensem, Würtembergico Olsnensem & Berolstadiensem, Lichtensteinio-Oppaviensem, Lobkowizio Saganensem & Auersbergico-Münsterbergensem, cognationis jure a Piasto descendere. Tabula XV ostenditur, Serenissimam gentem Austriacam, sub cuius supremo dominio est Silesia, & ipsam, alia computandi ratione, esse Piastam. Tabula XVI Ducum Silesiarum omnium origo ad Basilium Macedonem Orientis Imperatorem laudatissimum refertur. Tabula denique ultima Reges & Duces Poloniarum, Piasti posterii, exhibentur. Contulimus has Tabulas sæpius cum aliis in Operibus Genealogicis passim extantibus, & eas uberiore longe & emendatioribus nunquam non deprehendimus. De sinceritate operis nemo dubitabit, qui intelliget, præter lapides, numos & literas veteres, quarum plurimæ integræ hic leguntur, sæpius consultas, illud optimorum Autorum & librorum maxime manuscriptorum fide esse confectum. In posteriorum censum veniunt: Chronicon Silesiarum Anonymo autore, Eschenloëri Chronicon Vratislaviense, Fabri origines Vratislavienses, Fischeri Tabularum Genealogicarum Ducum Silesiarum, Groeri Breviarium Ducatus Olsnensis, Henelii Breslographia Renovata, Silesia Togata, Chronicon Münsterbergense, & Adversaria Historiarum Silesiacarum, Hessi Silesia

Magna,

Magna, Hubrigii Tabulæ Genealogicæ Ducum Monſterbergenſium, Index Privilegiorum Sileſiæ, quæ in Arce Bohemiæ Car-
loſteiuenſi aſſervantur, Pohlii Annales Vratiſlavienſes, M. Petri
Rationarium Vetus ſæculi XIV ſeu Henricus Pauper, Rapoldi
Historia de Illuſtriſſ. Sileſiæ Ducatu, Rolizii Chronicon & Nu-
merus Episcoporum Vratiſlavienſium, Schönborneri Libera
Viadri in Oceanum navigatio, & Thebeſii geſta Ducum Lygio-
Bregenſium, inſignis ſane ineditorum ſcriptorum apparatus, quo
uno negligentia in deſcribendis patriæ rebus nota, quam non-
nulli Sileſiis inurere volunt, facile eluitur. Quam ſcite hac co-
pia uſus ſit Illuſtris Autor, quot nodos ſolverit, quas tenebras ex-
pulerit, in uberiore ſingularum fere Tabularum explicacione
videre eſt, unde pro inſtituti ratione, & ut dictorum lectori fa-
ciamus fidem, præca decerpimus.

Tabula I. Vladislai II Ducis Vratiſlavienſis Conjugem
Chriſtinam fuiſſe Henrici V Imperatoris filiam, communiter
traditur; ſed filiam fuiſſe Henrici IV Imperatoris, cui Adelhei-
di nomen, ex Diplomatiſus Monafterio Leubufino a Vladislai fi-
lio Boleslao Alto conceſſis evincitur. Tab. II. Henrico III Glogo-
vienſi Duci, anno potius 1309, quam, quod Dlugoffus vult,
1310 mortuo, quinque fuiſſe filios, ex chartis Olſneſibus & M.
Petri Rationario docetur, hoc ordine collocandos: Henricus IV
Joannes, Przemislaus, Conradus, Bolco natu minimus, hic ab
oblivione vindicatus. Tab. IV. Boleslai III Suidnicenſis Conju-
gem fuiſſe Beatricem, ex diplomate foundationis Cœnobii Griſſo-
vienſis anno 1292 edito ſatis conſtat, ſed gens latet, & errant,
qui Ottonis Longi Marchionis Brandenburgienſis filiam Caſimi-
ri II Teſſinenſis viduam faciunt, cum Dlugoffus hunc Caſimi-
rum anno 1295 ſuperſtitem dicat. Bernardus Suidnicenſis, Bo-
leslai III filius, non anno 1341, ſed 1326, ex Dlugoffi & Lapi-
dis Griſſovienſis fide extinctus eſt. Non ſpernendus eſt ritus ſeu-
di oblati, quo Carolus IV & Bolco Monſterbergenſium Dux uſi
ſunt. *Ab eo Domino Rege, ait vetus charta anni 1336, per oſcu-
lum inter nos hinc inde prælibatum & reſuſceptione Birezi ipſum
Ducatum noſtrum cum terris & pertinentiis ipſus in feudum ho-
norabile recipimus pariter & tenemus.* Idem Bolco an. 1341,
Uxor

p. 2.

13.

31.

32.

33.

34.

- p. 35. Uxor ejus Jutha anno sequente, teste tumulo Henrichovienfi, decessit. De Bolcone III maxime dignum est memoratu, quod Sigillo Majestatis usus sit, uti ex literis anno 1406 die S. Gertrudis Monſterbergæ editis cognoscere est. *Mibi, confiteor, sunt verba Illustris Autoris, Sigillum majus denotat, tum quod in inscriptione Sigilli de Majestate nulla mentio, tum quod triginta & plura alia Ducis Bolkonis Sigilla ejusdem formæ & magnitudinis viderim literis appensa, in quibus tamen ipsis illa Majestatis vox exulat. Illustrat sententiam meam aliud quoque Henrici I Senioris, Georgii Regis Bobemiæ Filii, Ducis Monſterbergenſis, Sigillum literis additum, quibus an. 1478 die Solis, quem Viti excipit, in urbe Glocenſi Georgio de Monſterberg Tſchanſwitz dicto Vicum Virhofen in feudum conceſſit: his enim eadem formula finem imponit: Mit Urkund dieſes Briefes verſiegelt mit unſerm Fürſtlichen angehangendem Majestæts Inſiegel. En! majus Principum Sigillum, majestatis in lingua vernacula voce Seculi XV genio inſigne. Seculo enim XVI Carolus I Dux Monſterbergenſis Henrici F. his literas & diplomata verbis claudit: Zu Urkund haben wir dieſen brief mit unſrer Fürſtlichen Würd angehangendem größſſern Inſiegel und dem kleinern zu Rücken darein gedruckt verſchaft beſiegelt zu werden. Eundem Bolconem an. 1377, obiſſe, Annales uno fere ore tradunt, ſed fuiſſe ad Annum uſque 1409 ſuperſtitem, diplomatibus luculentiffime demonſtratur.*
36. Fuit Bolconi Frater Henricus, Ordinis Teutonici Commendator, quem fere confundunt Genealogi cum Henrico, Bolconis Filio, quem cum Fratre Joanne Ducem Sileſiæ & Dominum in Munſterberg ad annum uſque 1420 fuiſſe, ex literis vetuſtis conſtat.
37. Tab. VII contra Fiſcherum & alios omnes Genealogos demonſtratur, inter Duces ex Bohemico ſanguine ortos Nicolaum & Joannem II penitus eſſe expungendos, tribuendosque Joanni Ratiborienſi liberos, Nicolaum, Wenceslaum, & Margaretham.
76. Hujus Joannis Fratri Przemislao Oppavienſi cum alii, tum Henricus in Sileſia Togata Mſta Conjugem Annam aſſignat, Bernardi Ducis Opolienſis filiam, ſed ex egregiis literis, quibus an. 1442 Ducatus Monſterbergenſis ſe Filio Wilhelmo ſubmittit, ei Catharinæ nomen fuiſſe apparet. Hujus denique Przemislai filii
78. recensent.

recensentur IV: Wenceslaus, Ernestus Premlaus, Wilhelmus, Nicolaus, quod & Balbinus facit, sed perperam; fuerunt enim eorum quinque, ita collocandi: Wenceslaus, Nicolaus, Wilhelmus, Ernestus, & Przemislaus, qui in Academia Vindobonensi studiis operam dedit, inde Ecclesie Cathedralis Vratislaviae Canonicus & ad S. Crucis Aedem Cantor, an. 1478 decessit. Sed sufficient hae intelligentibus, qui eo majori in pretio habebunt has explicationes, quod diplomatibus ineditis, suis quasi luminibus distinctae atque illustratae sunt. Sunt illa 1 Literae Joannis, Bohemiae Regis, quibus in clientelam & fidem Henricum V Ducem Silesiae, Dominum Glogaviae, recipit anno 1344. 2 Literae Catharinae, Conjugis Joannis II, Ducis Saganensis, ad Regem Vladislaum 1494. 3 Literae Civitatis Stynaviensis, quibus, quod se clientelae Ducis, Joannis Saganensis, submiserit, testatur 1494. 4 Diploma Caroli, primogeniti Regis Bohemiae, in gratiam Nicolai, Ducis Monsterbergensis, editum 1343. 5 Literae Ducis Friderici I Lignicenis, quibus se dotem Ludomillae Conjugi promissam ab ejus Fratribus, Ducibus Monsterbergensibus, accepisse confitetur 1480. 6 Literae Ducis Joannis Christiani Lignicenis, quibus major factus Carolo Duci Monsterbergensi, in cujus tutela fuerat, gratias agit, 1614, ubi observamus, Ducem Joannem Christianum cum fratre Georgio Rudolpho Sororum tutelam legitimam expressis verbis in se recipere, quamvis natu major earum Barbara Agnes, cum istae literae scriberentur, XXI annis major fuerit. 7 Literae Joannis Regis Bohemiae, quibus Vico Tschastalovitz oppidi jura concedit, 1342. 8 Wenceslai Imperatoris & Bohemiae Regis diploma in favorem Ducum Oppaviensium editum 1404. 9 Literae Ducatus Monsterbergensis, quibus se anno 1443 Duci Oppaviensi Wilhelmo tradit. 10 Literae Regis Ladislai, quibus anno 1453 Georgium Podiebradium Regni Gubernatorem constituit. 11 Literae ejusdem Regis, quibus anno 1456 Georgio Podiebradio bona, quae in Ducatu Monsterbergensi coemerat, addixit. 12 Literae Friderici Imperatoris, quibus Georgium Bohemiae Regem Filio suo Maximiliano in casum, si ipse hoc adhuc minore decederet, Tutorem constituit 1462, documentum insigne & multae frugis. 13 Pacis Tabulae

p. 79.

19.

21.

23.

39.

58.

59.

79.

80.

81.

102.

103.

104.

107.

- p. 109. Tabulæ inter Matthiam Corvinum & Georgium Podiebradium Ungariæ & Bohemiæ Reges anno 1464 contractæ. 14 Excerpta ex conventionione Fratrum Ducum Monſterbergenſium, Filiorum Regis Georgii, qua an. 1472 die Lunæ ante feſtum S. Georgii in Arce Podiebradenſi terras paternas diviſerunt. 15 Literæ Henrici Senioris Ducis Monſterbergenſis, quibus Margarethæ filiz Principi Aſcanio Erneſto nubenti dotem conſtituit, 1494. 16 Literæ Joachimi Electoris Brandenburgici in favorem Joachimi Ducis Monſterbergenſis an. 1537 editæ. 17 Literæ Ferdinandi I ad Margaretham Duceſſam Monſterbergenſem Viduam, quibus ejus liberis anno 1548 Tutores conſtituit. 18 Literæ Friderici Imperatoris, quibus pactum mutuz defenſionis cum Rege Georgio Podiebradio init, 1462. 19 Literæ Jacobi Epifcopi Vratiſlavienſis de Decanatu Vratiſlavienſi in Joachimum Duceſſam Monſterbergenſem & Ollnenſem collato, 1531. 20 Literæ Joachimi Electoris Brandenburgici, quibus Joachimum Duceſſam Sileſiæ Monſterbergenſem Epifcopum Brandenburgicæ electum confirmat, 1546. Hæc meræ cupiditatis ſunt iis, quibus Hiſtoriæ ſunt ad palatum; qui adeo nobiſcum optabunt, ut Ampliſſimo Viro inter curas pro republica ſuſceptas, nunquam non aliquid otii ad patriam & hiſtoricam rem exornandam ſuperſit.

Verſuch einer umſtändlichen Hiſtorie von Land- & Carten, nebst einer Hiſtorischen Nachricht von den Land- & Carten des Schwäbiſchen Creyſes, 2c.
id eſt.

SCIAGRAPHIA HISTORIÆ MAPPARUM
Geographicarum accuratæ: cum relatione de mappa circuli Suevici nuper delineari cœpta; Autore M. EBERHARDO DAVIDE HAUBER, Reperente Tubingeniſi.

Ulmæ, impenſis Dan. Bartholomæi, 1724, 8.

Alph. I pl. 7.

Cum Cl. Autor pro poſitum ceperit completum aliquod opus de mappis Geographicis edendi Latino ſermone, viſum nunc

nunc est eidem præmittere ejus prodromum aliquem, eo præcipue scopo, uti sub finem præfationis memorat, sæpiusque in ipso opusculo reperit, ut eruditos & Geographici studii amantes, precibus etiam humanissimis adjectis, permoveret, quo ad perfectionem operi, quod meditatur, majorem conciliandam socias operas conferant, & notitias antiquarum aut vetustissimarum, ut & recentiorum sed rariorum mapparum, sibi suppeditent, nec testimonia Scriptorum de mappis earumque antiquitate invideant. Institutum istud, cum per se sit laudabile, eo magis commendari meretur, quod ex edito isthoc specimine apparet, spem esse, ut Cl. Autor his subsidiis instructus opus publico apprime utile & curiosum sit exhibiturus. Nam præter diligentiam atque industriam maximam in conquirendo omnis generis apparatu, judicium quoque ejus de mappis autoribusque earum deprehenditur probum atque accuratum. Quo vero rectius intelligatur, quid propositum sit Autori, quibusque in rebus subsidia expectet, dispositionem totius tractatus majoris in hoc prodromo expressam exponere æquum erit.

Memorat adeo, tractationem fore distinguendam in partes V, quarum prima continebit historiam mapparum Geographicarum in genere. Prima ejus sectione non solum scriptores, qui de eadem materia tractarunt, sed & testimonia veterum, catalogi mapparum jam passim extantium, scriptoresque, qui de constructione aut emendatione mapparum egerunt, recensentur; ipsa vero constructio mapparum, quippe ab hoc proposito aliena, non docebitur. Secunda sectio originem mapparum & vetustissimas earum nunc extantes, v. g. Peutingerianam tabulam & rudera Augustodunensis porticus contemplabitur. Tertia vero sectio exponet, quantum quælibet natio ad mapparum perfectionem contulerit. Pars altera aget partim de globis, tribus capitibus, partim fusius de mappis cujuslibet regionis, capitibus 105. Tertia de Hydrographicis mappis inscribetur, ubi simul Potamographicæ mappæ recensentur. Quarta agetur de mappis ad Geographiam veterem & mediæ ætatis, itemque sacram & Ecclesiasticam spectantibus; & in his ratio etiam habebitur templi Salomonis ob affinitatem & curiositatem. Atque hic

inter templi hujus delineationes in notis adjectis laudat quandam ab *Hafenreffero* conceptam, simulque notat, eundem ex proportionibus in templo Ezechielis adhibitis rationem quadrati ad circulum deduxisse. Quinta pars miscellanea erit, in qua describentur mappæ, vices cursorum publicorum vel postarum, itinera, theatra bellica, Geographiamque naturalem illustrantes. Ad quas sine dubio referentur Orographiæ, montium situs exhibentes, de quibus nullius quidem tractatus titulus inscribitur, etsi usus earum non minor ac Potamographiarum, quemadmodum & nomina regionum vaga vel indeterminata (cum dicimus *der Hundsrück*, *der Flemming*, *le Caux*, *Houlme* &c.) peculiaribus mappis exprimi, usu non caret. Aget porro Autor de mappis, quæ vocari possunt *equivocæ* vel etiam abusive sic dictæ, veluti Hieroglyphicis & moralem doctrinam symbolice tradentibus aliisque. Ultimaque de mappis Astronomicis propter affinitatem tractabit.

Ceterum in hac delineatione non nudos solum titulos, sed in notis specimina ampla exhibet observationum in libro ipso latius forte diducendarum. In quibus etiam de variis aliis laboribus & conatibus suis Geographicis memorat, qui occupantur potissimum in representationibus terrarum & distinctionibus mapparum mire variis, secundum varietatem linguarum, religionum, diocesium episcopaliæ &c. immo secundum potuorum genera, quæ obtinent diversis partibus; imprimis vero ad rite distinguendos limites regionum politicos curam se intendisse memorat.

Ut vero etiam elaborationis ipsius specimen daret lectoribus, integrum non solum caput de Moraviæ mappis in appendice prioris tractatus exhibet, sed & altero, quem adiecit, tractatu ipsam historiam mapparum circuli Suevici fuisse exponit, & præcipue mapparum Ducatus Würtembergici descriptionem accuratam promittit. Refert vero inter alia, se, dum ipse de nova mappa circuli Suevici sollicitus esset, opportune rescivisse, Architectum quandam militarem *Michal*, natione Gallum, sed Germanis militantein, similem mappam delineasse, sed oblatam Statibus circuli minime probasse, mandatum tamen ab iis accepisse,

accepisse, emendandi ea, quæ minus recte designata fuerant, eoque itineribus per totum circulum susceptis, quotquot nancisci poterat, præsidia collegisse, atque ita tandem inappam majorem, aliquot foliis dispertitam, annuentibus Statibus, æri incidisse. Verum cum ne tum quidem omnibus satisfaceret, adhuc dilatam esse ejus publicationem, donec rerum periti errores omnes diligenter emendaverint. Qui labor ut brevi finiatur, avidè sane omnes, quibus scientiarum augmenta cordi sunt, optant atque expetunt. Quantum ad inappas Ducatum Württembergicum in specie illustrantes, Cl. Autor pronuntiat, optimam quidem esse non ita pridem a *Mejero* quodam *Abbate Murbacensi* editam, quæ cum tamen æque ac major illa universi circuli nævis non careat, se potissimum nunc occupatum refert Cl. Autor, ut utramque, documentis imprimis ex archivis Ser. Ducis Würtemb. adjutus, studiose emendet.

JOANNIS ZACHARIÆ HARTMANNI DE
Vicariatu Saxonico per Frisiam Orientalem Com-
mentatio succincta.

Lij. sex, literis Immanuelis Titii, 1724, 4.

Plag. 8.

UT ordine ostenderet Cl. Autor, quid Vicario Saxoni per Frisiam Orientalem juris sit, e re visum ei fuit, commentationem hanc in quatuor membra secare. Primum sistit regulas generales seu notas cognoscendi Saxonici Vicariatus provincias. Secundum quæstionem, an per Circuli Westphalici terras Vicariatus Electoris Saxonix sit porrectus? definit. Tertium Frisiam Orientalem Westphalico Circulo contineri, nulloque juris fundamento Burgundico asseri, ostendit. Quartum denique specialio rem Vicariatus Saxonici in Frisia Orientali demonstrationem exhibet, cujus potiora momenta hæc sunt. Saxones & Frisios, a prima memoria origine, nomine & sedibus diversos, decursu temporum in eadem abuisse studia & mores, atque adeo utrumque populum unam gentem recte censeri. Huic rei vel inde fidem fieri, quod Saxones in Chætorum Minorum ad fluvium Amasum, qui Frisiam Orientalem fere

dividit, habitantium loca commigraverint, a quo tempore pars illa Frisiæ titulo Saxoniz fuerit comprehensa. Hinc porro evincit, mores priscos Frisiorum cum antiquorum Saxonum institutis maximam in universum habuisse similitudinem, quam rem Autor variis exemplis roborat, atque ex hac ratione, quam Aurea Bulla imprimis laudat, Vicariatus Saxonici in Frisia Orientali jus quoque deducit. Præter hæc vero & alia suggerit non minoris ponderis argumenta. Etsi enim, inquit, generatim a Circulis Imperii ad intelligendos Vicariatuum fines tuto non inferatur, hoc tamen non impedit, quo minus speciatim sit affirmandum, Circulum Westphalicum, vel ipso arguente nomine, Saxonicum indicare Vicariatuum, quumque Frisia Orientalis Circulo isto Claudatur, Saxonico Vicariatui illam esse permissam. Quid? quod Serenissima Domus Saxonica possessione sua dimoveri non debeat, quam notissimam jureque indubitato sussultam esse, Autor adversus Curiz Electoris Palatini ad Rhenum molimina, quæ sub annum 1711 Vicariam Imperii Jurisdictionem per Frisiam Orientalem, quanquam frustra, usurpare tentavit, clare evicit, istiusque rei documenta commentationi suæ curavit apponi. Ceterum vero etiam multa singularia, quæ alibi frustra quis quærat, hic illic, ut propositum tulit, explanata offendas; exempli causa: Jura Lubecensia legum Saxonicarum stamina, non Jus Slavicum esse; Vicariatus Saxonici natales non quæri debere in Aurea Bulla; in regendis Vicariatuum finibus Circulorum Imperii rationem non ubique habendam esse; falso accusatam a Coccejo & aliis Frisiam Orientalem, quod exceperit se anno 1658 a Vicariatu Electoris Saxoniz, membrumque Circuli Burgundici dixerit; nec minus fidei historicæ adversari, quod Edzardus I Comes Frisiam Orientalem ad Ducem Burgundiz feudi nomine detulerit, ut plura alia notata digniora brevitatis causa nunc omittamus.

ספר מרחות הצובאות.

id est.

*SPECULA MILITANTIUM, SIVE R. MO-
SIS ALSCHECH Commentarius in Prophe-
tas posteriores.*

Jesuitii

Primus hic liber est, quem in typographia sua recens Jesnitii erecta typographus modo dictus edidit. Alium quendam hoc ipso recentiore jam recensuimus in Actis nostris MDCC XXI mens. Dec. p. 532 seqn. hunc paullo serius ad nos allatum jam demum sistimus. Notissimum est inter Philologiæ sacræ Cultores nomen Mosis Alshech, & commentarii ejus tum Judæis tum Christianis sunt in pretio. Hunc in Prophetas posteriores una tantum vice Venetiis a. 363 C. 1603 editum, adeoque rarissimum fuisse, dicunt Editores tum in ipso titulo, tum in præfatione. Quæ editio cum a Cel. Wolfio in Bibl. Hebr. memorata non sit, aliæ contra ab ipso proferantur, is optime dijudicabit, quid de hoc Judæorum asserto statuendum sit. Hanc vero editionem una cum typographo procuravit R. Jizchak fil. Calonymi ex בילגורייא prope שעבֶרשׂין in Polonia minore, qui & partem sumtum suppeditavit. Laudantur tamen etiam Judæi Halberstadienses, Halenses, Viennenses & Dresdenses, qui aliquam exemplarium copiam redimendo editionem faciliorem reddiderint. Qua re excitati promittunt, se reliquos etiam Alshechi commentarios, quos in Hagiographos edidit, quique pretio comparari vix poterunt, edituros. Initium quoque a commentario in Psalmos factum est, de quo, quam primum exemplar ejus nacti erimus, quædam nunciare non omitteremus.

Editionem ipsam si spectes, illa satis est nitida, tum ratione typorum, tum chartæ habita. In medio paginæ sacer textus legitur, punctis & accentibus instructus, quem commentarius duabus columnis constans includit. De quo, quia liber satis antiquus, & ab eruditis diu lectus est, in præsentem prolixiores esse nolumus. Unicum hoc addimus, quod in hac editione singulare est, non solum sub initium singularum plagularum in fine paginæ apparere literas Latinas, quæ numeros plagularum denotant, sed in gratiam lectorum Christianorum, & ad evolutionem ipsis faciliorem reddendam, literis Latinis additum esse nomen Prophetæ & numerum capituli. Imo in ipso quoque textu initium Prophetæ literis Latinis exprimitur: *Liber ISAIÆ*, & initium cujuscun-
que

que capituli hac nota *Cap. 1* & sic de reliquis. Quod ideo notandum duximus, quia hucusque magis Judæis religioni fuit, aliarum linguarum characteres suis immiscere. Sub finem, ubi more apud ipsos recepto, nomina operarum apponuntur, inter Judæos, qui literas congesserunt, apparet etiam Christianus quidam, qui sui mentionem sic fieri voluit: *הדruker* (*der Drucker*) *Georgius Klefferii, Lipsiensis.*

CORNELII DIETERICI KOCHII, D. S.
Theol. & Philolog. Prof. Ord. Fructus Theologici e Julio, Augusto & Septembri anni
MDCCXXIII.

Helmsladii, typis Joannis Stephani Hessii, 1723, 4.

Plag. 1.

Auctus nuper Professione Theologica Celeb. Autor hos fructus trimestres in lucem protulit. Sunt autem partes octo: 1 oratio de variis modis docendæ Theologiæ, qua Scriptores antiqui ac recentes quamplurimi, duodecim quasi classibus dispositi, censentur; 2 Dissertatio, quantum conducatur Reip. Theologia recte culta, exponens, ac *Petrum Besium* refellens, existimantem, vere Christianorum Remp. consistere non posse; 3 allocutio vernacula studiosorum Theologiæ, de collegio *ascetico*; 4 & 5 sunt præfationes duæ, quibus *matutina industria* commendatur studiosis Theologis; 6 est allocutio quædam disputantium Theolog. 7 defensio Scripturæ S. ab injuriis Scriptoris nuperi *de Deo, mundo & homine*; 8 denique assertio Theologiæ Germanorum veterum purioris, H. A. Kochii, filii. Ad-ditus est *index* nominum & rerum potiorum. Perscripsimus argumentum fructuum, qui suo sese gustu facile probabunt legentibus.

ERRATA MENS. JAN. MDCCXXIV.

P. 29 l. 12 lege *simul percipere*, p. 30 l. 1 & 6 $\frac{f-t}{(e-1)(f-1)+e}$

l. 8 in quo si quid mutandum, hoc ita potius mutandum ut &c. p. 31 l. 11 incommodam, l. 16 candida, l. 26 possint, p. 33 l. 26 rubrarum, p. 34 l. 10 appulsi, p. 37 l. 10 supervacua, l. 27 dimidia, p. 38 l. 4 sit Li &c.

ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsia

Calendis Aprilis Anno MDCCXXIV.

C. PLINII SECUNDI HISTORIÆ NATURALIS Libri XXXVII quos interpretatione & notis illustravit JO. HARDUINUS e S. J. jussu Regis Christianissimi Ludovici M. in usum Serenissimi Delphini. Editio altera emendatior & auctior.

Tomii II.

Parisi typis Ant. Urb. Coustelier, Ser. Duc. Aurel. Typogr. 1723, f.

Alph. 24 plag. 16 Tabb. zn. 12.

Rem magnam ausus esse videbatur, cum Plinianam Historiam Naturalem notis perpetuis illustrandi provinciam adiret, Rev. Pater Jo. Harduinus. Eam tamen ita administravit, ut post distracta primæ editionis (de qua in his Actis dictum est A. 1685 Mense Octobri pag. 419) exempla, altera hæc curanda esset, ut votis atque desideriis doctorum satisficeret: sive quod illis opera Cl. Harduini satis placeret; sive quod meliora in hunc diem ad Plinii intellectum non haberent, & quæ liceret, expetenda essent; sive denique ab homine, qui Plinium, toties atque tam diu tractando, vere nosse & imbibisse credebatur, perfecta omnia & exarsciata expectaverint. Quos si forte spes fallit, excusabit Interpretem doctissimum instituti sui ratio, quam neque nunc migrare voluit. Scripsit notas suas in usum Sereniss. Galliarum Delphini: & quales illæ sint omnes, dudum inter eruditos constat. Verum tamen ut jam olim Rev. Harduinus illud genus interpretum, optimi cujusque sententia,

T

longe

longe superavit; ita & in hac iterata editione ita sese gessit, ut non semper humi reperet, aut sterili interpretatione, notisque vulgaribus lectorem defatigaret potius, quam adjuvaret, Pliniumque dehonestaret: sed habet quæ digna sunt autore, utilia lectoribus & grata. Horum ne multa exempla afferamus, otium nobis fecit ipse Interpres, qui, ut jam olim, indices eorum, quæ in contextu mutata sunt, & quæ nunc primum annotationibus accedunt, satis locupletes adjecit. Eminent Libro VII pag. 432 addita interpretatio duorum numerorum, qui sunt inscripti literis, ut vocant, Samariticis; magis vero Dilquisitio illa nova de Situ Paradisi Terrestris ex mente Mosis ac Plinii, subjuncta Libro VI pag. 359: utpote quæ sola novem integras paginas occupat. Excerpta est, uti ad finem testatur Rev. Pater, ex tractatu quodam integro, quo & expositiones de serpente, de homine facta ad imaginem Dei, de voce Dei deambulantis in Paradiso, de reditu primorum parentum cum Deo in gratiam, de loco sepulchræ Adam, aliæque contineantur; quem tamen alibi, quam inter Plinianas observationes, publicandum esse censet. Facile feret orbis eruditus desiderium illius Tractatus; si ex hoc Excerpto de Paradiso judicium ferendum est. Ita enim lepida multa, multa lubrica affert; ita in omnes sese partes vertit, ut modo Propria Nomina faciat, quæ voluerit, modo Appellativa, quæ ipsi videntur. Vulgato S. Scripturæ interpreti insisit, eum miris auget laudibus: quod in tali viro haud novum quidem. At quando eum ante Christi tempora ex Hebraicis integris cœdibus Latina sua confecisse scribit, ostendit, quam parum Latine sciat bonus Harduinus; cum eruditis constet, quid distent æra lupinis, h. e. Vulgati interpretis Latinitas ab ea, quæ fuit non modo ante Christi tempora, sed sub ipso Augusto, Tiberio, Nerone. Inde tamen jam patet, cur adeo æstuet in dictione, *dividitur in quatuor capita*, pag. 362; cur ibidem Provocabulum *qui* propiori Nomini, non remotiori applicet; cur denique Particulam *in* adeo trahat vexetque, ut omnes, qui modo non habeant aures Harduinianas, abhorreant, aut stupefiant. Ipsum positum Paradisi cognoscas ex S. 3 hujus disquisitionis, ubi ita pag. 361 Editor: *Jam ex his constare liquido arbitramur,*

tramus, Paradisum ibi situm fuisse, ubi nunc Tabula Geographica Annon exhibent ad Jordanem in Galilea, aut certe in vicinia. Sed ibi fuisse Paradisum ita dicimus, ut utramque tamen Jordanis ipsum permeantis ripam occuparet. Addit deinde auctoritatem Prophetæ Osæ cap. VI comm. 7, 8: *Ipsi autem SICUT ADAM transgressi sunt pactum; IBI* (ubi nimirum Adam peccavit) *prævaricati sunt in me.* Ita sane facile fuerit cuivis leviter litteris instructo quævis somnia ægrorum defendere: & quæ nusquam sunt, in terris ostendere. Placuit tamen Autori adeo commentum suum, ut pro singulari Dei beneficio reputaverit, quod ex omni antiquitate Plinius unicus eodem, quo Moyses, modo flumina Paradisi descripserit. Denique dissertationem suam ita concludit: *Faxis Deus Opt. Max. ut sicut adjuvante eo terrestrem Paradisum nos tandem invenisse credimus; sic eodem miserante ob Christi Dei & Servatoris nostri merita, ad caelestem nobis aditus aliquando ingressusque pateat.* Quæ verba nollemus bono Viro in omen vertere, aut veteris jurisjurandi vim habere: verendum enim esset, ne toto, quod ajunt, cœlo ab illo aditu aberraret. Sed hæc omittamus, & quæ alia, ab ipso doctissimo Interprete haud indicata, huic editioni addita sint, videamus. Levia illa sunt, quod pag. 19 *Atbeniensi* nunc scribit, pro eo, quod antea dederat, *Atbeniense*; item quod pag. 20 *jecinora* nunc exprimitur, loco pristini *jocinera*. Sed haud minimi pretii videbuntur addita illa pag. 69 de Calendario, ut vocant, Judaico, quod Mosén vel Adamum autorem, si credere fas est, habere dicitur, & aliquando per Virum doctum *Joannem Matthæum Maboudeau* lucem videbit: item quando pag. 72 *Homerum* contra Plinii judicium tuetur, & pag. 74 *Senecæ impietatem* redarguit, quod cum Plinio naturam & Deum imperite confuderit. Pag. 90 accessionem fecit observationem de recurso Cometarum certis annis per Astronomiæ peritos affixo: & pag. 91 de prima juvena Augusti, eamque numis illustrat. Qua de causa infra pag. 96. Tabulam ventorum adjecit, quæ dicta olim de situ & nominibus Ventorum etiam oculis subjiceret. Pag. 101 de Jove Statore & Elicio ita censet, ac si Plinius aliique veteres eo nomine semper *naturam* significaverint: nempe naturam ful-

men modo parturientem, modo emittentem, modo ut emitteret facris & precationibus elicita: Plinium autem eo ordine nomina Jovis posuisse affirmat, quo fulminis, aut naturæ effectus sentiantur. Pag. 103 noctu grandinem non cadere, nunc etiam autoritate Scriptoris cujusdam Anonymi libri Galliei *Melanges d'histoire & de littérature* refutat. Libri II cap. LXIII Plinium novum librum inchoasse, exordium illi argumento esset; nili obtaret locus ex Libr. XVIII Sect. LXXV. Pag. 115, quæ Plinius ex Platone memorat, non ex Timæo desumpta esse docet, sed ex opere Platonis, quod intercidit. *Silanorum* familiam in gente quidem *Iunia*, non autem *Licina* fuisse, olim docuerat: quod nunc retractat, Silanos etiam in Licinia gente agnoscens in Not. & Emend. ad Libr. II, Sect. XXVIII pag. 128. De *Tergeminis* probam addidit observationem ad Libr. VII cap. IV, pag. 374; nec improbanda expositio Libr. IX cap. VIII verborum Plinii: *Qua de causa nomen Simonis omnes miro modo agnoscunt, maluntque ita appellari*: Quam ob causam, inquit, datum Delphinis nomen Simonis est, quod mirum est ab omnibus illis agnosci: quoniam cum quodam cantu, quo mulcentur, vox illa profertur, elata posteriore syllaba vocis, *Simon, Simon*. Denique non male causam opinionis de cygni canora voce investigavit ad Libr. X Sect. XXXII; inde nempe eam ortam, quod Virgil. IX Eclog. v. 29 & 35, *cantantes cygnos, & argutos olores* dixerit, intelligens dubio procul *poetas*: quod rude vulgus postea proprie de cygnis intellexerit. Talia plura per totum opus addita inveniuntur. Sed maximum augmentum accepit per numos quosdam selectiores, eorumque novam Cl. Editoris expositionem aut illustrationem. In iis autem, eorumque titulis interpretandis, incredibile memoratu est, quam abutatur ingenio & otio suo Cl. Harduinus: parum reveritus, quæ docti viri contra libidinem illam admonuerunt. Pauca de multis afferemus. Pag. 71 Inscriptionem numi Fl. Claudii Juliani Aug. GENIO ANTIUCHENI APOLLONI SANCTO I. M. N. hoc modo exponit: GENIO A (hoc est, *prima*) *Narbonensis, Tutori Imperii Odio Christianorum Etiam Nobis Irato, Apollini Libamentum Obtulit, Numini Juliani SANCTO: Societas*

cictas Mercatorum Narbonensium. Eadem ratione alius numi Epigraphen: CLEMENTIÆ CÆSARIS vetat continenter legi, ut optima ratione legitur: sed ita discerpit CLEMENTIÆ Primus Ædem CÆSAR Imperator Sacrauit. Ita pag. 390 Probi Augusti numisma, in quo scriptum est: VICTORIOSO SEMPER, suo modo ita legit: *Virtuti Invisi Cæsaris, Tutori Orbis Romani, Imperatori Optimo, Statuam Obtulit Senatus Eduensis, Memoria PERpetua.* Parum habebat procaciter genio suo indulgere; mendacii etiam arguere debebat A. Gellium, qui *victoriosus* Nomen ab Catone usurpatum esse, testatur; simul temeritatis accusare illos, qui in Gruteri Corpore Inscriptionum *victoriosissimus* exhibuerunt. Verum si hac arte grassari licet in sanctæ vetustatis monumenta, quid prohibebit ineptissima quæque ex iis exsculpere, eisque speciem induere, quæ capiat imperitos. Ergo age notam Epigraphen REPARATORI F. cave continenter legas, aut in Augusti cuiusdam honorem scriptam esse credas: de Harduino loquitur, & ab iis posita est, qui sciunt, quomodo ille tractet Romanam Græcamque antiquitatem. Lege ergo, ut singulæ literæ sint notæ, quod docebit Cl. Harduinus, integrarum vocum hoc modo: REverendus Pater Antiquitatem Romanam Anxius Turbans, Omnibus Risum Iocumque Fecit. Nec est, quod dubites, vere ita legi: Res est, & sententia vera, quod argumentum si Harduinianis numis explicationibusque demseris, nihil facies reliqui, quo ille se suaque tueatur inventa. Pluribus hanc ineptiam refutare, non est operæ pretium: nec facile quis in eum errorem incider, ut talem ducem sequi necesse habeat; aut per ejusmodi strepitum confundatur. Interim his nugis maxima pars Accessionum Plinianarum conspurcata est, ut propterea eos, qui sunt nugarum impatientiores, priorem editionem prælaturos esse, sit verosimile. Eam tamen auctiorem non solum; sed & emendatiorem libri Index promittit. De augmentis hæcenus vidimus; emendationes etiam quasdam proferemus. Pag. 77 omissæ sunt duæ notæ integræ, quæ habentur in prima edit. Tom. I pag. 153 n. 4 & 5, credo, quod superflue nunc videbantur Viro doctissimo. Omissa sunt etiam, quæ olim pag. 804 de

Archelao rege; de Iuba rege; de Ophelione addiderat. Præterea in contextu Lib. II cap. XIII pag. 79 nunc exhibet, *viginti tribus mensibus*; olim *viginti duobus*. Pag. 103 legit; *non nisi tricesima luna*; olim *quarta decima luna*. Pag. 110 *Camalduno* habet ex MSS. & edd. vett. olim *Camaloduno*. Pag. 136 *Arena montes*; olim *Ariani montes*. In quibus agnoscimus quandam diligentiam Cl. Harduini; at illi valde dissimile est, quod, cum olim ad Lib. IX Sect. VIII citasset Philostorgium hoc modo: *a Philostorgio accepimus, lib. I Eccles. hist. cap. --- pag. ---* nunc tamen tanta patientia non fuerit, ut, quæ vacua reliquerat, suppleret, alibi in his fatis curiosus: sed paucis scripsit in nova editione & emendatore: *a Philostorgio accepimus, lib. I Eccles. hist. ceteris neglectis*. Eodem referas, quod noster Interpres ad Lib. VII cap. XLV pag. 400 ita, ut olim, æstuet in explicatione verborum: *preces Proculeio mortis admotæ*: ubi quidem Verbum *admovere* illustrat, quod tamen nemo paullo humanior desiderabat; aut de altero, *preces mortis*, nihil in medium protulit, cum ex altero Plinio facile aliquid addi potuisset. Verum in his & talibus Harduinus expertus est, quid sibi deesset, ut sufficeret Plinianis annotationibus: idque fere, quod ipse in exactissimo Gronovio non eo, quo par erat, animo agnoscere, aut prædicare voluit. Externa facies hujus editionis chartæ literarumque nitore satis splendida est: nisi illam tot Addenda & Corrigen-
 paululum deformarent. Præterea ne sic quidem omnes errores sublatis sunt: de iis tantum dicamus, qui operarum incuria admissi sunt. Sic in contextu pag. 3 *Imperator* scribitur, pro *Imperator*; pag. 115 in margine CXIII, pro XCIII; pag. autem 374 omissum est indicium *CAP. III*. In notis autem longe plura obvia sunt. Pag. 74 legitur *ibi*, pro *illa*; pag. 65 *pleuum*, pro *lavum*; pag. 78 *insularum*, pro *insularum*; pag. 102 *Jelius*, pro *Julius*; *Annis*, pro *Annius*; *hoc* pro *hos*; præterea verbum *narrat* ibidem excidit; pag. 111 dedit *aque*, pro *aque*; pag. 508 *Sicut*, pro *Siculo*; pag. 549 *aucem*, pro *autem*; pag. 550 *distinctio*, pro *distinctio*, & plurima ejusmodi. De erratis Indicis nihil monebimus, nisi quod ille per sæpe lectorem frustra habiturus sit. Hæc eo pertinent, ut desinant tandem negligentiam

tiam in imprimendis atque emendandis libris veluti proprium vitium Germanis imputare. Certe Germani, quotiescunque libros non ab exemplari manu exarato, sed impresso, ut in hoc Plinio factum, typis describunt, vix adeo sæpe labuntur, ut lapsi sunt Galli. Quos tamen vel splendor operis impellere potuisset, ut essent paulo diligentiores in nævis ejusmodi eximendis: cum Germanos & mores quorundam hominum retardent, & ipsius chartæ color haud raro decipiat. Tandem de iis, quæ V. C. Jac. Gronovius passim, aliique monuerunt, in his Plinianis Adnotationibus aut minus recte constituta, aut ex aliis virorum doctorum observationibus verbo tenus descripta esse, nihil hac editione immutatum est.

THESAURUS ANTIQUITATUM ET HISTORIARUM Siciliae, Sardiniae & Corsicae, ut & nominum eorum adjacentium Insularum, digeri cæptus cura & studio JO. GEORGII GRÆVII; cum Præfationibus PETRI BURMANNI, J. V. D. Historiarum, Græcæ Linguae, Eloquentiæ & Historiæ fœderati Belgii in Academia Lugduno - Batava Professoris.

Vol. I, II, III, IV & V.

Lugduni Batav. excudit Petrus van der Aa, 1723, fol. maj.

Alph 29 Tabb. æn. 16.

UT promissis staret solertissimus Typographus Lugdunensis, absoluto nuper Italiæ Thesauro, nullis vel sumptibus vel laboribus parcens, nunc quinque una Volumina priora Thesauri Siciliae ac reliquarum Insularum prodit, quibus omnibus eadem præfatione, primo Volumini præmissa, docte præfatur Celeb. Burmannus. Hunc vero ordinem secutus est Typographus, ut, præmissis, qui situm Insulæ descripserunt, subsequantur, qui Statum ejus Ecclesiasticum & Sacrum prodiderunt, illos excipiant, qui Historiam civilem & universæ Insulæ fata & vicissitu-

vicissitudines enarrarunt, agmen vero claudant, qui singularum urbium & locorum monumenta, antiquitates & historias tradiderunt.

Volumine I principe loco exhibetur *Philippi Cluverii* Sicilia antiqua, antehac Lugduni Bat. 1619 fol. edita, nunc novis passim figuris, urbium maxime præcipuarum, exornata. Addita est *Cl. Marii Arctii*, Syracusani, Caroli V Imp. & Regis Siciliae Historiographi, Siciliae Chorographia, cum *Dominici Marii Nigri* descriptione Siciliae, ex libris ejus Geographiae desumpta; tum *Placidi Carafa* Sicaniae descriptio & delineatio, Panormi 1634 in 4 edita, sed longe emendatius hic recusa; & *Antonini Mongitoris* Regni Siciliae delineatio, succincta quidem, at docta atque elegans, quam ex ejus Bibliotheca Sicula, cui præmissa legitur, huc transferri curavit Typographus.

Volumen II continet *P. Octavii Cajetani* Hagogen ad Historiam Siculam, opus posthumum, Panormi 1707, 4 editum; *Alberti Piccoli* de antiquo jure Ecclesiae Siciliae dissertationes, Messanae 1623 evulgatas, quibus autor Messanenſi Archiepiscopo primatum assertum ivit; *Antonini de Amico*, qui illi se opposuit, de urbis Syracusarum antiquo Archiepiscopatu Diss. Neapoli 1640 excusa; *Francisci Baronii* ac *Mamfredi* historicae & chronologicae dissertationis Antonini de Amico de antiquo Urbis Syracus. Archiepiscopatu ac de ejusdem in universa Sicilia Metropolitana jure Judicium, Panormi 1641, 4 impressum, quo sanæ Primatus vindicatur; *Rocchi Pirri* Siciliae Sacrae seu Notit. libri duo priores cum parte Libri tertii, (prodire autem Notitiae hæ Panormi in fol. diversis intervallis, prima seu Liber I 1630 iterumque auctius 1644, secunda & tertia seu Liber II 1633, Liber III 1638, Libri IV Pars I 1647 & Pars II, nondum prorsus absoluta, 1649, & inter rarissimos liber antea numerabatur integer) quibus & seorsim hic præmissæ Disquisitiones tres de Patriarcha Siciliae, de Metropolita Siciliae & de Præfulum Siciliensium electione, quarum ultima in utraque Libri I, reliquæ duæ in secunda tantum editione præmissæ comparent. Cetera, quæ restabant, Siciliae S. cum in hoc volumine locum invenire non possent, exhibentur in

Volumine

Volumine III, cujus maximam partem constituunt. Accessere tamen & hic tum ipsius *Pirri* Regis & Imperialis Capellæ Collegiæ S. Petri S. & Regii Palatii Panormitani Notitia, opus posthumum, quod ceu opus affectum, quod Autor Libro IV Siciliæ S. destinaverat, a Casimiro Tragone cum supplementis & additionibus *Antonini Mongitoris* Panormi 1716 in lucem emissum; tum *Cæsaris Baronii* Card. Tractatus de Monarchia Siciliæ, Paris. 1609, 8, ex Annalium Tomo IX recusus, cum *Ascanii Columnæ* Card. de eodem judicio, & *Baronii* adversus hunc Responsione apologetica, nec non Epistola ejusdem ad Philippum III R. Hisp.

Volumine IV ad Historiam Civilem convertitur Editor, eoque primo loco *Thomam Fazellum* de rebus Siculis, Panormi primum 1558 iterumque Francof. 1579 editum, secundo *Francisci Maurolyci* Sicanicarum rerum Compendium, ex editione unica, quæ Messanæ 1562, 4 prodiit, hætenus rarissimum, cui restituta hic sunt loca quædam insignia consilio in editione ommissa & a Stephano Baluzio ex autographo Autoris, quod in Colbertina exstat, collecta ac Miscell. Libro II vulgata.

Volumine V plura, sed breviora maximam partem, scripta continentur, scilicet *Michaelis Ritti* de Regibus Siciliæ Libri V, bis antehac editi; *Felini Sandei* de Regibus Siciliæ & Apuliæ liber, e *Marqu. Freberi* editione Hanoviana 1611, cum ejusdem notis; *Rochi Pirri* Chronologia Regum, penes quos Siciliæ fuit imperium post exactos Saracenos, ubi & eorum Vicegerentes & præcipui quique Consiliarii, tum & familiæ magna ex parte recensentur, quod opus antea Panormi 1630 & 1643 editum, vel eo maxime commendandum, quod ubique testes in eo afferantur idonei; *Gausfridi Malaterræ* de rebus gestis Roberti Guiscardi Ducis Calabriæ & Rogerii Comitis Siciliæ Libri IV, tum & *Alexandri Abbatis Celestini* Libri totidem rerum a Rogerio Siciliæ Rege gestarum, quæ Hieronymus Surita Cæsar-Augustæ 1578 junctim vulgaverat; addita hic ex veteri Cadurcensi MS. Historia brevi liberationis a Rogerio susceptæ. *Ptolemæi Lucensis* Genealogia Roberti Guiscardi & aliorum Siciliæ Principum, quam Burmannus non usquequaque accuratam

cenfet; *Hugonis Falcandi*, quem Taciti sui temporis elogio ma-
 stavit Barthius, de rebus gestis in Siciliæ regno Historia, ex edi-
 tione Gervasii Tornacæ; *Descriptio Victoriz* per Carolum An-
 degav. contra Manfredum A. 1265 obtentæ, ut & *Gesta Petri*
 Arrag. Regis & epistolæ quædam Pontificum huc facientes, quæ
 partim e Francisci Du-Chesne Script. rer. Franc. Tomo V, partim
 ex Petri de Marca libro, quem Marca Hispanica inscripsit, de-
 prompta sunt; *Sabas* seu *Sallas*, (uti Baluzius male legit) *Mala-*
spina rerum Sicularum Libri VI ab A. 1250 ad 1276, e Baluzii
 Miscellan. Libro VI recusi; *Nicolai Specialis* rerum Sicularum
 Libri VIII ab A. 1282 ad 1337, pariter e Marca Hispanica huc
 translati; denique agmen claudunt *Anonymi* Chronicon Siciliæ
 ab acquisitione Insulæ per Græcos usque ad obitum Wilhelmi
 seu A. 1340, quod primi in lucem protraxere Edmundus Mar-
 tene & Ursinus Durandus in Thesauro Anecdotorum Parte III,
 & *Conradi Verceris* de duabus seditionibus Siciliæ sub Imperio
 Caroli V Imp. A. 1517 Historia, Haganoz 1531, 4 primum
 edita.

In his omaibus more suo, hoc est, summa sollicitudine ver-
 fatus est Typographus, præmissis Autorum, quotcunque ha-
 beri potuerunt, iconibus, ut & optimorum Scriptorum testimo-
 niis, & subiectis singulis scriptis locupletissimis indicibus; quos
 si, univervo Italiæ & Siciliæ Thesauro absoluto, in unum Indi-
 cem redegerit Typographus, non male, nostro iudicio, consu-
 let Historiarum harum cupidis. Ne vero intactam relinquamus
 Celeb. Burmanni præfationem, pauca ex insigni rerum notabi-
 liorum apparatu enotare lubet. Dum *Cajetanum* partim laudat,
 partim emendat, eumque id gloriæ ducere Insulæ refert, quod
 opes & reditus amplissimi a piis viris, & maxime fœminis, in Ec-
 clesiam plena manu collati sint, ut totus fere insulæ ager Deo &
 Christo sit sacer; unicam hanc fere causam esse putat, cur tam fe-
 lix & fertilis insula, viris quondam & opibus florentissima, ho-
 die tam exhausta & debilis sit, ut quæ olim pro tutela & imperio
 cum potentissimis populis, Græcis, Carthagenensibus, Romanis
 & Saracenis, bella sanguinolentissima gesserit, & exercitus nu-
 merosissimos produxerit, vix ad sui tutelam hodie sufficiat, &
 nisi

Præf. p. 5.

nisi externis opibus adjuvetur, dudum piratis in prædam cessisset. Ubi de primatu Ecclesiæ tres in hanc diem Siciliæ Archiepiscopos, Messanensem, Panormitanum & Syracusanum, acriter inter se contendere miratur, plura affert de antiquitate Ecclesiarum haud vulgaria. Historiam controversiæ de Monarchia Siciliæ, a Baronio motæ, luculenter exponit. Cum porro *Fazzellum* observat, gravem alioquin & fide dignum, Cyclopes primos fuisse Siciliæ habitatores, cum aliis credidisse, animadvertit, plurimos patriarum rerum scriptores, Gigantes fuisse conditores & primos gentis suæ homines, fingere, simulque ridet Tilledeti commenta, quæ prodidere Academiæ Regiæ Inscript. & humanitatis studiorum Socii in Commentar. T. Ip. 25 ed. Paris. *Pirri* in constituendis in Chronologia sua Normannorum Principum in Sicilia Genealogiis diligentiam laudat, quæque de Friderici II Imp. familia tradit, expendit, & imprimis Pirrum invictis argumentis demonstrasse testatur, matrem Friderici, Constantiam, neutiquam, ut vulgo fertur, quinquagenariam, verum vix annum ætatis trigesimum septimum supergressam, nec in foro Panormitano, sed in urbe Esitana, puerum enixam esse. Ineptum vero vocat Victoriæ Caroli Andeg. Scriptorem anonymum, quando is *Gibellinos*, a *Gibbo*, seu *Gibelo*, quasi illi *gibbiferi* essent, *Guelphos* autem a singulis literis GVE i. e. *Guerra*, *Leonum* & *Fortis*, quasi dicas *Guerra* (seu bellum) *Leonum fortis*, nomen accepisse interpretatur.

Præf. p. 6.

17.

21.

STORIE FIORENTINE DI MESSER BERNHARDO SEGNÌ.

id est

BERNHARDI SEGNII HISTORIA FLORENTINA, ut *Œ ejusdem Vita Nicolai Capponi*,
Reip. Flor. Vexilliferi.

Aug. Vind. ap. Dav. Raym. Mertziun & J. Jac. Mayerum, 1723. f. Alph. 5 pl. 4 Fig. 2n. 2.

AB eodem anno 1527, quo Benedictus Varchius, quem M. Sept. 1723 p. 414 sqq. recensuimus, Florentinorum res

U 2

& fata

& fata enarrare incipit *Segnius*, illi neque dictionis Tuscae elegantia, neque veritatis amore, eoque ab omni adulatione vacuo, inferior; filo tamen historiae ad annum 1555 usque producto, quod ad temporis rationem, Varchio subjungendus erit omnino. Quem cum nonnulli in rebus Florentinorum describendis iusto paululum existimarent prolixiorē, civibusque tantummodo suis placere studentem, Noster ad Italiae non solum, sed & omnis Europae mutationes, prout temporum illorum nexus iussit, digressus, parcius causam egisse Florentinam, passim videbitur. At cum jam pridem latens, dignus tamen videretur Typographis, qui in lucem protraheretur, frustra quidem investigato autographo, duo nacti exempla, quae maximo in pretio habebantur, primi nuper typis eum subiecere, praemissa etiam de vita Segnii notitia, quam Andreas Cavalcantius reliquit. Editus vero nobilissima Segniorum stirpe, quorum quidam A. 1287 jam Florentinae Reipubl. Cancellarium egit, patre Laurentio & matre, sorore Nicolai Capponii, cujus vitam ipse composuit, ad calcem libri additam, Patavii adoleseens elegantioribus literis, praesertim Graecae Latinaeque linguae & deinde Jurisprudentiae diligenter operam navavit. Hinc revocatus a patre negotiorum causa, quorum & patri & Capponio avunculo multum intererat, ad Imperatorem missus est. Redux inde Florentiam factus circa annum 1520, cum inde turbis, in conversione Reip. A. 1527 subortis, & ipse & Capponius, qui primus fere ausus est libertatem tueri, interessent, rem dignam existimavit Segnius, ejus memoriam posteris relinqueret. Ceterum uxorem duxit Constantiam Rudolphiam, quae parentem illum fecit trium filiorum. In ordinem *Priorum* A. 1513 jam allectus, ex eo tempore tanta civilis prudentiae laude coepit eminere Segnius, ut postea, extincta reipublicae libertate, ita quoque se Cosmo Duci probaverit, ut is ad Ferdinandum Romanorum Regem eum anno 1541, de gravissimis negotiis acturum, mittere minime dubitaret, quomunere summa animi dexteritate defunctus est. In Philosophia probe versatum fuisse, facile ex eo constare potest, quod Aristotelis Rhetoricam, Poeticam, Ethicam, Oeconomicam & Politicam in linguam Etruscam transtulit, & in ejusdem Philosophi libros III de anima commentatus est, qui liber postea curante

curante filio, Jo. Baptista, publicam lucem aspexit. At Historia cum Vita Capponi, ipso vivente, studiose suppressa, demumque a posteris forte cum aliis chartis, pluvix inclementia arrosis, ex auctoris atramentario protracta, a situ & interitu vindicata est. Authenticum istud, literis ab Autore minutissimis consignatum, multisque notulis, commentariis, additionibus locupletatum atque distinctum, ejus descendentes Carolo Mediceo Cardinali ante XXX annos circiter dono dederunt, quod tamen aliquoties describi ante jam sedulo nonnulli curaverant: quare emendatius exemplum nactus Horatius Tempi, Florentinus, qui & Varschianam historiam, Augustæ Taurinorum latentem, protraxit in lucem, Historiam hanc invidere Eruditis noluit. Annum, quo Florentiæ fati cesserit Segnius, & Cavalcantius & Editor, cum vitam præmitteret, nesciisse videntur, at sub fine ultimi harum historiarum libri dies 13 Apr. anni 1558, ipsius vitam æque a historiâ finiens, indicatur. Autor ipsam aggressurus rerum feriem, se ab omni partium studio alienum prorsus esse, imo potius ea de causa, ut posteris paterna virtutum exempla imitari discant, hæc scripsisse testatur, ordinemque simul studiose indicat, quem sibi proposuit, nimiram ut primum civitatis faciem, deinde Italiæ reliquæ exterorumque res, prout ad patriæ historiæ illustrandam inserviunt, breviter strictimque exhibeat.

Libro itaque I Clementis VII Pontificis fœdus cum Galliæ Angliæque Regibus & Venetorum republica ad ejiciendum Carolum V e Mediolanensium finibus initum, Romamque ab Imperatoris militibus misere direptam exponit. Post Medicea gente a Florentinis libertatis cupidissimis pulsa, Justitiæ Vexilliferum in annum esse creatum Nic. Capponium, Florentinos vero, recuperatis Pisis & Liburno, ab Imperatore ad fœdus invitatos, aliud contra cum Galliæ Anglorumque Regibus, Venetis item & Ferrariensi Duce prætulisse, miseris interim vexatum Clementem VII, pacto cum Imperatoriis satis probroso facto, custodia sua liberatum, ad Urbem Veterem, *Orvieto* vulgo dictam, fugisse, Gallosque in Neapolitano regno, junctis Florentinorum copiis, Imperatori magna intulisse damna, commemorat. Inter hæc capta ex sermone quodam sacro Hieron.

ron. Savonarols, quo Christum Reipublicæ Regem vocavera t, occasions, in libertatis signum Florentinos, senatu suffragante, Servatorem elegisse Regem, & hæc verba palatii majoris portæ:

Jesus Christus Rex Florentini populi S. P. decreto electus.
in scribi aureis literis curasse Capponium, eumque hoc modo ita sibi conciliasse favorem populi, ut per sequentem etiam annum in dignitate sua confirmaretur, Autor observat.

Libro II militiæ Florentinorum statum, ut & paulo infra eorum reditus expensasque, cladem Imperatoriorum ad Caput Urbinum, felices horum successus in regno Neapolitano, & Andream ab Aurim, Genuensis, qui modo patriam urbem a Gallorum servitute liberaverat, ab his ad Imperatoriorum castra transitum enarrat. Florentinorum quoque, in Gallorum subjectione perseverantium, licet fœdus ante cum Imperatore simulassent, inconstantia notata, ad convicia sese vertit confutanda, quibus Capponius ita continuo onerabatur, ut ante tempus constitutum in illius locum Franciscus Carduccius eligeretur non solum *Vexillifer*, sed & custodiæ traderetur Capponius, qua tamen paulo post, causa cognita, liberatus est.

Libro III rempublicam magis magisque, Capponio remoto, in popularem inclinasse statum, Pontificisque cum Imperatore initam in Florentinorum detrimentum conventionem esse, docet; qua occasione etiam de Medicorum autoritate & potentia Florentiæ in singulos fere dies aucta agitur. Pace Cameraci inter Imperatorem & Gallos facta, Florentini bello se ad defendendam libertatem parabant, quam Pontifex oppressurus, Araulionensi Principi militiæ præfecto Casareo Pontificioque imperat, ut eam Rempublicam aggrediatur, qui adeo Cortonam pariter atque Aretium occupat. Enimvero paulo ante Florentini ad Carolum V, tunc Genæv degentem, quatuor Oratores miserant, qui promitterent, paratam ad ejus obsequium futuram civitatem, modo præsentis regiminis ratio nullo modo mutaretur. Bononiam interea ait venisse Pontificem, & Florentinis frustra quidem pacificationis articulos proposuisse, tum vero collatis coram cum Carolo V consiliis, ut Venetiæ pax & Franciscus Sfortio Mediolanensis Ducatus redderetur, curasse, & Florentiam postea ab exercitu

ercitu Imperatoris & Pontificis numerosissimo obsessam esse narrat.

Librum IV Florentinorum rebus plerisque infelicitate gestis destinat, quos Pratum Pistoriumque sponte deseruisse, ac monte Pulciano, Volaterra, postea recuperata, Empolio & Gabinana, ubi ipse Arausionensis pariter & Ferruccius, Florentinorum praefectus, ceciderint, pulsos memorat. Deinde ubi coronationis Bononiensis solemnitates, discessum Clementis Pontificis Romam & Imperatoris in Germaniam, ut & quaedam de initiis fidei a Mart. Lutero nostro repurgatae attigit, de pacificatione Florentinorum cum Gonzaga Duce, mandatario, Imperatoris & Pontificis nomine facta refert, ad quam tumultu intestino & fame, post obsessionem undecim mensium, adactos liquet. Haec signata d. 8 Aug. an. 1530 his fere legibus, ut civitas, restituta Medicis aliisque exulibus, libera maneret, & Gonzaga intra 4 mensium spatium regiminis Florentini rationem ordinaret, denique ut Florentini, foedere cum Imperatore inito, copiis ejus 80000 aureorum solverent.

Libro V Pontificem inde rerum Florentinarum summam credidisse civibus XII sibi obnoxiiis, tum vero argenti penuriam ad desperationem fere adegisse Florentinos, & libertatem tuentes morte partim, partim exilio esse multatos, docet. Quibus deinde artibus a Pontifice effectum sit, ut Rucellus & Valorius, legati Florentinorum, ab Imperatore, Bruxellis tunc commorante, Alexandrum Medicum, Clementis Pont. nepotem, peterent Principem Reipubl. sponte quasi id postulanti, utque Antonius Mussetola, Imperatoris ad Pontificem tunc legatus, Florentiae pleno magistratus consensu Alexandrum Principem & Reipubl. caput, producto Caesareo diplomate, solemniter oratione declaraverit, luculenter exponit. Digna vero lectu oratio, qua Florentinos initio poena perduellionis dignos pronuntiat; sed mox ita pergit: Caesarem Majestati placuit poenam quodammodo mitigare; sed, quid dico, mitigare? immo vero remittere, & absolvere ab eo crimine civitatem haecenus immorigeram, sed vi armorum victam. Summa denique eo redit: velle Caesarem, ut civitas gaudeat quidem pristina libertate, non tamen ullo suo merito, sed solo Alexandri Medicei

Medicei favore, quem acceptura sit omnium munerum publicorum prepositum & Principem, cui, quod solus ab omni pœna jure meritoque subeunda illam liberasset, ad sumtus mentis sustinendos viginti florenorum millia quotannis solveret. Hac oratione finita humillimis verbis nomine magistratum Imperatori gratias egisse ait Benedictum Bondelmoutium, justitiæ tum Vexilliferum, & lætabundum ita tamen, ut a lacrimis sibi vix temperaret, Cæsari Reipubl. nomine *perpetuam obedientiam*, Alexandro vero, patriæ servatori, cultum decentem jurejurando promississe, & diplomate Cæsareo publice lecto, illud multis & osculis excepisse & lacrimis; ipsumque Alexandrum, ex Imperatoris aula reducem, tum Pisis d. 30 Jun. 1531 ab Acciajolo & Strozio, Florentinorum legatis, tum deinde Florentiæ Principem fuisse salutatum, ac magna omnium lætitia exceptum. Interfertis deinde aliis, quæ ad inundationem Tiberis eodem anno Romæ, Oceani- que in Belgio & Hibernia factam, ad causas item odii inter Imperatorem Angliæque Regem, aliaque spectant, animi dotes Alexandri excellentissimas & ad favorem Florentinorum conciliandum populumque regendum aptissimas delineat, quibus factum, ut is anno sequente, Clemente imprimis Pontifice & Philippo Strozio urgentibus, a singulari XII Virorum magistratu, ad ordinandam Reipubl. formam constituto, Dux & Princeps populi cum plenissima potestate electus & Cal. Maj. an. 1532 omni plaudente populo renuntiatus fuerit. Filio etiam Alexandri primogenito & reliquæ familiæ succedendi jura hereditaria fuisse concessa, & loco extincti procerum concilii, quatuor Viros magistratus primarii nomine electos, illisque ex civium numero XLVIII senatores & CC viros dignitatis paulo inferioris adjuctos esse, ostendit.

Liber VI rationem declarat, qua præfuerit Alexander novo Ducatui, in conscribendis quippe militibus aliisque curandis, quæ ad securitatem potentiamque conservandam faciunt, totus. Tum bellum Turcarum in Hungaria Austriaque, itemque captivitatem Hyppoliti Medicei purpurati, Imperatoris jussu factam, ejusque liberationem, Auriz Principis in Morea progressus, Cæsaris etiam & Pontificis Bononiæ conventum, Alexandri Ducis
 fœdani

scædam in Venerem proclivitate, & Margarete Austriacæ, ejus sponsæ, adventum Florentiæ magnificentissimum, quæ Neapoli hæctenus educata, vix annum ætatis duodecimum superabat, exponit. Religionis porro Pontificiæ persecutionem in Anglia repudio a Clemente Henrico negato adscribens, ad colloquium inter Gallorum Regem & Pontificem Massiliæ habitum, Barbarossæ, piratæ famosissimi, ad Italiæ littora appulsum, rosque ibidem crudeliter gestas, & tandem ad Castelli Florentini exstructionem progrediatur Auctor, quam Alexander ob suspectum Petri Strozii animum urgebat.

Libro VII Clementem Pontificem A. 1534 mortuum excepisse docet Farnesium Cardinalem sub Pauli III nomine, ad quem solemnem gratulandi causa legationem misit Alexander, qui interea apud Imperatorem nimix in Florentinos crudelitas & injustitiæ ab ipsis cognatis accusabatur, qua occasione Strozii perduelles declarati. Memoratis inde rebus exteris, iis imprimis, quæ a Carolo V contra Tunetanos gestæ sunt, Hippolitum Mediceum Cardinalem, ad Imperatorem Neapolim tendentem, ut pro patria ab Alexandri rabie vindicanda sollicitaret, in itinere veneno, autoritate & jussu Alexandri, extinctum tradit; & Strozios quidem aliosque exules graviter de eo apud Cæsarem, sed frustra, conquestos. Mortem porro Ducis Mediolanensis, occupatum a Gallis Ducatum Pedemontensem, Venetorum scædus cum Carolo V, ejus itidem adventum Romæ, Florentiæ, Pistorii, Lucæ enarrat, simulque describit, quibus solemnitatibus Dux Florentinus & magistratus omnes obviam ei iverint, & urbes claves pulvino auro coruscanti impositas obtulerint. Post celebratas inde Florentiæ Alexandri Ducis cum Margareta Austriaca nuptias, Carolique Imperatoris conatus in Provincia bellicos, & infelices armorum in Flandria successus descriptos, Annæ Boleniæ in Anglia capite plexæ mortem attingit. Tandem vero, Imperatorem Genuam advenisse, & Alexandrum Ducem, qui Carolum visurus eo venit, ab illoque summus in Italia militiæ præfectus constitutus, Florentiæ reducem a Laurentio Mediceo d. 6 Jan. 1536 nocturno tempore in Laurentii palatio partim ipsius, partim aliena manu vita privatum esse, fusc describit.

Libro VIII Laurentium parricidam persequitur, Venetias & postea Mirandolam fugientem, quem refert Alexandri trucidati lecto schedulam affixisse, cui versiculum inscripserat:

Vincit amor patriæ laudumque immensa cupido.

Deinde senatores XLVIII, partim sponte, partim metu ab Alexandro Vitellio, qui castellum occupaverat, injecto, Cosmum Medicum elegisse successorem, memorat, exules vero principes Florentiam redeunt, ut rempublicam instaurent, spe plane frustratos Cosmi Ducatum frustra aggressos, plurimosque in carcerem coniectos. In fine libri exponit Solimanni Regisque Galliarum conatus, tunc temporis Imperatoris provincias æque ac Venetorum terras invadere tentantium.

Libri IX capita præcipua exterorum res gestas respiciunt. Post exules enim captivos capite Florentiæ plexos, Turcarum impetus in regnum Neapolitanum, eorumque fugam, Pedemontium a Gallis laceffitum, secutasque cum Imperatore novem annorum inducias, Pontificis porro cum Imperatore Venetisque foedus contra Turcas, Christianorum Principum provincias tunc sæpe devastantes, Philippum etiam Strozium, adhuc captivum, sibi ipsi violentas inferentem manus, Autor memorat. A Carolo V Imp. mox Ducis nomen & amplissima privilegia Cosmum obtinuisse refert, qui subinde Castellum Aretinum curatrefici, nuptiasque cum Eleonora Toletana celebrat. Hinc ceterorum nonnullorum castigasse perfidiam Imperatorem, Venetos item eum Turcis iniisse pacem, & post Joannis Regis Hungariæ mortem hujus filio successori, sed Turcarum tutelæ atque præsidio sese subjicienti, urbes quasdam ademisse Ferdinandum, & tandem Carolum Imperatorem, Paulum Pontificem, Florentiæ item & Ferrariæ Duces convenisse Lucæ, ubi lites quædam de præcedentia inter dictos Duces obortæ, indicat.

Libro X Caroli V expeditionem in Africam irritam, Solimanni Budæ adventum, Senas in ordinem redactas & damna Cæsari in Flandria Burgundiaque a Gallis, Ferdinando vero ad Bndam a Turcis illata, exponit. Instituto inde Pontificis cum Cæsare Buffottii colloquio, hic Cosmo Duci reddidisse castellum Florentinum Liburnumque fertur. Tandem Solimannum co-

MENSIS APRILIS A. MDCCXXIV. 163

pias auxiliares Galliarum Regi misisse, ipsum vero in Hungaria Strigonium Albanque Regalem cepisse, Imperatorem contra, motu Clivensium Duci bello, compositoque eo, Ferdinandi filiam Principem in matrimonium Duci dedisse, tradit.

Liber XI rerum Florentinarum fere nihil complectitur præter ea, quæ de Cosmo p. 300 ad an. 1544 dicuntur, qua ratione Ducatui præfuerit, omnia scilicet sub Imperatoris umbra ejusque autoritate, *vel ut amicum vel ut bonum subditum decet*, faciens, eique nummos quovis modo suppeditans. Ceterum bellum Caroli V cum Francisco I in Flandria Pedemontioque, & adjuncto belli socio Rege Angliarum, in Gallia gestum, capta a Barbarossa ope Regis Galliarum Nicia, sed a Sabaudiarum Rege recuperata, seditio populi in regno Tunetano, damnum a Turcis agris Plumbini, Senensium & Neapolitanorum illatum, pax Imperatoris cum Galliarum Rege, hujusque bellum Angliarum Regi motum, & concessio Placentiarum Parmarumque Ducatum Petro Ludovico Farnesio a sede Romana facta, recensentur. Finem vero libro huic imponunt mors Aurelianensis Ducis, Henrici Angliarum & Francisci Galliarum Regum, nec minus novum bellum a Protestantibus in Germania infeliciter cum Carolo V gestum.

Libro XII Cosmum de Principatu Plumbino consequendo sollicitum refert, quem Imperator promiserit, sed promissis haud steterit; ejusdemque consilio & jussu Laurentium Medicum parricidam Venetiis interfectum, docet. Deinde Pontificis conjurationem Genuarum cum filio Petro Ludovico Farnesio & Fleschio Comite vano conatu initam contra Imperatorem, cui interfecto Farnesio Placentia cessit, translatum porro Tridento Bononiam, ibique abruptum A. 1547 Concilium, indultam a Carolo Protestantibus libertatem conscientiarum, & Ferdinandi cum Solimanno inducias, aliaque describit. Vindicata inde Pauli Pontificis morte ejusque causa, cui Julius III successit, ad Africanas res se confert, ubi mortuo Barbarossa A. 1550 Andream Auriam felices quidem fecisse progressus, sed a Draguto Raisio, pirata famosissimo, regnum Tripolitanum occupante, paulo post repulsum esse affirmat, librumque hunc pace Henricum Galliarum inter & Eduardum Angliarum Regem facta finit.

Libro XIII, Farnesius, Parmam Imperatori negantibus, cumque Galliarum Rege pacifcentibus, bellum a Julio Pontifice, & Imperatore motum, sed paulo post extinctum, memoratur, tum Galliarum Regis in Germania conatus, quibus illius ab oppressione Imperatoris liberandæ obtentus sumebatur, pacificatio inter Ferdinandum Regem Rom. & Hungariarum Regem Stephanum facta, seditio Senensium, Gallicum præsidium recipientium ac Cæsari obsequium negantium, qui Cosimo Duci, ut auxilium ferret contra Senenses, Principatum Plumbinum concessit. Denique Imperatorem, turbis in Germania sedatis, frustra & Metas obsedisse & Senensium territorium invasisse, Gallos vero, classe Turcica suppetias illis ferente, nonnullas in Corsica urbes occupasse, demonstrat.

Libro XIV & XV, præmissis nonnullis de Solimanno, qui proditionis suspectum filium Mustapham trucidari jusserat, Carolum V. Terovanam in Picardia, Rege Galliarum magnam Flandriarum partem devastante, occupasse & Genuenses in Corsica portum S. Florentiæ recuperasse, tum Regem Galliarum narrat ad defendendas Senas misisse Petrum Strozium, quas Cosinus Dux ex improviso cinxerat, & post longam tandem obsessionem ceperat. Totum denique opus morte Eduardi Angliarum Regis, cui Maria foror successit, Julii III & successoris Marcelli II, Pontificum, & facta portus Herculis, a Cosimo Duce A. 1555 obsessi, mentione, ipsius morte Autoris paulo post secuta, ut dictum est, finitur.

*RELIQUIÆ MANUSCRIPTORUM OMNIS
ævi Diplomatum ac Monumentorum ineditorum adhuc,
cum Præfatione ac recensione monumentorum singulari
JO. PETRI DE LUDEWIG, Jcti, Fri-
dericianæ Cancellarii.*

Tomus VI.

Frankfurti & Lipsiæ, 1724, 8 maj.

Alph. I pl. 20.

NEquaquam hic Tomus antecedenti, superiori Mense recensito,

cenfio, cedit, atque ita prorfus cum eo connectitur, ut Index huic additus ad illum fimul fpectet. Continuatur vero hic primum, ut nuper diximus, *Diplomatarium Bohemo-Sileficum*, diplomatibus L, quibus hic additur formula privilegii, quo JOSEPHUS Imp. petentibus Principatus Brigenfis vafallis, ut eorum in fuppeditandis aliquot argenti myriadibus promptitudinem beneficio quodam remuneraretur, feuda Brigenfia omnia novo exemplo vertit in allodia die 14 Sept. 1705. Qua occasione Ill. Autor in Præfatione, idem beneficium a moderno Imp. Auguftiffimo CAROLO VI Schweidnicenfi & Jaurenfi Principatibus A. 1714 indultum testatur, & *milites* hodie vocati vafallos indignatus, qui rei militaris periti non fint, fingularem Potentiff Regis fui indulgentiam extollit, qui, quod pretio propofito vafalli Silefiæ provocaverint, gratis nuper fuis largitus fit. Sequuntur *Epiftolæ Regum Galliæ, Caroli VIII & Ludovici XII ac Philippi Electoris Palatini Epiftolæ mutue*, quæ cum imprimis testentur, Philippum Galliæ Regis fuiſſe ſtipendiarium (quamvis ſtipendium annuum duodecim millium francorum ſeptennio integro non ſolutum queratur Epift. 12 & 13, nec Ludovicus ad præſtanda antecelloris fui promiſſa ſe obligari aſſerat Epift. 14) Noſter in Præf. ea occasione refert, ſibi ab Adminiſtro quodam Palatino grandævo narratum, Ludovicum XIV eo adduxiſſe promiſſis Carolum Ludovicum El. Pal. ut parum abſuerit, quin omnem Palatinatum fecerit Galliæ clientelarem. Nam ei pollicitum fuiſſe Regem, ſe, Belgio ſubactò, inſtauraturum *Auſtraſiæ Regnum*, effecturumque, ut Palatinus ei præſeſſet Rex, Galliæ quidem beneficiarius. Eodem morbo tentatum fuiſſe Carolum, ſucceſſorem, qui cum fruſtraverit tandem Galli conatus, tantopere exacerbatum eſſe illius animum, ut, mortuo Carolo, in irruptione, poſt quinquennium ſecuta, juſſerit militem graſſari in Palatinatu ferro & igne, exuere omnem rationem ac humanitatem, delere urbes, oppida, pagos, ipſam ſedem Palatinam evertere & redigere in favillas, neque parcere mortuis, ac oſſibus Principum, ſed turbare manes & ita ſe exhibere, ut vindiciarum a Galliæ Regis monumentum exſtaret. Tertio loco exſtat *Laurentii Byzynii Diarium belli Huſſitici ab A. 1414*

- ad A. 1422*, mutilum quidem nonnullis in locis, & stylo pro ætate barbaro exaratum, sed fide dignum: etsi enim non omnia in Huslitis probet, tamen artes & tyrannidem Pontificiorum liberrime perstringit. Quarto *Miscellorum Syllabus*, rerum Moscoviticarum, Turcicarum, Hungaricarum, Polonicarum, Curlandiæ & reliquarum, in quibus singularis exstat de Demetrio Moscoviæ Duce narratio: & quæ ad Hungariam spectant, fatetur Editor, se exuli Hungaro debere, a quo duo grandia volumina rerum Hungaricarum acceperit; quem minime dubitamus fuisse *Christoph. Parschitium*, qui ex iis Historiam & Topographiam Hungariæ concinnavit, Mense superiore pag 100 typographis oblatam. Quinto *Diplomatarium Griffoviense, Silesiæ Cœnobii, ab A. 1240 ad 1399*, quod e membrana accurate, retenta etiam barbara orthographia, descriptum, a Jo. Gottlieb Milichio (qui variorum intra Italiam monumentorum Inscriptionibus, Brigæ 1715, 8 sub nomine Amadei de Benignis editis, aliisque scriptis doctis nomen in Rep. literaria meruit) accepit Noster, centum fere diplomatis repletum; qua occasione de Cœnobii hujus nomine, origine & rebus illustribus diligenter præfatur, & modernum Abbatem *Dominicum* ob singularem doctrinam & industriam commendat. Ut pauca e multis delibemus, Lusatiam Imperio Germanico semper fuisse clientelarem, tributa vero non imperata, sed rogata & bona voluntate concessa a subditis, dictaque ideo *betbas*, e Dipl. 2 Libri I evincit Ill. Editor. Singulare est privilegium Dipl. 36 a Wenceslao 1383 Nobilibus de Hazmburg concessum, ut a nemine judicio conveniri possint, nisi sit Baro Bohemiæ nominatus & ab antiquis Baroniarum juribus approbatus. In sententia Sigismundi III R. Pol. de Curlandia ob Feloniam amissa, sed Ducibus A. 1616 in Comitibus remissa, miratur Editor, ad jus commune feudale Longobardicum & Germanicorum Cæsarum decreta provocari, quibus tamen hodie negant fidem & obsequium Poloni. Ad Epistolam Czari Basilii ad Matthiam Archi-Ducem, ubi Czari vox vertitur *Keyser*, admitti id posse notat in sensu grammatico, stylo curiali vero soli Germaniæ Imperatori Cæsaris titulum competere. Ubi judicium affertur, quo Matthiæ Archi-Duci & Pro-Regi Hungariæ jus præcedentiæ præ

MENSIS APRILIS A. MDCCXXIV. 167

præ Cardinali Forgatsch ab administro Austriaco vindicatur, ostendit Editor, quomodo Pontifices Romani paganos imitati magisterium ceremoniarum affectaverint, simulque libros duos antea rarissimos, sed e Bibl. Baluziana ad Nostrum delatos, alterum P. 367 fqq. *Christi Marcelli Sacrarum ceremoniarum S. Rom. Ecclesie Libr. III*, Romæ 1560, fol. alterum *Paridis Crassi de ceremoniis Cardinalium & Episcoporum Libr. II*, Romæ 1564, 4 recenset, imo in Præf. typographis ad novam editionem offert, atque addi optat *Librum diurnum Rom. Pontificum*, a *Johanne Garnerio*, Paris. 1680, 4 editum, quem pariter rarissimum ipse quidem nondum nactus videtur.

OEUVRES DIVERSES DE MR. SEGRAIS.

id est.

JOHANNIS RENALDI DE SEGRAIS O-
pera varii argumenti.

Tomii II.

Amstelodami, apud Franciscum Changuion, 1723, 12 maj.

Alph. 1 pl. 15.

Dividuntur hæc opuscula duabus partibus, quarum prima Commentarios arcanos (*Memoires anecdotes*) quos optimo jure *Segrasiana* dixeris, altera septem Eclogas, quo genere carminis Segræsius excelluisse præ ceteris creditur, cum Censura Ogerii in Eclogam I & Huetii Apologia pro Autore, tum ejusdem drama musicum, quod quidem Lulli, Musici Regii, invidia repræsentari non potuit, complectitur: quibus subjunguntur Annæ Mariæ Ludovicæ, Gastonis Ducis Aurelianensis filix, cujus in aula vivebat Segræsius, Satyræ duæ, altera *de Insula imaginaria*, altera *de Principissa Papblagonia*, anno quidem 1659, sed paucissimis exemplis, quæ inter principes in aula distribuebantur, impressæ. Vitam Segræsii, Cadomi 1624 d. 22 Aug. nati & 1701 d. 25 Martii hydrope extincti, versione imprimis Æneid. Virgilio illustris, quam Editor ex Huetii Originibus Cadomenibus decerptam præmisit, repetere, aut de altera libri parte,

p. 22.

- parte plura præter ea, quæ diximus, referre nihil attinet. E *Segrasianis* tamen pauca quædam (nec enim multa illic memoratu admodum digna invenias) producemus. Inter claros spurios refertur Capella (*Chapelle*) Itinerario, quod cum Bachaumontio edidit, clarus: agnovit vero hunc filium Hullierius, Gassendi amicus, eique moribundus reliquit quatuor millia librarum ceu pensionem annuam, donec viveret, fruendam. In Capellani Puella, cujus quædam loca esse censet inimitabilia, illud taxat, quod Autor omnia, quibus præstabat, exhausserit, & artem, quæ jubet, ut lectoris meditationi aliquid relinquatur, quamque Virgilius exacte calluit, neglexerit. Balsacium dolore ex applausu, quo Vetturii epistolæ exceptæ fuerint, orto mortem sibi conscivisse testatur. Conrartum Academicis studiis operam haud navasse refert, & nihilominus assidua lectione multum profecisse, & mire imprimis extulisse linguæ Gallicæ decus. Rupefocaldum vero, nullis plane studiis imbutum, tantum e frequenti politiorum hominum convictu profecisse, eoque regulas vitæ justissimas (*Maximes*) dignasque, quas Noster prorsus edidicerit, composuisse. De Francisco Harlæo, Archiepiscopo Parisiensi, cujus forma multa promittere visa, admodum sinistre censet. Abrincenses memorat, raro ad Episcopum suum Huetium admissos, quod eum studere obtenderent janitores, sæpe dixisse: *nos a Rege petemus, ut nobis det Episcopum, qui studia sua absolvit: noster enim quotidie studet.* Conjuratiōis Lusitanorum contra Hispanos consciūm fuisse Richelium, negat, & miraculo simile putat, nihil ejus rei ad Hispanos emanasse, etsi conjuratorum essent plusquam decem millia: & Olivarium quidem, re audita, præsentē Philppo IV, dixisse: *Stolidus ille Princeps tres quatuorve Ducatus Majestati vestræ consecrat, ut Regnum vix momento duraturum capeffat.* Præceptoris Ludovici XIII, *des Iveteaux* uxorem ait fuisse citharædam, quæ cum fratre, qui per tabernas cum lyra ambulare sueverat, sæpe pastoritio habitu induta, coram marito decantaverit versus ab ipso compositos: ipsum vero morti vicinū suave quippiam ludere uxorem jusfisse, quo beatius exspiraret. Satyræ Gallicæ *le Catholicon d'Espagne* plures esse autores, titulum & ordinem dedisse le
Roy,

Roy, Rothomagensis, vericulos vero deberi Nicolao Rapino, testatur. De Andrea Du Chesne refert, eum nobilis cujusdam p. 196.
Turonensis spurium, genealogias familiarum illustrium veritati profus consentaneas, & in his familiarum *de Dreux* in gratiam Richelii, cui cum ea fuit cognatio, conscripsisse, tandemque singulari fato fuisse extinctum: nam cum in prato quodam suo fœnum colligi curasset, redux inde ex ipso curru fœno onusto decidit, rotaque corpus subeunte quassatus expiravit. Omittimus, quæ de avaritia Capellani pag. 226 & 230 memorat, quæ & ipsa mortis illi causa fuit; nec moramur clavem Satyræ, *Principissa Paphlagonia* dictæ, & ad finem opusculorum adjectæ, quam Noster accuratam suppeditat p. 218 sequi.

BERNH. SEB. CREMERI, B. F. S. S. THEOL.
D. & Prof. in Acad. Harderovic. *Prophético-typicarum
Exercitationum ex Vet. Test.
Tetras.*

Amstelodami, apud Jansonio-Waesbergios, 1723, 4.

Alph. 2 pl. 3.

Altera hæc est pars prodromi Typici, cujus partem primam in Supplementorum nostrorum Tom. VIII Sect. I p. 8 seq. recensuimus, quamque tertia mox insequetur. Autor enim promissi sui memor, quatuor hic iterum Dissertationes, ad studium typico-propheticum persequendum, sacratorum literarum cultoribus dijudicandas exhibet, quarum primam de *Servis* ad Exod. XXI, 1-11 coll. Deut. XV, 12-18 & Levit. XIX, 20, secundam & tertiam de *die magno expiationis* ad Levit. XVI, 1 seq. & Num. XXIX, 7-11, & quartam de *aridorum ossium resurrectione*, ad Ezech. XXXVII, 1-14, eadem methodo, qua in prima parte usus est, conscripsit, ita scilicet, ut in singulis commentarium literalem præmittat, illique commentarium mysticum, sive applicationem typorum, ex sua sententia adornatam, subjungat.

In præfatione tria ex his quoque dissertationibus lectores
Y perceptu-

Percepturos esse sibi persuadet: & quidem ex prima, in typis materiam a forma non esse distinguendam, sed omnes circumstantias, omnia prædicata expendenda, & exinde subjectum typicum demonstrandum: ex secunda & tertia, temere Judæorum traditiones ad genuinam legis Mosaicæ notitiam acquirendam consuli, atque traditiones omnes probe examinandas, an cum litera legis Mosaicæ conveniant, nec ne, hocque nomine vel recipiendas vel rejiciendas esse; imo legem Mosaicam optime explicari posse, etiamsi quis ritus, qui sub templo primo vel secundo in usu fuerunt, profus ignoret: & denique ex quarta, summæ esse utilitatis, typos admittere propheticos, atque ex prædicatis magnificis colligi posse, rem quandam subesse spirituales, de qua prædicata, non pauca tantum, sed omnia mystice explicanda. Sensum vero mysticum in sensu literali fundatum, & ei conformem esse debere, eandemque rem in diversis typis alio atque alio cum fructu repræsentari, bene monet; typos etiam se explicare ex systemate Theologiæ, quod sibi formavit, non dissimulat. Præfationi annexæ sunt quædam epistolæ de metamorphosi præteris in serpentem æneum, ab Autore in partis prodromi sui primæ dissertatione tertia magno molimine asserita: atque hanc expositionem Autoris admodum obtortam esse & violentam; imo ipsi verborum potentia & narrationi Mosaicæ contrariam; novamque hanc fictionem ad figmentum de serpente æneo, typo diaboli, stabiliendum, tantum excogitatum esse; & licet nullum dogma fidei nostræ per istam sententiam in aliquod discrimen veniat, non licere tamen ita torquere verba Dei, addere, demere, usque dum hypothesi respondeant, in epistolis, sententiæ Autoris oppositis, erudite & candide demonstratur: quæ vero ab Autore in epistola sua apologetica, ad propugnandam sententiam ipsius proferuntur, quæve ultimæ epistolæ subjiciuntur exempla, *σύγχυσις* in textu biblico, præsertim historico, absque urgente necessitate admittendam esse, aliis non facile probatum dabunt.

Ex ipsis Dissertationibus ut pauca quædam annotemus, in Dissertationis primæ commentario literali, de servitute & variis servorum generibus, de servo Hebræo anno Sabbatico ab
hero

hero suo gratis & liberaliter dimittendo, de conjugio servi ad sex annos contracto, de perforatione auris ipsius, & denique de filia Hebræa minorenni, & patria potestate sub conditione conjugii cum hero, aut ejus filio vendita, multa egregie & prolixè disputantur. In commentario autem mystico hanc quoque legem esse typicam, ex fundamento hujus legis, quod typicum est, redemptione scilicet populi Israelitici ex Ægypto, nec non ex variis circumstantiis particularibus, dum it confirmatum, verba Davidis Ps. XL, 7 simul illustrat, & contra Vitringam, hoc loco non ad servum Hebræum auribus subula perforatis servituti voluntariæ se addicentem, sed ad hominem magnis patulisque auribus præditum alludi opinantem, vindicat. Deinde argumentum antitypicum ita exponit: (1) ad Exod. XXI, 2-3 Israelitas a Mose in servitutem ita redactos, ut dominium quoddam in ipsos nactus sit, & propter furtum adversus Deum commissum, *μοσχοποιίαν* puta, ad sex annos sive periodos a Mose ad Joannem baptistam usque venditos, in servitute fuisse: septimo autem anno, i. e. tempore Nov. Testam. gratis absque ulla propria dignitate, & discrimine personarum, omnique magisterio prorsus sublato, bonis affluentes spiritualibus, in libertatem exire debuisse, quantumvis hoc nonnullis durum & inauditum videretur: (2) ad v. 4-6, Herum, i. e. Deum Patrem servo, i. e. filio suo, ecclesiam Israeliticam, quæ inde a Mose serva facta, quemadmodum ratione originis peregrina fuit, per fœdus Sinaiticum desponsasse, hancque uxorem in statu servitutis filios & filias peperisse: servum vero, cum liber exire potuisset, Dominum suum Deum patrem, uxorem & liberos amasse, & finito sexennio V. T. ad novam sese servitutem in carne humana subeundam obligasse; ideoque ad januam Domini sui adductum esse, auribus subula perforatis, i. e. circumcisione accepta, quæ signum erat distinctivum Israelitarum, & symbolum servitutis ac fœderis cum Deo; tumque serviisse in æternum, i. e. usque ad mortem: (3) ad v. 7-11, ancillam Israeliticam, filiam minorennem, designare ecclesiam patriarchalem, ex patria potestate, in Patriarchis conspicua, hero, i. e. Deo Patri venditam, & in obsequium traditam; hanc desponsatam quidem esse hero,

Deo Patri & ejus filio; sed statim displicuisse; attamen ut promissa, patriarchali ecclesie facta, servarentur, herum sive Deum ecclesiam ex Ægypto redemisse, nec populis extraneis, sed proximis cognatis, Mosi scilicet & Aaroni, & deinceps Levitis aliisque popularibus vendidisse &c. Hanc explicationem typicam cum textu Mosaico si quis contulerit, prædicata nonnulla, præsertim commatis 3, ab ipso Autore prætermittenda; potro alium statui servum v. 2, alium rursus v. 4; & denique Christum, modo tanquam servum, modo tanquam filium respici, animadvertet, quæ cum regulis ipsius Autoris non convenire videntur.

In altera Dissertatione Autor analysin Lev. XVI, 1-34 præmittit, addito statim sensu mystico, ubi in commentario literalis, Nadabum & Abihu statuit eodem tempore, quo Moses & Aaron in tentorium conventus, vel potius in ipsum aditum se receperunt, ad tentoria sua abiisse, & plus Siceræ aut vini, quam oporteret, hausisse, quod ex eo colligit, quia hac occasione lex lata fuisse videtur de non bibendo vino vel Sicera ante rem sacram peractam, atque ex tentoriis suis propria accepisse thuribula, ut ita suum quoque ministerium suspicarentur; ignem ergo alienum, i. e. aliunde, quam ex altari æneo defumtum, adduxisse coram Jehovah, & forsitan pro ea, qua erant imprudentia & temeritate, in Sanctum Sanctorum penetrare voluisse, igne ex nube ignea exeunte enecatos. Deinde Vitrinam refutat, qui nubem igneam diutius non durasse dicit, quam ad introitum in terram Canaan: & Aaronem non ter, nec quater, sed quinquies, nempe (I) ad suffitum adolendum, (II) cum sanguine juvenci, (III) cum sanguine hirci, (IV) cum sanguine arietis pro semetipso, (V) cum sanguine arietis pro populo in holocaustum offerendi; itemque in vestibulis aureis Sanctum Sanctorum ingressum esse, contra Judæos & Judaizantes affirmat. Sic etiam de vestibulis Pontificis lincis, de Azazele, per quem cum Spencero diabolus intelligit, de aureo thuribulo, de unctione Pontificis &c. copiose satis disserit, rejectis fere semper traditionibus Judæorum. Quæ vero ratione totam legem Mosaicam de die expiationis ad redemptionem per Christum factam applicet, ex commentario ejus mystico quoad omnes & singulas circumstantias recensere nobis non

his non licet. Unam atque alteram ut paucis attingamus, Autor per hircum emissarium non Judæos reprobos, nec electos Hebræos, vel Apostolos, & in specie Paulum, quæ Bernh. Petri Karlii sententia est, in Bibl. Brem. Class. VI p. 122 exposita, & hic modeste rejecta; sed Christum in relatione ad diabolum figurari tradit: & propitiatorium semel aspersum, fundamentum throni gratiæ divini esse unicum, in Justitia Christi ut erectum, ita suo tempore stabilitum: arcam vero septies adpersam, corpus electorum indicare, contendit, in cœlis conscriptorum, perfectum & absolutum jus in tempore a sanguine Christi acquiritur, septenario numero pro absoluto accepto. Atque hac ratione multa egregie dicuntur; nonnulla tamen immisceri nimis longe petita, & evidentissimis Sacri Codicis testimoniis contraria, vel exinde cognosci potest, quod expiationem semper ad solos electos restringat, & inter alia Remonstrantes, Christum pro omnibus mortuum prædicantes, hoc argumento refutari posse, tantum non gloriatur, quia Aaron pro certis & distinctis hominibus, videlicet pro se, domoque sua, & pro filiis Israelis victimas offerre debuit, ut NB. Christum pro electis passurum figuraret. Quantum vero ponderis huic argumento insit, verbum promissionis diviniæ magis quam typum spectantes latere non potest.

In tertia Dissertatione, quæ omnium brevissima est, & tantum commentarium mysticum continet in Num. XXIX, 7-11, Autor unum juvenicum, unumque arietem Apostolorum, & septem agnos, fidelium novi fœderis typum esse arbitratur; & in ultima Dissertatione verba Ezechielis Cap. XXXVII, 1-10, in commentario literaliter exposita, in mystico primum ad gentem Israeliticam ex Babele, & deinde ad ecclesiam Nov. Test. ex Babele mystica liberandam, applicat; nempe domus Israelis sua primum habuit ossa, i. e. personas & familias, suos nervos, venas & arterias, i. e. doctores & ductores, suam carnem, i. e. potentiam, facultates, opes & milites, suam cutem, i. e. terram Canaan, qua conclusa erat, suum spiritum, i. e. fidem & caritatem, qua animata fuit: Republica vero Israelitica collapsa, periit primum spiritus vitalis, fides & caritas; cutis detracta, quoniam ex

Canaan in Assyriam & Babyloniam demigrandum fuit; caro avulsa, amissa gloria & potentia; nervi sunt succisi, veris doctoribus abreptis; ossa denique dissipata & projecta, familiis passim dispulsis dispersisque. Cum vero spes Judæorum decollasse videretur, os ad os, familia ad familiam appropinquabat; accedebant nervi, doctores & gubernatores; induebatur caro, robor & gloria; cutis, terra Canaan, restituebatur; & spiritus, sive vita in fide & caritate actiosa, denuo excitabatur. Pari ratione in hac prophetia ad reformationem ecclesiæ Nov. Test. ex Babele mystica applicanda, per ossa intelliguntur membra & particulares ecclesiæ, per nervos doctores & ductores, per carnem robor & facultates, per cutem, professio fidei & disciplina, vel etiam mystica terra Canaan & Hierosolyma, per spiritum vitalem, vinculum fidei & caritatis. Hæc omnia sub Babele mystica quidem amissa; in reformatione tamen feliciter restituta fuerunt. Ut vero benignissimum numen defectus præsentis ecclesiæ ipsemet refarcat, novum in nobis Spiritum creet, nosque in dies & sapientiores & meliores reddat, cum Autore pie precamur.

JO. LAUR. MOSHEMII, P. P. O. PRIMITIÆ Julæ: I de Christo unico Theologo imitando Oratio, II de felicitate eorum, qui pura mente sunt, ad Matth. V, § Commentatio, III de vi argumenti, quod a tuto ducitur in Theologia, Dissertatio.

Wolfenbüttele, apud Jo. Christophorum Meißnerum, 1723. 4.

Plag. 19 $\frac{1}{2}$.

QUam summe Reverendus Autor Kiloniæ de se excitaverat doctrinæ laudem, eam nuper Helmstadium, ut munere Doctoris Theologi fungeretur, delatus, his ipsis Scriptis egregie tuetur. In præfatiuncula inter alia vel ex commentatione de puræ mentis felicitate patere posse pronuntiat, mentem suam non satis cepisse, a quibus sit accusatus, quod a sacrarum literarum interpretatione, quicquid est alienæ elegantiorisque literaturæ,

turæ, remotum velit. Et hæc ipsa de *pura mentis felicitate* ad Matth. V, 8 *Commentatio* primum hic locum occupat, in qua generatim observat, Salvatorem hanc orationem in montibus habitanti Judæorum de beatitudine judicii opposuisse, deinde communem in orbe terrarum antiquitus fuisse opinionem, nihil corpore puro & integro esse Deo acceptius, ideoque lotionibus & purgationibus operam esse dandam, ut Deorum visio, quæ, si veteres audias, in divinarum rerum cognitione, sin recentiores, in Deorum apparitione posita, impetretur. Ut hanc opinionem apud gentes obtinuisse probet, mysteria eorumque interpretes, ut & Pythagoram Platonemque producit, qui tamen simul purgationis, quæ est mentis, rationem habuerint, & recte se gerentibus non tantum conspectum consuetudinemque geniorum, sed etiam cum summo Deo familiaritatem promiserint. De Judæis vero ita agit, ut pro varia Deum videndi ratione, quæ vel sacris interesse, vel res divinas nosse, vel Dei conspectu frui notet, corporis lotionem iis necessariam judicatam fuisse tradat. Tum ad hæc verba: *Beati puro corde, quia ipsum Deum videbunt*, propius accedit, & ut generatim eam Dei visionem vult intellectam, quæ in hanc vitam cadit, & veram Dei rerumque divinarum cognitionem, & quæ ex ea fluit, animi tranquillitatem continet, speciatim vero illius rationem hic haberi existimat, qua Jesus filius Dei agnoscat & colatur, cujusque beneficio consilium Dei de servandis hominibus percipiatur: ita purus animus eidem ille est, qui nullis majorum opinionibus, nullis sectæ studiis, nullis præceptorum dogmatibus, nullisque commotionibus rationi inimicis impediatur, quo minus veritatem allatam cernat, & qui, quantum per vires humanas licet, ab omnibus, quæ vim divinæ lucis infirmant, sese purgavit sordibus: ubi simul addit, utriusque facultatis mentis, cum intellectus, tum voluntatis, purgationem innui. Ac ut eo melius de oraculi hujus a Salvatore prolati sensu constet, illud ita *παρηγορέζεις: vos, Judæi, generatim eos fortunatos pronuntiatis, quos corpus sordibus inquinatum a sacris baud arceat, præterea etiam, qui sapientiores cæteris videri vultis, hac gentium fascinati estis superstitione, ut lotionibus & purgationibus corporis pietatem absolvi, & animam*

major em

*maiores adipisci perspicacitatem ad res divinas & veritatem cognoscendam existimetis. At si unquam alias, hic profecto perverse & misere judicatis. Illi enim demum felices predicandi, qui id sibi datum putant, ut mentem falsis sententiis majorum, erroribus & criminum amore, quantum fieri potest, liberent. Qui quidem si id fecerint, in me Deum facile videbunt, caelestem doctrinam meam originem non ignorabunt, seque ita reddent idoneos ad majora bona & caelestem gratiam impetrandam. Unde postea hoc elicit dogma: Qui morbis caret animi, ei praesentia & divinitas Christiana religionis non amplius obscura erit. Nec veritati divina cognoscenda quisquam, nisi is, aptus est, qui animo probe purgato ad eam accedit. Extremo ea, quae protulit, ad nostra tempora applicat, & juvenibus studiorum causa Helmstadii commorantibus ea, quae a se expectanda sint, aperit. Habet hinc commentatio quasdam notulas, in quarum una varias hujus loci expositiones adducit, in alia de Platonica philosophia differit, in alia suam hujus oraculi expositionem tuetur, seque cum iis, qui receptiorem approbant, haut pugnaturum esse, profitetur. Post commentationem comparat II Oratio de Christo Theologo imitando, in cujus exordio aperit causas, quibus inductus hoc argumentum tractandum selegerit. In tractatione primum Christum doctorem rerum caelestium fuisse, aliosque eum imitatos esse, atque eosdem ab aliis laudatos, edisserit, quod recte fieri probat, quia nullum imitandi exemplar eo perfectius extet, & ejus sit, qui ei succedere velit, ut sese totum ei tradat, prout idem ab antiquorum Philosophorum discipulis sit factum, nihilque magis rei sacrae commodis quondam obfuerit, quam quod divini coetus doctores, sanctissimis Christi institutis & moribus neglectis, vel suis inventis vel aliorum praecipis sint obsecuti. Hinc ad ejus dotes prorsus singulares accedit, eumque omnia consilia & facta ad Dei gloriam retulisse, ad captum auditorum se applicasse, dicendi genere plano & aequabili esse usum, nihilque, quod veterum doctorum placita redoleat, suae doctrinae adjunxisse, ex quibus ejus virtutes mirifice eluceant, ostendit. Tum eundem auditores ad S. Codicem consulendum ablegasse, & se in tradendis cum dogmatibus tum morum praecipis, & in refel-
 lendis*

lendis falsorum doctorum erroribus recte gessisse docet. Ac simul vehementer dolet, succedentes ei in suo coru doctores, non ipsum sed alios homines in dignitate vel inter gentes vel inter Christianos constitutos, & vel scientia vel sanctitate claros, imitatos esse, qua ratione cœtui divino ingens damnum sit illatum. Extremo in conclusione non tantum in ea persistit sententia, cujusvis Ecclesiæ doctoris esse Christum imitari, etsi eum assequi nequeat, sed etiam in id omni studio incumbit, ut Auditorum præsentium tum Senum seu Collegarum tum Jüvenum animos sibi conciliet, quibus simul aperit, qua ratione factum sit, ut Kilia relicta consensioneque a Rege Daniæ, qui eidem magni momenti munus jam clementissime obtulerat, impetrata, officio, quod adeat, sit præfectus. Huic quoque orationi subjunctæ conspiciuntur notæ, in quarum una, se commentarium de donis veterum Christianorum miraculosis meditari aperit, & in alia, Whistonum statuisse, æternitatem Dei Patris nec a parte ante nec a parte post ex S. Codice confirmari posse, miratur. Est & quædam, in qua optat, ut quis de priscorum Christianorum ritibus ita commentetur, ut ostendat, quinam a Judæis, quinam a gentibus recepti, & quinam a doctoribus inventi sint; dolet etiam in alia, Godofredo Oleario nostrati historiam, quam de sensu allegorico ex profanis sacrisque monumentis eruendo meditata sit, per fata non licuisse perficere. Orationem subsequitur III *Dissertatio*, quæ *argumentum* quod in Theologia a tuto ducitur, sub examen vocat. Positum autem illud in eo esse notat Cl. Autor, ut doceatur, præstare, credere esse Deum, & Christum esse Dei filium generisque humani liberatorem, quam illud negare. Id primum protulisse Arnobium, deinde idem placuisse recentioribus Christianæ religionis defensoribus, Pascualio Arnoldo, Tillotsono, & Gasterello, tum illud ad controversiam, quæ inter Clarckium & Whistonum de Trinitate & divinitate Christi fuerit, dirimendam applicasse Armandum de la Chapelle, tandemque eodem ad persuadendam aliis auctoritatem Rom. Pontificis & Ecclesiæ Pontificios scriptores esse usos, ut ex Volusio constet, imo Jurieum, se eo inductum esse, ut mysteria crederet, aperte profiteri, refert. Quamvis autem hæc ar-

gumentandi ratio jam ab Ill. Com. Shaftesburio & Cl. Pfaffio impugnata sit, attamen etiam Cl. Autor, quid sibi de eo videatur, cum cura in hac dissertatione exponere statuit. Quod ut recte fiat, duo sibi præstruenda esse censet, quorum alterum, credere esse nihil aliud, quam rationibus sive veris sive fictis persuasum esse, rem quandam ita se habere, uti animo concepta est; alterum vero, tria ab eo, qui rem quandam credere velit, requiri, quorum primum, ut rem ipsam intelligat, alterum, ut eam veram esse judicet, extremumque, ut argumentum quoddam, cur eam veram esse velit, in promptu habeat. Tum, ut argumento a tuto nullum momentum pondusque hæsse ostendat, sibi videtur dicendum esse, & argumenta ad dogma quoddam vel confirmandum vel oppugnandum esse revera paria, & rem illam ejus esse naturæ, ut nihil certi, de ejus vel veritate vel falsitate existimare liceat, eam tamen sine rationibus credi posse, esse item nexum inter dogma & rationem, ubi non est, ut in his: Deus est, nam tutum est Deum credere; & rationi esse consentaneum, ut intellectus, tametsi æquali rationum pondere prematur, in alteram tamen partem propendere, nec assensum cohibere debeat, quæ omnino absona sint & absurda. Concedit, esse homines, qui etiam si, quid sequi debeant, haud vident, nonnunquam tamen ad id agendum se accingant, sed tamen monet, his libertatem voluntatis, quæ in intellectum plurimum possit, imperare, sibi vero non de sententiis, ut in voluntatem influant, verum ut sub unius intellectus potestatem cadant, quæstionem esse. His exemplo illustratis summum nostræ ætatis Philosophum Malebranchium producit, & maximopere miratur, eundem argumento a tuto ducto causarum secundarum impotentiam, Deique ipsius in rebus omnibus operationem confirmare voluisse. Hinc descendit ad res sacras, & tradit, oportere hujus argumenti Patronos statuere, esse quædam dogmata ad salutem consequendam necessaria, quæ verane sint an falsa, nullius ingenium dijudicare valeat; id quod sapientiæ bonitatisque Dei repugnet: ut & concedere omnia illa felicitatis & religionis principia, Deum esse, Deum rebus humanis providere, Jesum esse Dei filium, in utramque partem paribus argumentis agitari posse, qua ratione ab eo,

ab eo, qui ad religionem stabiliendam feratur, ad existentiam Dei impugnandam, arma Atheo subministret, qui ita ratiocinetur: Deus sit, an non sit, nullis argumentis extra dubium collocari potest, igitur an credam, esse Deum, an negem, perinde erit; claram enim & evidentem oportet esse veritatem, quam repudiare nefas. Transit postea ad eos, qui hanc rationem afferendam censent, ubi sibi res est cum iis, quibus argumenta, ad rem quandam confirmandam prolata, paria tantum videntur, quos tamen etiam peccare, & de intellectus humani indole & assensum impetrandi ratione minus recte sentire, ideo iudicat, quod fidem sine rationibus in homine producere velint, robustiora præfidia negligant, & se periculo & difficultatibus offerant. Aggreditur deinceps Gasterelli pro veritate religionis Christianæ argumentum: quod magnam mihi, si negem, calamitatem, si admittam, felicitatem spondet, id obligationem credendi habet; idque variis rationibus destruit, & ad quævis falsa defendenda aptum esse pronuntiat. Etsi vero Cl. Autor hoc argumentum ex numero eorum, quæ ad veritatem dogmatum confirmandam faciunt, prorsus exemptum velit; eidem tamen locum in iis, quibus voluntas commovetur, & ad agendum excitamur, assignat. Assentitur illi, qui ita ratiocinatur: quod cum nullo prorsus conjunctum est periculo meo, id alteri præferendum est, unde meis rationibus aliquid fortassis molestiæ & calamitatis exoriretur; ac id genus argumentandi producendum esse existimat, ubi is adest, qui plane nullam religionem ob controversias, quæ de ea sint, credit, vel de eadem pro lubitu vult statuere, eique, ut e veterno excitetur, indicandum, ferendam esse hanc inertiam, si versaretur iis in rebus, quarum nec negatio nec affirmatio ejus saluti obsit aut proffit; cum autem hic consultetur de dogmatibus, quæ ejus ponderis & momenti sint, ut earum negatio & ignoratio salutis jacturam secum ferat, si vera sint, necesse esse, ut antequam aliquid statuat, aut nihil statui posse decernat, accuratissimo examini utriusque partis argumenta subjiciat. Deinde idem argumentum utile esse ad corrigendos eos, qui ponderato paulisper religionis negotio, aut dubitationem loco tranquillitatis concipiunt, aut ad deteriorem

partem propendent, quibus significandum, fieri potuisse, ut in subducendis ejus rationibus quædam neglexerint; & cum religionis contemptus infinitos cruciatus secum ferat, tutius esse compositis & honestis moribus operam dare, quam cupiditatum vincula rumpere. Ad extremum notat, ex mente Leibnitii & Clarckii hoc argumentum saltem habere potentiam moralem, commendatque simul eos, qui excellentiam & præstantiam religionis Christianæ in suis libris persecuti sunt, finemque, quem in hoc argumento tractando respexerit, explicat. In notulis, quas & hic legere licet, quædam habentur, tum de Comite Shaftesburio, cujus epistola de Enthufiastico & Gallice & Anglice extat, tum de Equite Anglo, qui Clarckio fassus fuerit, se, tametsi omni studio in id incubuerit, ut in eo, quod profus ita fit, quemadmodum de religione tradatur, confirmaretur & ad veritatem persuaderetur, tamen tantum probabilia, non vero demonstrativa invenisse argumenta, quæ vero, ut Cl. Autor monet, eidem a Deo petenda fuerunt, qui sua gratia animum reddit confirmatum; tum & de quæstione, an impietatis magister sit atheismus? nonnulla afferuntur.

REFLEXIONS SUR LES REGLES ET SUR
l'Usage de la Critique.

hoc est,

MEDITATIONES DE REGULIS ET USU
Artis Criticæ, Autore R. P. HONORIO DE
S. MARIA, Carmelita.

Tomus III.

Lugduni, apud Andream Molinum, 1720, 4.

Alph. 3 pl. 2.

Postquam primum hujus Operis Tomum A. 1714 pag. 145, & secundum Suppl. T. VII pag. 49 admodum copiose recensuimus, ubi & quædam de Autoris instituto & acumine critico diximus; brevior nunc esse debet tertii hujus Tomi recensio, in quo φιλοπονία suam novo specimine declarat Autor,
non

non deterritus censuris acutiorum Gallorum, de quibus in Præfatione queritur. Pergit nimirum traditiones ecclesiasticas a maximi nominis Criticis impugnatas defendere, & quidem suscepta persona Critici: ut adeo mirum sit, hoc Opus non inscriptum esse *Criticam orthodoxam atque Catholicam*. Continet autem præsens Tomus, qui nondum ultimus esse videtur, septem Dissertationes: quarum *prima* copiosissime Autor ostendit, non posse ex principiis Astronomicis & Chronologicis definiiri annum, mensem ac diem moris Christi; confugiendum itaque ad Traditionem, ac ratiunculis scriptorum nostræ ætatis anteponendam esse autoritatem Ecclesiæ, non autem imminui oportere reverentiam Patribus Ecclesiæ debitam. Statuit proinde, Jesum natum esse anno Juliano XLIV, mortuum anno Juliano LXXIV d. 25 Martii, anno æræ vulgaris XXIX, cum his in terris versatus fuisset annos circiter triginta. Ceterum cum huic Traditioni obstare videatur Irenæus, alicubi scribens, Christum quadraginta annos excessisse, Noster, illum Irenæi locum aut suppositum esse aut depravatam, contendit.

p. 1. 118.

110.

Secunda Dissertatione potissimum agit de benedictis cereis Paschalibus, & Agnis Dei, quos vocant: quorum antiquitatem strenue defendit. *Tertia* de prisca Liturgia disputat in administratione S. Cœnæ usurpatis. Concedens, initio liturgiam fuisse simplicissimam, nil complexam præter Orationem Dominicam & verba consecrationis, postea eam amplificari cœpisse ostendit. Producens hinc liturgiam sub Jacobi nomine exstantem, eam statuit fontem omnium liturgiarum Orientalium. Haud quidem sustinet Jacobum Apostolum habere pro ejus Autore; illud tamen statuit, praxin hujus Apostoli occasionem dedisse concinendæ isti liturgiæ, eamque vel vertente primo vel ineunte secundo sæculo fuisse compositam. Hinc progressus ad Latinæ Ecclesiæ Liturgias, diligenter disputat singularibus Capitibus de Missa Romana, de Missa Gallicana, de Liturgia Mozarabica, de Liturgia Africana, de Liturgia Anglicana, denique de Missa illa Latina, quam primus edidit Flavius Illyricus. Ac de hac quidem copiosissimum se præbet, ejus antiquitatem propugnans, eamque statuens confectam fuisse sub initium quinti vel sub finem

119.

155.

212-257.

quarti sæculi, docens etiam, eam esse fontem omnium Liturgi-
giarum Ecclesiæ Occidentalis.

p. 258.

Quarta Dissertatione ostensum it, inde a temporibus Apo-
stolorum sacra in templis Christianorum celebrata non fuisse, ni-
si vel Hebraico sive Syriaco sermone, vel Latino, vel Græco.
Qua occasione de titulo crucis Christi disserit, eumque Romæ
adhuc inter sacras reliquias extare ostendit, simul docens, cruci
Christi omnino affixum fuisse *suppedaneum*. Reverfus hinc ad
superiora, contendit, quatuor prioribus post Christum natum
sæculis codicem N. T. non fuisse traductum in linguas vulgares,
nec tum Græcam linguam omnibus fuisse intellectam. Dein-
ceps respondet vel potius respondere conatur iis, qui docent, an-
tiquissimis temporibus sacra celebrata fuisse lingua populari.

325.

Quinta Dissertatione doctissimus Autor agit de reliquiis
Christi, ac primo quidem de ejus sanguine. Ubi fatetur, haud
posse probari, sanguinem illum, qui hodie inter reliquias sacras
multis in locis monstratur, esse verum Christi sanguinem, in
ejus venis olim contentum. At illud sibi sumit probandum,
emanasse eum miraculose ex hostiis ab uno atque altero Judæo
impie perfossis. Pari modo de lacrymis Christi adhuc residuis
censet. Scilicet nullas putat superesse lacrymas ex oculis Christi
emissas: eas vero, quas nunc veneratur ecclesia Catholica, ef-
fluxisse credit e statuis Christi crucifixi. Hinc de columna dispu-
tat, cui alligatus fuit Christus, eamque superesse, facile sibi per-
suadet, refellens etiam secus sentientem Bailletum. Tum de lan-
cea agens, qua sanctissimum Christi latus perfossus fuit, rursus
refutat audaces Criticos, Simonium & Bailletum, vulgarem de
historia istius lanceæ traditionem irridentes pariter & impu-
gnantes.

382.

Sexta Dissertatione de aliis reliquiis sacris ita disputat, ut
primo copiosissime adducat causas aliquot dubitandi de veritate
plerarumque reliquiarum: inter quas non omittit Scepticismum
Criticorum, de quibusdam reliquiis justo audacius dubitantium,
e. g. Thiersii, Bailleti; deinde certas ponat regulas, secundam
quas veras reliquias putat facile discerni a subditiis. En regulas
illas! prima hæc est: Fides haberi debet diptychis ecclesiasticis,
itemque

MENSIS APRILIS A. MDCC XXIV. 183

ætemque titulis, qui reliquiarum vasculis reperiuntur affixi. Altera: quæ reliquæ confirmantur testimonio hominum fide dignorum & constanti alicujus Ecclesiæ traditione, eæ sunt veræ. Tertia; miracula & revelationes certissime probant, reliquias esse authenticas. Quarta denique: Reliquiæ ab Episcopis examinatæ & approbatæ sunt veræ reliquæ.

Septima Dissertatione Autor tria illustria Ethnicorum de Christo testimonia expendit. Ac primo quidem pervulgatam illam de morte Panis magni narrationem contendit esse prorsus falsam. Secundo loco Acta Pilati ejusque ad Tiberium de Christo epistolam defendit tanquam monumenta *γνήσια*, ac dissentientium argumenta confutanda suscipit. Postremo Josephi de Christo testimonium nixus traditione perpetua defendit pro genuino, ac sigillatim refellit rationes in contrarium nitentis Richardi Simonii. P. 452. 464.

Appendicis instar exhibetur ab Autore nostro singularis Dissertatione de Inscriptione quadam picturæ cuidam, quæ faciem Christi repræsentat, adjecta. Harduinus, Græcam eam esse contenderat. Mabillonius, ignotas sibi has esse literas, ingenue fassus erat. Noster, edoctus a Moscis nonnullis, non dubitabat, literas esse Moscoviticas, & ita Latine reddi: *Imago Domini in sudario*. Id nunc denuo confirmat Illustrissimi Kurakini, Legati Russici, liquidissimo testimonio, aliorumque ejus nationis hominum. Suam hanc sententiam deinceps tuetur ab Harduini objectionibus, ejusque conjecturam pluribus oppugnat.

HISTOIRE DE L'AMERIQUE SEPTENTRIONALE, divisée en IV Tomes.
hoc est.

HISTORIA RERUM IN AMERICA SEPTENTRIONALI per Gallos gestarum, Autore DE BACQUEVILLE DE LA POTHERIE.

Tomi IV.


Parisiis

Parisiis, apud Joh. Lucam Nion & Francisc. Didot, 1722, 12 maj.


Alphab. 2 pl. 10 Fig. æn. 17.

Autor hujus historię, natus in Guadelupa, Insula ex Americanis & Antillanis una, iter suum & expeditiones, quibus in septentrionali America interfuit, describens, subinde veterum Poetarum Latinorum flores insperfit, ne nescii essemus scilicet, etiam in ipsa America scholas, quas vocant, humanitatis apertas esse. Prima expeditio, quam narrat, suscepta est a Gallis contra fortalitiium, *Nelsoni* ab Anglis dictum. Solverunt Gallicę naves *Rupellis*; & in transitu appulere ad Insulę *Terra Novę* urbem *Placentiam* a Gallis possessam. Qua occasione de destructione coloniarum Anglicanarum in eadem Insula existentium fere omnium, A. 1696 duce Ibervillio per Gallos facta, exponitur, & præparatio ac captura asellorum, quam in illis maribus copiosissimam esse constat, accurate describitur. Ipsum fortalitiium *Nelsoni* vel *Borbonium*, ut a Gallis dicitur, situm est in interno recessu sinus *Hudsonii*, loco ad mercaturam pellium in gentibus Americanis septentrionalibus exercendum comodo, idemque illa expeditione 1697 Anglis, hyeme quamvis sævissima, ereptum est vel potius ab eis vindicatum. Nam primos, qui interiora sinus ejus adierat A. 1656 se fuisse contendunt Galli, dein cum ex suis quidam ad Anglos transiissent, hos ab iis in eadem loca deductos confedissee ibidem 1663. Sed eadem a Gallis repetita esse 1678, constructumque fortalitiium *Borbonium* dictum, quod cum postea ab Anglis occuparetur, nomen *Nelsonii* acceperit. Inde hoc non solum fortalitiium, sed & reliqua loca, in quibus Angli confederant, *Monsipi*, *Fortalitiium Ruperti*, *Kichichouanne*, nunc in Gallorum nunc Anglorum potestate alternante fortuna extitisse, memoratur, constatque tandem pace Ultrajectina omnia in pristinum restituta. Hanc narrationem sequitur expositio de moribus barbarorum hujus tractus, nec non eorum qui *Esquimaux* dicuntur, prout reliqui hujus orbis incolę, sola venatione viventium, quod ager frumento fructibusque ferendis ob frigus ineptus: nec non luculenta descriptio regionum ad fl. *S. Laurentii*, quę proprie ad *Canadam* relatę, coloniis Gallorum

lorum frequentantur, habentque præfecturas *Quebeci*, *Trois Rivieres* & *Montreal*. De commerciis *Quebeci* agitari solitis notandum, ea exerceri maxime mensibus Augusto, Septembri, Octobri, quibus naves ex Gallia præsto sunt, cessare dein usque dum copia nivis satis magna sit, quo tempore ope traharum commercia cum indigenis continuantur. Cum de moribus barbarorum, qui confines sunt hisce regionibus, fusissime differitur, memorantur & progressus, quos faciunt Missionarii Romani in convertendis barbaris insignes, quique eo magis sunt mirandi, quod etiam inter *Iroquenses*, Gallorum inimicissimos, non pauci ad Evangelium perducti, atque ad relinquendam patriam sedesque inter Gallos figendas permoti deprehendantur. Quin & Sanctos Sanctasque daturæ aliquando videntur etiam hæ regiones, quandoquidem memoratur *Catharina Tekakouita*, *Iroquensis*, in odore sanctitatis decessisse. Sed in animis quorundam conversione ipsorum non magnam immutationem esse factam, apparet ex historia lepida alicujus ex primariis *Iroquensium* converti, qui in agone constitutus, cum a Missionario admoneretur, ut fiduciam collocaret in Christo, quem Judæi crucifixissent, *Utinam*, inquit, *ibi tunc fuisset præsens, mortem certe ejus ultus essem ab illis, & cutem cum capillitio cranio illorum detraxissem*. Est enim hoc in more positum *Iroquensibus*, ut cæsis in victoriæ signum cutem de cranio cum capillis detrahant. Initium vero potentiæ bellicæ, qua nunc *Iroquenses* omnibus terribiles sunt, hoc fuisse perhibetur. *Algonkini* nempe, nobilissima ceterarum gentium hujus tractus, sed venationi assueta, & agriculturam dedignata, *Iroquenses*, qui in tuguriis suis desidere vel agros colere sueverant, in societatem suarum venationum admiserant, contentos quidem ab ipsis & rusticorum loco habitos, sed sibi de frumentis per hiemem provisos. Ceterum bajulorum fere & fervorum officia cum aliquandiu ipsis præstitissent *Iroquenses*, accidit, ut perfide ab *Algonkinis* quidam ex *Iroquensibus* trucidarentur. Hi ergo, ut sibi satisfaceret, more horum barbarorum, qui injuriam uni illatam, tanquam integræ genti factam ulciscuntur, petierunt. Tum contemptim eos habere *Algonkini*, imo tanquam rebelles & pertinaces bello persequi instituerunt. Sed,



MICROCOPY RESOLUTION TEST CHART
 NATIONAL BUREAU OF STANDARDS-1963-A



1:24

ACTA ERUDITORUM
LEIPZIG 1724

DER MICROFICHE-REPRODUKTION LIEGT
DAS ORIGINAL DER STADTBIBLIOTHEK
BRAUNSCHWEIG ZUGRUNDE

SIGNATUR: M 612 w 4⁰

nt fit, *Iroquenses*, aliquoties licet victi, paulatim tamen experientia belli artes edocti, tandem rem eo deduxere, ut *Algonkinis* non tantum superiores evaderent, sed eos etiam sedibus suis pellerent. Qui cum Gallis, eodem, dum hæc ipsa geruntur, delatis, fœdere juncti fuissent, imo in ipsorum colonias se recepissent, convertere eodem arma *Iroquenses* cœperunt. Ex hoc tempore adeo Gallorum hostes infensissimi *Iroquenses*, *Algonkini* vero ita attriti, ut vix aliquot pagos circa *Quebecum* teneant, qui omnes fere nimio amore vinum adustum hauriendi paulatim consumuntur. Ceterum & ipsi *Iroquenses* continuis bellis ita accisi, ut numerum 1500 armatorum vix compleant: nec minus tamen formidabiles adhuc vicinis, quippe clandestinis & repentinis latrocinis potius quam aperto prælio pugnantes, ita ut vix extra limites suæ domus pedem efferre vicini audeant. Montrealensis gubernatio maxime ipsis est exposita: qua occasione factum heroicum virginis, *de Vercheres* dictæ, narratur, quod plane silentio non regendum. Hæc scilicet incursione aliqua subita *Iroquensium* cum fere ab ipsis capta, sclopetorumque globis petita esset, e manibus *Iroquensis*, qui eam veste jam vel fascia, quæ collo circumligatur, prehenderat, in ipsa fere porta fortaliti elapsa, continuo eam recludit, reliquisque fœminis, quæ miserabili ejulatu captos maritos prosequabantur, secessu quodam inclusis, sumtoque pileo & sclopeto, in vallum ascendit, & sola, vel unico saltem milite adjutore, (nam omnes reliqui viri in barbarorum potestate erant,) tormenta in *Iroquenses* direxit exploditque, speciemque majoris numeri præfidiariorum præbens hostes recedere coegit, annua inde pensione a Rege donata. Hæc fere contenta sunt Tomi I hujus operis. Reliqui exhibent historiam bellorum cum *Iroquensibus* gestorum, & Tomo quidem II, quæ sub præfectura vel gubernatione Dominorum *de Traci*, *de Frontenac*, *de la Barre*, & *Denonville* acciderunt; Tomo III ea, quæ ab A. 1689 usque ad 1701 contigerunt, enarrantur, tomusque IV clauditur narratione pacis generalis, quæ post *Ryswicensem* etiam in his partibus inter Gallos Anglosque & utrique genti fœderatos barbaros stabilita fuit.

MENSIS ARPILIS A. MDCCXXIV. 187
NOUVEAUX VOYAGES AUX ISLES DE
l'Amérique.

hoc est,

RELATIO ITINERIS ET MORÆ IN IN-
sulis Americæ Antillanis factæ.

Tomus IV.

Parisiis, apud Guil. Cavelier, 1722, 8.

Alph. 6 pl. 4 cum figuris æn. plurimis.

Non aliter, ac si publico omnium dictorum factorumque
titiqve etiam sui rationem reddendam judicasset, hanc rela-
tionem conscripsit *Job. Baptista Labat*, ex ordine *Dominicano-
rum*. Neque enim solum curiosa de naturalibus rebus & statu po-
litico insularum, in quibus per aliquot annos moratus est, hic
comparent, sed plane indoles atque familiaris vivendi ratio in-
colarum vel colonorum h. e. Gallorum, Anglorum &c. accurate
depingitur; ut liber adeo jucunditate sua non careat.

Ablegatus est scilicet Autor a superioribus ordinis sui in insu-
las *Antillanas*, quæ Gallis parent, A. 1693, postquam in col. venti-
bus scholisqve ordinis sui Philosophiam & Mathesin docuisset;
quanquam profectuum, quos in hac fecit, non admodum illustria
specimina dedit, ubi profitetur, antequam in ipsas has insulas
pervenisset, sibi persuasum fuisse, fluxum & refluxum maris intra
Tropicos nullum esse, & Solis appulsam ad meridianum vo-
cat accessum ejus ad apogæum suum: in Fortificatoria tamen ar-
te magis exercitatus & Architectura civili. Quippe utilem præ-
fectis insularum harum, *Guadalupa* imprimis, operam in bello
cum Anglis, militis fere aut officarii munus obeundo, ope: am
præstitit, & in extruendo novo conventu vel ædificio Ordini suo
inserviit, cujus etiam bona, cum œconomus & procurator sive
Syndicus ejus esset, egregie auxit. Unde id quoque apparet,
eum, quæ spectant ad proventus & naturales dotes harum ter-
rarum, optime explorata habuisse.

Fusillime vero & accuratissime describit, qua ratione pare-
tur color *Roucou*, Gallis *Achiotte*, Hispanis *Indigo* dictus, &

imprimis *Saccharum*, de quo fere integro Tomo III agit, non solum singulas ejus species, quæ in una eademque officina parari solent, numero X recensens, quæ nominibus Gallicis vocantur *Sucre Brut, Passè, Terrè, Rafinè, Royal, Tappè, Candi, de Sirop fin, de Sirop gros, d' Ecumes*, sed etiam minutissima quæque, circa operarios, mancipia, impensas notanda, exponens.

Vites in hisce insulis & in universum omnibus Zonæ Torridæ locis minus feliciter provenire memorantur, ratio redditur, quod calore urgente baccæ quædam maturescant, dum aliæ ad dimidiam maturitatem vix pervenere, aliæ etiamnum in flore existunt. Corrigitur hoc vitium, si palines consenuerit, soloque assuefactus fuerit. Sed cum proventus ex cultura aliorum fructuum sint uberiores, & metuendum sit, ut vinum ex Europa allatum vendi possit, quod tamen inter merces commutandas est præcipuum, nullibi in America, præsertim Hispanica (præterquam in *Peruvia & Chili*) vites feruntur.

Calceis loco in *Guadalupa* Ins. utuntur herba, quæ mari innascitur, & in littore ejusdem insulæ effoditur. Ea quidem ut igne prius coquatur necesse habet, æque ut calx nostra, eodemque modo arena temperatur, sed firmitas & consistentia ejusdem nostra est major. Arbor hic celebratur, Medicinalem, *Medicinier*, vocant, cujus nuces 4 vel 5 comestæ vim purgandi habent. Eandem vero vim quoque inesse pomo Sinico asseritur, si id in duas partes dividatur, & sale utraque sectio fricetur, iterumque committatur, eoque statu 12 vel 15 horis permaneat, atque ita jejuno stomacho sumatur. Alia hic visitur arbor, vulgo *Balifer, Baname* Gallis, *Plantain* Hispanis dicta, quæ quovis tempore cortice aperto aquam præbet, & folia ministrat variis usibus, tegumentis maxime, servientia. *Copau* arbor oleum fundit, quod easdem in plagis & vulneribus curandis virtutes habet cum Peruvianò balsamo, eoque est præstantius, quod nunquam incrassatur, sed liquidum perpetuo manet. Singularis vero est modus, quo fit ut rosæ in Insulis hisce toto anno floreat. Corticem enim quovis anno quater vel quinque salsibus cadunt, ita tamen, ut rami inde non confringantur, sed cortex saltem separetur aliquantum ab interiori ligno.

Remedium contra Podagram, vel ad accessum ejus saltem fugan-

fugandum, adipem ferunt serpentis, cui nomen *Caput canis*. *Lapis* quoque habetur *viridis*, in regionibus circa fluvium Amazonum collectus, & a barbaris maximo in pretio habitus, cujus si vel exigua portio intra cutem & carnem condatur, incisura facta, prælentissimum remedium contra epilepsiam præbet, quod experimentum cognitum habuit ipse Autor. Tum tria genera testudinum recensentur, & primo quidem illud, quod vocatur *viride*, testæ delicatioris, nulliusque usus, nisi quod carnis ad esum apta, alterum, quod *Cavel* appellatur, cujus testam non solum esse optimam, eoque studiose quæsitam, sed carnem quoque viam habere purgativam & malo venereo & reliquis humorum infectionibus, sed in personis paulo robustioribus, mederi, Autor observat, tertium, quod *Cavanne* nominant, nec carnis nec testæ bonæ, sed magnitudine reliqua superans. Memoratu quoque non indignum insectum minutissimum, *Chique* dictum, quod in hominum cute nidos ponit, primo modicum dolorem excitans, sed neglectum adeo numerosam sobolem ovis circumquaque exclusis producens, ut pars affecta paulatim exulcerata maximum in discrimen hominem adducat. De avibus, quas *Diabolo* vocant, memoratur, quod ob colorem nigrum orta luce nihil videant, eoque in abditissimis cavernis lateant, in quibus capiuntur, noctu vero evolent ad capturam piscium; quibus etiam diebus jejuniorum, ex sententia præfectorum Apostolicorum, æque ac lacertis (Americanis scilicet majoribus) vesci quovis tempore liceat. Serpentes venenosos deprehendi solum in Insulis *Martinnica*, *Alusia* & *Bequia*, in reliquis saltem colubros esse innoxios, observatur. De mancipiis nigris Æthiopiæ vel Guineæ refert Autor, persuasum illis esse, quod, cum se suspenderit, vel quocunque modo finierint vitam (quem in finem etiam humum comedunt, donec morbo contrahescant) in patriam suam redeant. Cui furori quondam stratagemate occurrit Anglus quidam, qui, cum multa ipsius mancipia jam in eo essent, ut colla laqueo immitterent, se quoque mox se suspensurum, adeoque viam in patriam eorum præcepturum, ibidemque iisdem laboribus, quos fugerent, ipsos fatigaturum, finxit. Magiam vero prodigiosam ab hisce mancipiis exerceri, dum Autor asserit, puerum

noventem testatur, præsentibus P. P. *Temple, Rose, Bournot & Fraisse*, Ordinis S. Dominici, dubitantibus primo, an rem permittari essent, tandemque curiositate victis, ope quorundam gestuum & vocabulorum prolatorum cælo sereno & diu arido pluviam produxisse e nubecula unica, hortum horum Patrum per horam integram placide rigantem, ceteris circumquaque aditis locis plane nullo humore madefactis. Addit, puerum postea baptismum accepisse, & per aliquod tempus sibi servivisse. Ceterum unice delectantur hi Æthiopes genere quodam saltationis, quod *Calenda* vocatur. Quo etsi propter lascivissimos gestus mancipiis sub gravi pœna interdictum sit, tantopere tamen idem placet omnibus harum terrarum incolis, etiam ex Europa venientibus, ut referat Autor, moniales virgines Hispanorum, vigiliis festi Nativitatis in choris templorum suorum suggestu excitato, publice hoc genere saltationis gaudium suum aliquoties testatas esse. Ceterum liberos ex concubitu nigrorum & alborum natos Mulos vel Mulas appellari, nemini fere ignotum. Si nigra mulier infantem edat, dignosci vix potest, an Æthiops an vero mulus exstiturus sit, omnes enim infantes editi promiscue ejusdem sunt coloris, sola est differentia in pudendis, & in commissuris unguium cum carne, quæ bina apud Æthiopes nigra. Si ex mulis orti semper misceantur albis, in generatione tertia idem color ac aliorum alborum emergit, differentia unica est in oculorum claritate. Et antea quidem Muli, matre scilicet serva, patre libero editi, liberi censebantur, si attigissent annum ætatis vigesimum quartum, & e proprietate Domini, cui mater serviebat, exhibant: nunc vero mandato regio vivitur secundum legem Romanam, ubi partus sequitur ventrem. Ut prætermittamus, quæ prolixè deinde Autor & accurate de Insula *Aloufia* vel *S. Lucia* & Anglorum in eam jure, de Insula item *Hispaniola* seu, ut rectius vocatur, *S. Dominici*, & *Tortuga* Insula tradit Autor, illud tantum notamus, bello interveniente, quod propter successionem in Hispaniam gestum, A. 1702 mense Julio eam partem Insulæ *S. Christophori*, quæ Gallorum fuerat, ipsis ab Anglis fuisse ereptam. Qui Gubernatoris titulo illam partem rexerat, *Comes de Genes*, propter ingenii fecunditatem in inventis Mechanicis

MENSIS APRILIS' A. MDCCXXIV. 191

nicis celebratur. Huic enim præter sagittas igneas ad vela navium incendenda destinatas, horologiorum absque elatere & contrapondio ex ebore factorum & globi, in plano inclinato fere perpendiculari ascendentis & descendentis inventio tribuitur; itemque constructio pavonis artificialis, qui loco se movere, bolum objectum deglutire, excrementique in morem dejicere valebat. Sed perditæ sua culpa Insulæ accusatus, cum in Galliam navigaret, ab Anglis interceptus, in Anglia obiit. Eodem dein bello, cum Angli *Guadelupæ* imminerent, Autor, deposito officio procurationis & missionis suæ, *Ingeniarii*, quem vocant, munus suscepit, atque Insula servata, A. 1703 se in *Martinicam* contulit, unde cum eodem anno in *S. Thomæ* Insulam, Danis e majori parte & Brandenburgicis sive Borussis e parte aliqua parentem, aliasque insulas excurrisset, tandem ob quædam negotia ordinis sui in Gallia curanda Europam repetiit, via per Gades, ubi A. 1705 mense Octobri appulit, Massiliam directâ. Sub finem libri spem quoque facit Autor Diarii itinerum suorum in Hispania & Italia factorum.

DISSERTATION SUR LA GLACE &c.

hoc est,

DISSERTATIO DE GLACIE, SEU EXPLICATIO *Physica formationis glaciei & diversorum ipsius phænomenorum, quæ præmium meruit ab Academia Regia elegantiorum Literarum, Scientiarum & Artium Burdegalensi, die 1 Maji A. 1716, Autore DOR-*
TOUS DE MAIRAN.

Biterræ, apud Stephanum Barbutum, 1717, 8.

Plag. 10 $\frac{1}{2}$.

CUM Cl. Autor tres conscripisset Dissertationes, quibus meruerat præmium ab Academia Burdegalensi tribus annis, de argumentis propositis optime commentaturo promissum; tandem A. 1717 in Academiam Socius adscitus ea lege, ut ne amplius cum aliis de præmio contenderet. Mox A. 1718 Parisios

rifios vocatus, ut locum Geometræ associati occuparet, quem spatio sex mensium elapso cum loco stipendiarii, a morte *Rollii* vacante, commutavit. In Dissertationes ipsius & eam præsertim, quæ de glacie tractat, stricturas edidit *Cl. Hartsoekerus*, cujus fide recensuimus nonnulla in Actis Erudit. A. 1722 pag. 320, mirati, quod Autor subinde in trivialibus cespitarit. Enimvero postquam Dissertatio ipsa ad manus nostras pervenit, facile animadvertimus, imputari doctissimo Autori a mente ipsius aliena. Quamobrem cum historia literaria nobis potissimum curæ cordique sit, e re esse duximus, ut ipsius dissertationis, etsi ante annos complures editæ, mentionem injiceremus. Suadebat idem institutum æquitas, cui in his Actis, quantum per nos stat, litamus. Progreditur *Cl. Autor* methodo analytica & duas dissertationis suæ constituit partes. Prima de formatione glaciei; secunda de præcipuis ejus phænomenis agit. Liquiditatem derivat a materia subtili, quæ continuo agitet fluidi moleculas, atque adeo liquidum ait in durum abire, si pars materiæ subtilis ex interstitiis expellatur, vel motus aut elater imminuatur. Aquam igitur abire in glaciem, cum materia subtilis in aere frigido exhalet, in quo motus materiæ subtilis imminuitur, ne æquilibrium extrinseci cum intrinseco subsistat. Aerem quoque frige fieri a nitro per atmosphæram expanso, quod motum materiæ subtilis imminuat: id quod per figuras molecularum aeris atque nitri explicare nititur. Ventos ad congelationem concurrere, quatenus continuo aerem frigidum advehunt. Expendit deinceps doctissimus Autor differentiam congelationum secundum diversitatem liquidorum & inde ad præcipua glaciei phænomena transit. Accurate describit phænomena in congelatione aquæ obvia, qualia sunt formatio primorum filamentorum glaciei, & bullarum intra aquam sub initium congelationis, voluminis & gravitatis specificæ variatio, durities & resistentia glaciei, gustus, transparentia & color ejusdem, una cum refractione & figuris. Singulorum rationes reddit ex theoria ante stabilita & tandem de evaporatione & solutione, atque artificiali congelatione differit.

Meretur dissertatio, quæ a rerum naturalium curiosis legatur.

N. V. 193
ACTA
ERUDITORUM,

*publicata Lipsiæ
Calendis Maji Anno MDCCXXIV.*

BIBLIOTHECA SACRA, IN BINOS SYLLABOS distincta: coronidis loco subjiciuntur Grammaticæ & Lexica linguarum, præsertim Orientalium, quæ ad illustrandas sacras paginas aliquid adjumenti conferre possunt; labore & industria JACOBI LE LONG, Parisini, Congregationis Oratorum Presbyteri, & Bibliothecæ Domus Parisiensis Præfecti.

Tomi II.

Parisiis, apud F. Montalant, 1723, fol.
Alph. 13 plag. 15.

QUam per duodecim, & quod excurrit, annos a Clarissimo *Le Long* avide expectavimus, alteram Bibliothecæ Sacræ de Commentatoribus Biblicis partem, illam una cum priorè de editionibus S. Scripturæ denuo aucta atque emendata, quantum in ipso fuit, absolutissimam cum amplissimis tabulis a se confectis prelo commisit Gallus hic, si quisquam alius, suæ gentis laboriosissimus, eo tamen non ultra mediani operis partem liberatam vidit, gravissimo quippe morbo correptus, quo d. 13 Augusti 1721 exspiravit. Mature tamen curam absolvendæ Bibliothecæ, sub prelo sudantis, Rev. Patri *Des Molets*, ejusdem Congregationis Oratorii Presbytero, demandavit, qui eam & alacriter suscepit, & præterea de amico suo, cui in administranda Oratorii Bibliotheca successit, eo præclare meritus est, quod vitam ejus cum integra scriptorum enarratione huic Bibliothecæ præfixit.

In duos autem Tomos seu Syllabos hæc Bibliotheca Sacra distincta est, quorum prior omnes sive Textus, sive versionum ejusdem, quavis lingua expressarum, editiones, nec non præstantiores MSS. Codices cum notis Historicis & Criticis exhibet; posterior vero omnia, certe pleraque, eorum opera, qui adhuc in S. Scripturam quocunque idiomate commentati sunt, tum ordine Autorum alphabetico, tum secundum seriem sacrorum librorum disposita, complectitur.

Quod ad priorem Tomum attinet, ille quidem jam A. 1709 Parisiis prodiit, eodem etiam anno a Summe Reverendo *Christiano Frid. Bernero*, SS. Theologiæ nunc apud nos Professore Primario, Lipsiensibus typis in 8 repetitus, & egregiis accessionibus locupletatus. Et quanquam de illo in Actis nostris A. 1710 p. 426 seqq. luculenter exposuimus, juvabit tamen ad faciem universi operis repræsentandam prioris etiam tomi conspectum hic exhibere, præcipue quod ordo capitum in nonnullis est immutatus.

Præfatio toti operi ab Autore præmissa a priore parum differt, sunt tamen in ea quædam vel mutata, vel addita, quædam etiam omissa. Hanc excipiunt: 1) laudati Bærneri nostri præfatio, Lipsiensi editioni præmissa, eaque quidem integra atque incorrupta, 2) Conspectus totius operis, & 3) denique vita Autoris a R. P. *Des Molets* conscripta, in qua tamen erravit Autor, quando *Theophilum Ungerum* in Suecia vixisse affirmat, facile ex ipsa hac Bibliotheca S. Part. I p. 55 meliora edocendus, ubi Longus hujus *Christ. Theophili Ugeri*, Silesii, mentionem facit.

Prius quam vero hujus prioris Tomi conspectum hic exhibeamus, non abs re erit, ex præfatione nova monere, Autorem, quingentis supra quatuor millia Codicibus Sacris tam MSSis quam impressis magna diligentia acquisitis, quorum ad priorem editionem adornandam supra quatuor millia trecentos septendecim tantum numeraverat, ordinem antiquum, quo editiones Scripturæ Sacræ secundum varias, quibus comparuere, linguas collocavit, servasse, & totam tractationem, quæ in priore editione quindecim capitibus constabat, tantummodo undecim absolvisse, his tamen in plures partes, sectiones, articulos, ac in
 priore

priore factum, divisis. Cap. 1 Biblia Polyglotta, cap. 2 Biblia linguis Orientalibus edita, c. 3 Græca, cap. 4 Part. 1 Biblia Latina, Part. 2 Biblia expressa linguis, quæ ex Latino idiomate orum habent, & quidem art. 1 Gallica, art. 2 Italica, art. 3 Hispanica, art. 4 Biblia linguis Romanensibus exarata, Valdensium scilicet, Catalana, Rhetica & Walacha recensentur. Capitis 5 pars prior Biblia Germanica, posterior Biblia aliis linguis, quæ ab idiomate Teutonico oriuntur, expressa, cap. 6 Biblia Slavica, cap. 7 Biblia aliis linguis Europæis exarata, c. 8 Biblia linguis Americanis expressa, c. 9 Concordias Evangelicas, c. 10 Concordantias Biblicas, c. 11 variantium Lectionum Collectiones exhibet, cui iidem, quos jam in superiori editione commemoravimus, indices atque elenchi subjuncti fuerunt. Inter hos ultimum locum occupat Index alphabeticus Autorum, qui vel versiones, vel Harmonias & Concordantias, vel variantium lectionum collectiones in lucem emisserunt, in quo eorum nomina, cognomina, patriam, religionis cultum, dignitatem, ætatem, conatus, mortisque tempus annotantur. In eo nonnulli eruditi viri inter vivos referuntur, qui tamen jam ante aliquot annos decesserunt, v. c. *Lambertus Bos* 1717, *Bartholomæus Ziegenbalg* & *Johannes Henricus Majus* 1719, *Johannes Ernestus Gründler* (non Grundlenus, uti operarum incuria legitur) 1720, *Joannes Jacobus Schudtius* 1722, extincti, ut *Joannem Chamberleynum*, *Michaelem Frenzelium* aliosque taceamus.

Quodsi vero hanc tertiam prioris Tomi Bibliothecæ Sacræ editionem cum secunda conferamus, statim animadvertimus, illam hac emendatiorem esse atque multo auctiorem. Nam præter insignes accessiones, quibus *Celeberr. Bernerus* Lipsiensem editionem instruxerat, huic bona fide insertas, obeloque, ut par fuit, distinctas, ipsum doctissimum ejus Autorem, pro incredibili sua diligentia, non parum temporis ac laboris in ea repurganda atque locupletanda collocasse, manifestis indiciis persuademur. Primo loco hic adducenda est *Dissertatio historica de Bibliis Polyglottis Parisiensibus* a p. 19-35 exhibita, quæ hic primum prodit; notum vero, etndem de reliquis Bibliis Polyglottis in libro Gallico: *Histoire des Bibles Poliglottes*, 1713 seorsim

egisse. Deinde notitiam Codicum Biblicorum, cum manu exaratorum, tum typis impressorum, qui post publicatam alteram editionem innotuerunt, ad annum usque 1721 feliciter continuavit, notas Historicas & Criticas passim insperfas partim emendavit, partim locupletavit, quasdam etiam refecit, melioribus atque accuratioribus substitutis. Nectamen existimaveris, hanc partem adeo omnibus numeris absolutam, ut nihil ulterius in illa emendari vel suppleri queat. Neque enim dissimulamus, plura se nobis obtulisse, quæ moneri poterant, quæ tamen referre hoc loco superfedemus.

Progrediendum vero ad alterum Tomum, quem quovis idiomate conscripta, quæ huc usque in S. Scripturæ illustrationem prodierunt, continentem, & nunc primum editum, Autor in binas partes divisit, quarum prior Scriptores in Sacros Codices ordine alphabetico disponit. Operibus cujusque scriptoris præponitur ejusdem nomen, prænomen, patria, religionis cultus, munia primaria, dignitas, tempus, quo claruit vel obiit, deinde sequuntur lucubrationes ipsæ (quarum tituli Latine adducuntur) quæ si plures sint, numeris distinguuntur, si alio quam Latino idiomate conscriptæ fuerint, illud etiam una cum forma, editionibus & tempore, quo prodierunt, annotatur, adductis etiam aliquando testibus, qui notitiam Nostro suppeditarunt. Notæ vero Criticæ & Historicæ, quibus Longus priorem Tomum tanquam geminis distinxit, usuique eruditorum accommodatorem reddidit, ab hoc Tomo prorsus fere exulant, ita ut pro syllabo tantum habendus sit, nec ita adornato, ut eruditis prorsus satisfacere possit. Ut enim, cum permultos Commentatores Biblicos plane prætermisissos, tum non minorem earum commentationum, quarum Autores quidem recensentur, defectum taceamus, plurimi hic errores passim observantur, leves quidem nonnulli, sed & graviores alii, maxime ubi de Germanis agitur, quod tamen homini extero facile condonaveris. Quod ne gratis a nobis dictum videatur, quosdam, qui vel obiter librum evolventibus animadversi sunt, emendabimus. Pag. 590 *Johannes Andreas Danzius*, Johannes, & pag. 612 *Paulus Antonius*, Professor Halensis, male Prof. Magdeburgicus vocatur. Pag. 622 *Johan-*

Johannem Georgium Baierum, Germanum, Lutheranum & 1705 florentem, fingit, eique disputationem de odore vestium Elavi Genes. XXVII, Altorfii 1705 habitam, adscribit, quæ tamen *Johanni Wilhelmo Baiero*, Prof. Altorf. cujus etiam brevi post mentionem injicit, adscribenda est. Vid. Cl. *Zolneri* Vitas Theologorum Altorphinorum p. 504. Pag. 628 *Samueli Basnagio* Historiam Judaicam, Jacobi Basnagii factum, male tribuit. Pag. 631 ex *Christiano & Job. Christophoro Becmannis*, Reformatis, facit Lutheranos, uti p. 641 ex Magistro *Blumio* Theologiæ Doctorem, & p. 663 ex Magistro *Camentio*, Germano, Lutheranus, *Helveticum, Calvinistam*, cujus etiam prænomen Erdmanni Gothofredi in Edm. Goffridum commutat. Pag. 692 *Salomonem Ernestum Cyprianum*, Joh. Ernestum, & p. 695 Licentiatum *Dassovium* Theologiæ Doctorem appellat. Pag. 698 *Joachimo Fellerio* prænomen Johannis, & p. 699 *Hieronymo Dicelio* prænomen Petri imponit. Pag. 720 *Johannem Fabricium*, Theologum Helmstadiensem, jam 1697 obiisse, falso scribit, qui adhuc in vivis est, & ut diu superfit, Reipublicæ Litterariæ nomine vovemus. Pag. 754 *Theophilum Grosgebauer* Theophrastum, & p. 760 *Nicolaum Haas*, Vonidelia-Francum, dicit Danum. Pag. 767 *Job. Frider. Heckelium* & p. 769 *Job. Frid. Heckelium*, unum eundemque autorem, tanquam diversos adducit, scriptis etiam ejus bis nec uno eodemque modo commemoratis. Pag. 772 & p. 773 *Job. Christiani Herzogi* bis mentionem facit, ejusque nomen priore loco in *Johannem Christophorum Hergog* transformat. Ejusmodi inutilis repetitionis etiam Longus in articulo de *Job. Frid. Hombergk de Vach* pag. 781 & 786 est accusandus, ubi in loco priore eum Batavis, in posteriore autem Germanis annumerat. Idemque fit cum in articulo de *Guilielmo van der Muelen*, qui bis p. 860 & 875 occurrit integer, tum in articulo de *Eberhardo Rudolpho Rotbio*, p. 932 & 934. Pag. 819 & 820 ex utroque *Langio, Joachimo & Job. Michaele*, quatuor facit, de quippe unoquoque duos articulos faciens. Illi, Hallensi Theologo, quem novo errore Theol. Prof. in Academia Fridericiana Berolinensi constituit, in Anabaptismo suo litterario, nomen Johannis imponit, & in

utroque articulo quoque nonnulla ejus scripta, nec tamen eadem, quod alias ei solenne est, recenset. Hunc vero, Theologum primum Altorphinum, & posteaInspectorem Primaslaviensem *Johannem Wilhelmum* etiam nuncupat. Pag. 836 *Christianum Ludovici*, apud nos Professore, *Christophorum* dicit. Pag. 841 *Johannis Henrici Maji*, Filii, dissertationem de juribus anni septimi ejus Parenti ejusdem nominis adscribit. Pag. 860 sub nomine *Ludovici Meyeri*, Medici Amstelodamensis & Autoris tractatus: *Philosophia S. Scripturae interpres*, Benedictum de Spinosa latere, nullo teste affirmat. Pag. sequenti *Job. Henr. Michaelis*, Prof. Halensem, facit Jenensem, eique *Job. Michaelis*, Profess. Gryphici, *Notas Exegetico-Criticas* assignat. Pag. 862 *Adamus Erdmannus Mirus*, Gymnasii Zittaviensis Con-Rector, salutatur Gymnasii Zittav. Concionator. Pag. 884 Oleariorum maxima est confusio. *Gottfredus enim Olearius* nostras *ὁ μακαρίτης*, nunquam linguae Hebrae apud nos Professor fuit, nec Orationem Dominicam Historice & Dogmaticè propositam, præcipue autem Judaismo oppositam, 1710 Helmstadiæ defendit, nec *Georgio Philippo Oleario*, Græcarum & Latinarum Litterarum Prof. Publ. Johannis Philippi est prænomen, nec is Animadversiones Academicas, quibus aquas supra-cælestes nihil aliud quam aquas planetarum esse Autor defendit, Helmstadiæ 1702 edidit, quæ pag. 883 *Job. Philippo Odelem* rectè adscribuntur. Pag. 900 *Job. Wilhel. Petersenio* alterum prænomen adimitur, p. 907 *Pippingius* falso Theologiæ Professor, p. 955 *Conr. Sam. Schurzleischius* Theologiæ Doctor, p. 971 *Henr. Bened. Starckius* Professor Ling. Orient. Lipsiensis, & p. 979 *Guilielmus Surenbusius*, Reformatus, perperam dicitur Lutheranus, uti contra p. 1026 *Andreas Christophorus Zellerus*, Lutheranus, falso Calvinistis inseritur. Præterea *Gramsum* p. 688 *Crambsium*, *Foertschium* p. 727 *Foerschium*, *Goegenium* pag. 749 *Græsgenium*, *Crauserum* p. 751 *Grauserum*, *Groschaynum* p. 754 *Groschannum*, *Jungstium* p. 809 *Jungt*, *Petalosfi* pag. 899 *Petalozzi*, *Raphelium* p. 933 *Rophelium*, *Weisium* pag. 1021 *Wis* &c. falso nuncupat.

Posterior Tomi secundi pars eosdem, quos prior, complectitur

plectitur Autores, serie librorum Latinæ vulgatæ editionis dispositos. Præponuntur hic primum opera Autorum, quorum nomina aut plane non indicantur, aut in titulo saltem reticentur. Ordine inde alphabetico subjiciuntur nomina Autorum, qui de eodem argumento, & primum qui soluta oratione scripsere, tum Poetæ Christiani, qui vel omnes, vel quosdam S. Scripturæ libros versibus expresserunt. Autores vel Judæi sunt, vel Christiani: hos dividit in Orthodoxos (quos Romano-Catholicos esse putat,) & in Heterodoxos sive a fide Catholica alienos. Primos littera I, alteros littera O designat. Nomina eorum, qui aut in utrumque Fœdus, aut in Vetus separatim, aut in Novum, tum qui in omnes libros Veteris Testamenti, Legales, Historicos, Poeticos, Propheticos, qui denique vel in quatuor Evangelia, vel in Epistolas Pauli, vel in septem Canonicas scripserunt, eorum inquam nomina semel sub his classibus recensentur, ne nimia foret illorum repetitio, si sub unoquoque libro iterum atque iterum reponerentur.

His præmisit Tractatus Isagogicos in universam S. Scripturam, in quindecim articulos distributos, & Caput I constituentis. Articulo 1 Tractatus Isagogicos proprie sic dictos exponit, 2 agit de proprietatibus & dotibus S. Scripturæ, 3 de Canone S. Scripturæ, 4 de versionibus & editionibus variis, 5 de Critica Sacra tam rerum quam verborum; 6 de Philologia S. 7 de interpretatione S. Scripturæ; 8 de variis sensibus, figuris, tropis & adagiis S. Scripturæ; 9 de Physica S. 10 de Geographia S. 11 de Chronologia S. 12 de Historia S. 13 de cultu divino & profano; 14 de Politia Judaica; & 15 de censuris Autorum, qui scripserunt in Sacros Codices, eorumque catalogis &c. Cap. II enumerat cum Scriptores in universa Biblia & in quædam loca utriusque Testamenti, tum Conciliatores Biblicos: c. III Scriptores in universum Vet. Testamentum; c. IV Scriptores in libros legales; c. V Scriptores in libros Historicos Vet. Test. c. VI Scriptores in libros Poeticos; c. VII Scriptores in libros Propheticos; c. VIII Scriptores in totum N. T. c. IX Scriptores in IV Evangelia; c. X Scriptores in Actus Apostolorum; c. XI Scriptores in omnes Epistolas S. Pauli; c. XII Scriptores in omnes Epistolas

Epistolas Canonicas, & denique c. XIII Scriptores in librum Apocalypseos recenset.

His coronidis loco subjecta est Appendix, Grammaticos & Lexicographos ad usum linguarum Orientalium & Græcæ Novi Testamenti exhibens. Divisa est ea in Sectiones VI, quarum 1 Grammaticos & Lexicographos Polyglottos, 2 Hebræos, 3 Samaritanos, 4 Chaldaicos, 5 Syriacos, 6 Arabicos, 7 Copticos sive Ægyptiacos, Æthiopicos, Armenos & Persicos, una cum Grammaticis & Lexicographis Græcis N. T. ordine Alphabetico sistit. Nec Appendix hæc ab hallucinationibus est immunis. Ut enim nonnullos Grammaticos & Lexicographos omisos taceamus, jocularis est error, cum p. 1163 cujusdam *Simonis Bekley* Introductio ad linguas Orientales recensetur, qui sane non est alius quam *Simon Ockley*, eadem pagina jam adductus. Pag. 1182 *Abichtii* dissertatio de Hebræorum accentuum genuino officio, Franckii Diacriticæ S. præmissa sub titulo: *Ars distincte legendi & interpretandi Scripturam V. T.* in 8 prodiisse falso perhibetur. Denique huic Bibliothecæ addendorum & corrigendorum syllabus additur. Restant tamen & in illis nonnulla emendanda, v. c. p. 1207, quando Cl. *Bentleyi* Novum Testamentum Græcum jam 1721 editum esse dicitur, p. 1212, ubi Cl. *Job. Gottlob Carpzovius* Dresdensis pro Lipsiensi, & p. 1221, ubi *Sam. Strimefius* Reformatus pro Lutherano venditatur. Ceterum nihil utique detractum volumus laudi Clarissimi Autoris per ea, quæ in ipso corrigenda notavimus, simul optantes, ut summe Rev. *Barnerus* noster, postquam de primo Tomo optime meritis, integrum opus revidere, emendare ac locupletare non dedignetur.

ORIGINES ECCLESIASTICÆ, OR THE ANTIQUITIES OF THE CHRISTIAN CHURCH.
id est.

ANTIQUITATES ECCLESIAE CHRISTIANÆ, Autore JOSEPHO BINGHAM, Rectore Headborna-Wotbensis.
Volumen IX.

Londini,

Posteaquam Cl. Autor de officiis antiquæ Ecclesiæ in variis Liturgiæ ipsius partibus, administratione item Sacramentorum, & disciplinæ exercitio Vol. VI, VII, & VIII, sive Lib. XIV-XIX, harum Antiquitatum egerat, jam Vol. IX, Carolo, Reverendissimo Wincestriensium Præfuli inscripto, ad alia accedit, quæ non æque majoris sunt momenti, ad festa videlicet, dies jejunii, & matrimonii ritus, & tribus illa libris pertractat. Et libro quidem XX, ubi de Festis, Cap. I, discrimine inter festa Ecclesiastica atque civilia breviter indicato, de civilibus, feriis nempe æstivis atque autumnalibus, Calendis Januarii, natalibus Imperatorum, natalibus urbium, Romæ præsertim & Constantinopoleos speciatim, differit. Cap. II de origine & observatione diei Dominicæ inter Christianos, & Cap. III de Sabbato in Ecclesia Orientali pro die festo habito & celebrato agit, & disquirat, cur illud in Ecclesia Orientali pro die festo, in Romana vero & aliis Latinis Ecclesiis pro die jejunii sit habitum. Cap. IV de Festo Nativitatis Christi & Epiphaniarum, Cap. V de Festo Paschatos, & controversiis in antiqua Ecclesia de illo enatis, Cap. VI de Pentecoste tam latiori sensu, quo significavit tempus inter festum Paschatos & festum effusionis Spiritus S. quam strictiori sensu, quo idem effusionis Spiritus S. festum denotavit, nec non de Festo Ascensionis, Cap. VII de festis Apostolorum & martyrum, Cap. VIII de festis quibusdam minoribus, seculo quarto vel quinto enatis, Encæniis nimirum, sive festis dedicationum templorum, festis anniversariis ordinationum Episcoporum, festis in memoriam singularis cujusdam liberationis, vel beneficii, Ecclesiæ a Deo concessi, celebratis, festo annunciationis & purificationis Mariæ, & tandem de origine festorum, quæ in honorem martyrum, aliorumque Sanctorum celebrata, commentatur. Libro XXI jejunia veteris Ecclesiæ persequitur. Cap. I, ubi de jejunio quadragesimali, discrepantibus de illo Romanæ Ecclesiæ & Protestantium sententiis indicatis, rationes affert, viros doctos persuadentes, quod jejunium illud non ab ipsis A-

p. 2.

3. sqq.

13.

56.

71.

94.

129.

154.

175.

189.

191.

- p. 199. sqq. postolis institutum sit, saltem non ut necessaria regula, omnes homines obligans ad jejunandum quadraginta dies. Ibi que inter alia observat, multos veterum jejunium illud non ab ipsis Apostolis derivasse, sed pro utili Ecclesie institutione habuisse. Et licet nonnulli Mosen atque Eliam, & Salvatorem nostrum jejunio suo exemplum nobis prae buisse dixerint, ne utiquam tamen illos asseruisse, quod praecepto quodam ad jejunandum sumus obstricti. Disquirat praeterea, quo sensu Hieronymus scripserit, jejunium illud observari juxta traditionem Apostolorum, & Leo, Pontifex Romanus, illud Apostolicam institutionem dixerit.
- 203.
- 204.
207. Porro in causas inquirens, quae originem jejunio quadragesimali dederint, ex Tertulliano docet, luctum Apostolorum, quod Dominum suum amiserint, non solum fecisse, ut ipsi dies illo, quibus Christus in sepulchro fuerit, jejunio postea translegerint, sed alios etiam excitasse, ut exemplum illorum secuti sint. Deinde ex Cassiano & Leone Pontifice monstrat, quod, cum Christiani a primo fervore suo discesserint, & hujus seculi curis nimis fuerint addicti, Patres Ecclesiae jejunium quadraginta dierum instituerint, quo illo ad officium suum revocarentur. Denique & ideo jejunium illud institutum fuisse refert, ut Christiani ad Coenam Dominicam, qua, primo religionis Christianae spiritu deservescente, festo Paschatis potissimum usi sint, & Catechumeni ad baptismum, & Pœnitentes ad absolutionem, festo Paschatis pariter impetrandam, digne se praepararent. Licet vero Catechumeni & Pœnitentes disciplina Ecclesiae ad jejunium quadragesimale fuerint obligati, reliquos tamen Christianos in societatem quandam jejunandi & preces faciendi cum illis venisse. Interim libertati eorum jejunium fuisse relictum, & corporis imbecillitatem, si intermiserint illud, satis illos purgasse. Montanistas, ut in aliis, ita & in hoc discrepasse ab Ecclesia Catholica, quod docuerint, praeter jejunium quadragesimale alia jejunia observanda esse, a Spiritu S. Montano revelata. Quantum ad modum, quo jejunium quadragesimale Christiani olim peregerint, docet doctissimus Binghamus, illos, qui pie ad illud dispositi fuerint, ab omni cibo abstinuisse usque ad vesperam. Ne utiquam vero veteres ita jejunasse, ut loco carnis pisces, vel alios cibos magis etiam
- 215.
- 220.
- 222.
- 224.

etiam delicatos comederint, & vino usi sint; vespera tamen illos tam carnem quam alios cibos sumfisse. Et pios, quod prandio sibi detraxerint, in pauperes impendisse. Scilicet quadraginta dies, quibus jejunaverint, pro tempore fuisse habitos, quo charitas abundantius exerceri debeat; quemadmodum & omnis cognitio criminalium quæstionum, omnia item supplicia tempore illo legibus fuerint inhibita. Eodem tempore in multis Ecclesiis Christianos ad preces & sermones Sacros audiendos quotidie convenisse, & frequenter Sacra Cœna, diebus præsertim Sabbati atque Dominicis usos esse. Tum quoque ludos publicos, celebrationes festivitatum Martyrum, natalium & nuptiarum penitus cessasse. Ultimam hujus jejunii hebdomadem, quæ magna dicta sit, magis religiose adhuc fuisse observatam. Nonnullos in hebdomade illa non solum die Sabbati omni cibo abstinuisse, sed etiam modo unum, modo duos, modo tres, modo quatuor, imo & quinque dies addidisse, quos pariter sine omni cibo transegerint, & per totam hebdomadem nihil sumfisse ante galli cantum, qui feria prima Paschatos auditus sit. Et hoc genus jejunandi Græcos *ὑπερθεσείας*, Latinos *superpositiones* appellasse. Majorem liberalitatem Christianorum erga pauperes hac hebdomade fuisse, quam aliis, omnesque servos ab operibus suis quievisse. Sic & captivos juxta leges Imperatorum vinculis fuisse solutos, & omnes criminales actiones suspensas. Die Jovis, qua Dominus proditus sit, in nonnullis Ecclesiis Latinis communionem vesperi post cœnam fuisse administratam. Eodem Competentes sive candidatos Baptismi publice recitasse fidem coram Episcopo vel Presbyteris in Ecclesia, & servos Sacra Cœna usos esse. Et probabile esse, quod die, quo Christus crucifixus sit, pœnitentes, qui cursum pœnitentiæ finiverint, sint absoluti. Generalem quoque absolutionem vel indulgentiam publice proclamata atque promissam esse omni populo, qui hunc diem jejuniis, precibus, & vera cordis contritione observarent. Diem Saturni, *Sabbatum magnum* appellatum, solemnem fuisse jejunii diem, & noctem, inter illum & diem resurrectionis Christi mediam, pervigilio celebratam, & baptifinate Catechumenorum celebrem fuisse. Cap. II de jejuniis quatuor temporum, mense Martio, Junio, Septembri atque Decembri, jejunio item triduo ante festum

p. 228. fqq.
231.
233.
237.
240.
242.
243.
244.
246.
247.
248.
250.
253.
255.
260.

- festum Epiphaniarum, & jejuniis alicubi singulis mensibus, si
 p. 262. sqq. Julium & Augustum excipiamus, habitis differit, & ab illis dis-
 263. sentit, qui jejunia ordinationum eadem fuisse putant, ac jejunia
 quatuor temporum. Notat præterea, seculo quinto novum je-
 junium cœpisse in Francia autore Mamercio, Episcopo Viennen-
 si, sub nomine Litanæ vel dierum Rogationum, quæ tres fuerint
 dies ante Ascensionis festum, & multas Ecclesias Occidentales
 exemplum Mamerci secutas esse. In Hispania tamen jejunium
 illud, æque ac in Orientalibus Ecclesiis, minus fuisse receptum.
 266. Cap. III de jejniis diebus Mercurii & Veneris, quæ nomine
 dierum stationum, semijejuniorum, & feræ quartæ & sextæ
 apud Latinos, apud Græcos vero τετραδος & παρασκευης ve-
 nerunt, singulis hebdomadibus observatis agit. Libro XXII ritus
 matrimonii in veteri Ecclesia usitatos exponens, Cap. I hæreti-
 cos commemorat, qui vel usum scæminarum promiscuum sta-
 tuerunt, vel matrimonium sub specie majoris puritatis atque
 perfectionis damnarunt penitus aut vilipenderunt. Et hic qui-
 280. dem inter illos, qui usum scæminarum promiscuum statuerunt,
 refert Simonem Magum, Saturnilum vel Saturninum Syrum,
 Nicolaitanos, Prodicum, autorem sectæ Adamitarum, Carpo-
 283. cratianos & Gnosticos. Cumque nonnulli illorum fornicatio-
 nem inter mysteria religionis suæ adoptaverint, inde calumni-
 am gentilium derivat, quod omnes Christiani in cœtibus suis
 284. impuritatem exercerent. Doctrinam vero illam hæreticorum
 287. ex ipsis scæcibus gentilissimi fuisse hausam, & honestioribus gen-
 tilibus damnatam, observat. Inter illos, qui matrimonium
 sub Evangelio illicitum arbitrati sunt, numerat Saturnilum &
 Marcionem, Tatianum & Encratitas, Apostolicos & Apotacti-
 cos, Manichæos, Severianos & Archonticos, Hieracianos & Eu-
 stathianos, in Concilio Gangrensi & Canonibus Apostolicis con-
 demnatos. Narrat quoque, Montanum, cum asseclis, & Nova-
 295. tianos dissolutionem secundi matrimonii docuisse. Cap. II de
 justis impedimentis matrimonii, & temporibus, quibus nuptiæ
 323. prohibitiæ fuerint, differens, inter alia animadvertit, quod Con-
 ciliium Tridentinum, nuptias post legitimum divorcium penitus
 damnans, simul damnet sententias quorundam Pontificum, &
 Conci-

Conciliorum, quæ illas concesserint; quodque Romana Ecclesia & in eo hodie dissentiat a veteribus, quod, cum hi matrimonium adulteri cum adultera post mortem mariti ipsius stare posse pronuntiaverint, illa non nisi dispensante summo Pontifice illud legitimum esse asserat. Cap. III modum delineat, quo sponsalia in antiqua Ecclesia peracta sint. Cap. IV ritus nuptiarum repræsentat. Et hic quidem præcipue ostendit, probabile esse, quod jam tribus prioribus seculis conjugia sacerdotali benedictione inchoata sint: si vero Christiani cum Judæis, vel gentilibus, vel hæreticis matrimonium inierint, benedictio illa locum ibi non habuerit. Cum autem postea Christiani Imperii legibus ad sacerdotalem benedictionem stricte non fuerint obligati, sed alia adhuc via legitimum matrimonium inire potuerint, sensim illos ab antiqua consuetudine defecisse, donec tandem illa seculo octavo & nono legibus fuerit revocata. Denique Cap. V de divortiis, & causis, quæ legitima illa reddiderint, præcipit. Ceterum A. 1722 jam publice etiam prodiit Volumen X & ultimum harum Antiquitatum, quod Ritus sepulchrales repræsentat, & Indices in universum opus annexos sibi habet, quodque proxime enarrabimus.

p. 333. sqq.

341.

364.

372.

373.

HISTOIRE DE L'ACADEMIE ROYALE DES
Inscriptions & belles Lettres &c.

hoc est,

HISTORIA ACADEMIÆ REGIÆ INSCRIPTIONUM & elegantiorum literarum inde ab anno 1711 usque ad finem anni 1717. Accedunt Dissertationes varii argumenti, e scriniis hujus Academiæ depromptæ.

Tomus III.

Lutetiæ, e Typographia Regia, 1723, 4.

Alph. 4 pl. 9 Tabb. æn. 12.

IN explicanda rerum in hac Academia elaboratarum Historia hoc Tomo eandem methodum servant Clariss. Editores, quam


- prioribus duobus, superius A. 1718 Mens. Augusto & Septembri exhibitis, secuti fuere. Scilicet strictis primum recentioribus scriptorum ab Academiæ Sociis adhuc editorum gustum aliquem Lectoribus faciunt, quibus deinde integræ dissertationes raritate delectuque insignes junguntur. Sub initium statim quædam observationes offeruntur, quibus *Boivinius* Sen. originem Deorum, Poetarumque de ea commenta explicat, ista tamen Græcorum antiquissimis laude tributa, quod unum saltem Deum æternitate venerabilem coluerint, cui reliqua progenies suam originem debeat. *Furmontius* Infernum Poeticum recludit, pluribusque probat, Græcos primum ab Ægyptiis hanc fabulam edoctos fuisse; quod & Acherontis, Cerberi, Tartarique nomina, cum Ægyptiis egregie conspirantia, confirmare contendit. Jovem tonantem sistit *Tilladetius*, & quo cultu fulmina ejus excepta sint, tradit. Quæ superstitio a primis Christianorum Imperatoribus non statim aboleri potuit, siquidem Constantinus invitus lege sancire cogebatur, ut ædes fulmine tactæ more antiquo aruspicum opera expiarentur. De religione porro peregrinantium agitur, & Erasmi quidam Dialogus in peregrinationes sub pietatis specie susceptas scriptus excutitur. Fabulæ de centauris origo, omnisque eorum historia evoluitur. *Boivinius* Israelitis imperii in Ægypto ultra 259 annos administrati gloriam vindicat; quod cum disertis Moïsi testimonio destituatur, aliis locis Biblicis eo flectendis, fragmentorumque Ægyptiorum testimonio sententiæ suæ fidem conciliare laborat. Hinc de asylo differitur, jus hospitii, ejus antiquitas, & commoditates exponuntur, duos exstitisse Minoas evincitur, de doctis deliciis convictui Græcorum adhibitis agitur, de Saturnalium origine, de caeremoniis in contendendis urbibus apud Romanos observatis, de manus dextræ privilegiis, de basiis veterum ad cultum Deorum ac Principum & amicitiae testificationes pertinentibus, de opibus Templi Delphici, de precibus defunctorum bono destinatis, de usu orationum, quas Græci Latini que Historici operibus suis interseruerunt, de vere sacro, de licentia militum Romanorum triumphantibus satyras occinentium, de castris Annibalis ad ripas Rhodani positis, de sensu verborum Davidis: *Applica ad*
- P. 5.
10.
13.
19.
23.
37.
45.
49-54.
56.
61.
68-74.
78.
84.
89.
92.
96.
99.
102.
- me

me Epbod. 1 Sam. XXX, 7, de Judæis Hellenistis, agitur, tum in p. 105. 108.
 locum Sophoclis in Oedipo, in locum Platonis de Musica inquiri- 118.
 ritur, emendationes quorundam locorum Hesiodi & Anacreon- 130.
 tis, aliæque conjecturæ suppeditantur, de loco etiam Horatii ex 133. 140.
 libr. 1 epist. 5 disquiritur, ac paulo uberius declaratur, Tabu- 146.
 lam, quæ sub Cebetis nomine circumfertur, illi non tribuendam
 esse, siquidem autor rerum ejus ætate incognitarum mentionem
 injiciat, in Philosophos scripto hoc posteriores invehatur, ex al-
 terius, quam cui Cebes addictus fuit, sectæ placitis disputet, &
 dialecticam methodum illis Philosophis receptam negligat.
 Restitutio loci Pliniani sub examinis incudem revocatur, locus 153.
 ex Demetrio Phalereo de Elocutione excutitur, quo docetur, 162.
 quid ad stili sublimitatem metaphoræ conferant, in Val. Maxi- 165.
 mi lib. VII, c. 5 criticæ animadversiones exhibentur, eo judicio
 de autore interposito, quod, dum ubique singularia lectoribus
 apponere studeat, in veritatem historicam sæpe fit injurius. De 169.
 Gigantum corporis habitu & statura variæ conjecturæ propo- 174.
 nuntur, Gnomones & Obelisci Antiquorum Astronomici ex lo-
 co Plinii Hist. Nat. l. 36 c. 10 explicantur, vestitus Heroum 179.
 Dearumque Ægyptiarum evolvitur, diversa monumenta eru- 181.
 untur, in quibus plantæ ab Antiquariis pro Loto Ægyptiaca ven-
 ditatæ comparent, quarum icones eleganter æri incisæ hic ocu-
 lis objiciuntur. Irminsula Saxonica, & paulo post Deus Endo- 189. 191.
 vellicus, aliæque Antiquitates Ibericæ in lucem producuntur,
 imprimis vero inscriptio, Endovellici nomen exhibens, Toleti
 reperta, explicatur. Afferuntur hinc conjecturæ de numismati- 198.
 bus Samaritanis nomen Simonis præ se ferentibus, & ostenditur,
 illa non Simoni Machabæo, quæ vere communis adhuc senten-
 tia fuit, sed Simoni Barchochebæ, Hadriani temporibus viven-
 ti, tribuenda esse. Numus aureus Cornuficiæ familiæ dicatus, 201.
 tum & Græcus M. Antonio & Octaviæ sacer, alterque Græcus 210.
 Neroni consecratus & Nicææ Bithyniæ cufus, exhibentur, eno- 215.
 dantur, & de quibusdam formis & modulis numorum Romano- 218.
 rum Lugduni effossis disquiritur, qui, cum Septimii Severi, Ju-
 liæ Piæ, & Antonini Caracallæ imagines exhibeant, sine dubio
 illis imperantibus cusi fuere: neque mirum, quod magna copia
 illorum

- illorum Lugduni reperta fuerit, siquidem post victum Albinum diutius ibi hæserit Severus, Caracalla autem hic primos natales egerit. De instrumento æneo prope Lingones invento, accurate agitur, conjiciturque, illud in sacrificiis Romanorum culti excoriatorii usum præstitisse. De Bulla item aurea, quam pueri Romani ex collo suspensam honoris causa gestabant, commentatio extat, cui Bulla aurea urnæ inclusa ex Tiburis ruinis ante aliquot annos eruta occasionem præbuit. Tum duæ inscriptiones antiquæ Veneri, Marti & Mercurio sacræ, monumentum in medio ponte, Caranthono imposito, in Santonum introitu constructum, Tiberio sacrum, aliaque monumenta Tiberii ætate Jovi a nautis Parisiæ posita intra muros Templi cathedralis Parisiis reperta, monumentum Hylati cuidam gladiatori sacrum, Lugduni deprehensum, ut & columnæ milliares variis inscriptionibus insignes, hic illic in Gallia erectæ, investigantur. Inscriptio monogrammate Christi insignis, Burdegalæ in cœmeterio inventa, indagatur, imago puellæ saltatricis, quam nubes, avis & delphinus produnt, Smaragdo insculpta, variis conjecturis ex antiquitate petitis illustratur. De gemmis, Solonis nomine notatis, e quibus hic aliquas repræsentamus, judicium fertur, ostenditurque, Ursinum aliosque errasse, qui Solonem legislatorem iis repræsentatum fuisse crediderunt, cum potius illustri civi Romano a Solone, earundem cælatore, dicati sint, cujus conjecturæ argumentum tum e gemma, in qua hæc verba leguntur: Σόλων ἐπίσει, tum e nummo, veram Solonis effigiem, sed ab ea, quæ in gemmis visitur, diversam, exhibente apud Spon. Miscell. p. 140, tum ex eo petitur, quod duæ gemmæ essent eandem figuram, sed nomina diversa Dioscoridis & Solonis ferentes, unde facile pateat, Sculptorum inter se de arte certantium nomina indicari. Conjecturæ de tumulis magno numero in Ducatu Burgundiæ in Parochia de Quadratis præsertim, afferuntur, epitaphium in Fisci campo detectum explicatur, de situ Trevidi & Prusiani, villarum Ferreoli præfecti prætorio apud Gallos, disquiritur, origo ignium festorum indagatur, doceturque, illorum usum pulvere pyrio detecto demum invaluisse, ipsam vero inventionis gloriam Florentinis & Senensibus deberi.
- p. 225.
- 230.
- TAB. II
- Fig. 1.
- 232.
- 235.
- 242.
- 247.
50. 260.
- 260.
- 264.
- Fig. 2.
268. ff.
3. 3. 4. 5. 6.
- Fig. 7.
- Fig. 8.
- ig. 9. 10.
- 273.
- 276.
- 280.
- 283.

TAB. II ad A. 1724
M. Maj. pag. 208.





deberi. Sinensium Poesis excutitur, & aliqua ejus specimina afferuntur. De discrimine lorice & paludamenti agitur, quod ex utriusque materia, qua parabantur olim, figura & usu eruitur. Varia quoque monumenta lapidea hic illic Lutetiæ erecta investigantur, & origo nominis Parisiorum ex historia repetitur, iis refutatis, qui a Dea Ifide illam derivare satagunt; qua occasione de cultu Ifidis ejusque propagatione ad Romanos facta, nec non de Cybeles mysteriis olim in Gallia florentibus aliqua afferuntur. Habes inde Bestarionis Cardinalis ad Michaelem Apostolum epistolam, egregium controversiæ inter Platonis & Aristotelis asseclas de Sectæ suæ præstantia seculo decimo quinto agitatae monumentum; quæ cum a Boivinio Juniore Tomo II horum Commentariorum Gallice communicata sit, jam quidem Græcus textus, qui typis nunquam excusus fuit, curate ad antiquos codices collatus, Latina versione brevibusque notis marginalibus instructus, ab eodem exhibetur; demumque argumenta inscriptionum & nummorum ab Academiæ sociis supereditata recententur. Sequuntur inde elogia Academiæ Sociorum, qui ab anno 1710 usque ad annum 1717 defuncti fuere. Hinc sequentia delibamus. *Nicolaus Boileau* natus Lutetiæ A. 1636 d. 1 Nov. mortuus A. 1711 d. 13 Martii. *Marcus Antonius Oudinet* natus Remis A. 1643 circa finem, mortuus A. 1712 d. 12 Januarii. *Paulus Tallemant* natus Lutetiæ A. 1642 d. 18 Junii, mortuus A. 1712 d. 30 Julii. *Jacobus de Turretil* natus Tolosæ A. 1656 d. 18 Nov. mortuus A. 1715 d. 11 Oct. *Fabius Brulart de Sillery*, Episcopus Sueffionensis, natus in tractu Turonensi A. 1655 d. 25 Octobr. mortuus A. 1715 d. 20 Nov. *Antonius Galland* natus in exiguo oppido Picardiæ Rollo A. 1646, mortuus A. 1715 d. 17 Febr. *Job. de la Marque de Tilladet* natus in agro Armaniacensi circa A. 1650 vel 1651, mortuus A. 1715 d. 15 Julii. *Ludolphus Kusterus* natus Blumbergi in Comitatu Lippiensi A. 1670 m. Febr. mortuus A. 1717 12 Octobr. *Gisbertus Cuperus* natus in Batavia in exiguo oppido Hemmen, A. 1644 d. 14 Sept. mortuus A. 1717 d. 22 Nov. *Franciscus Bourdelin* natus Silvanecti A. 1668 d. 15 Jul. n. ortuus A. 1717 d. 24 Maji. *Michael Pinart* natus in Seno-

P. 289.
292.

296.

303.

310.

313. sqq.

- nibus A. 1659 m. Julio, mortuus A. 1717 d. 3 Julii. Denique pauca de Dissertationibus integris hujus Tomi monenda sunt.
- p. I. Prima, autore *Fraguierio*, circa Deos Homeri versatur, Poëtamque contra recentiorum obreclationes tuetur. Alteram
8. Chariibus destinavit *Masfevius*, ubi de earum origine, numero, nominibus, virtutibus, cultu, bonisque, quæ mortalibus dispensant, ex antiquitate fusius commentatur. Idem Cl. Autor
28. 51. Hesperidum, & deinde Gorgonum Historiam ex Poëtarum monumentis tradit, & hoc documento probat, quam monstrifos foetus humanum edere ingenium soleat, si comminiscendo sibi indulgeat. *Banicrius* originem cultus, quem animalibus Ægyptii olim præstiterunt, inquirat, & Historicorum testimoniis probat, illos non ob creditam animantium divinitatem, sed quod sub his symbolis Deos reverebantur, eo superstitionis prolapsos fuisse. Idem *Banicrius* duas dissertationes Adonidi & Typhœi
98. 136. consecrat. *Hardionius* tribus dissertationibus oraculum Delphicum illustrat. *Valesus* de gente Amphictyonum, quibus Delphici oraculi ejusque divitiarum cura & custodia erat, commentatur. *Burretus* de lucta antiquorum, de pugilatu, de cursu, de Pentathlo, & de disci jactatione uberius disserit. *Sevinius*
228. 255. Assyriacæ Monarchiæ originem & fata duabus dissertationibus
280. 318. expendit, quarum prior ejus statum sub Nini imperio delineat, altera ejus incrementa Semiramidis temporibus repræsentat.
330. *Salicrius* historiam insulæ Deli, & *Hardionius* origines urbis
343. 364. Cyrenæ, ejus conditoris, primorumque incolarum eruit, peculiari dissertatione ejus situm & commoditates indagaturus.
- 376.
- 391.

JOANNIS DE FORDUN SCOTICHRONICON genuinum, una cum ejusdem Supplemento ac Continuatione, edente THOMA HEARNIO.

Volumina V.

Oxonii,

Quem sollicitus saltem de temporibus Normannos antecedentibus, mancum ediderat Celeb. *Rogerus Gale* Codicem Chronici nostri MStum, eundem communicavit solertissimo *Hearnio*, cujus opera opus hoc nunc prodit integrum. Autor Fordunus diu post annum 1385 superstes fuisse videtur, Continuatore in iis maxime, quæ sequuntur Librum V, nactus *Walterum Bowerum*, licet hic sibi falso cuncta post Librum V tribuerit; unde & interpolationes ejusdem omittere visum, dignioribus tamen supplementorum loco adjunctis. Nempe Fordunus licet in scholis gradum haud adeptus, Presbyteri tamen officio defunctus, plurima, quæ ad historiam spectabant, in Anglia degens didicit, quæ pleraque Bowero discipulo suo impertiit, qui memoria minus felici usus multa a veritate aliena admisit, Supplementum tamen *Scoti-Chronici* magna ex parte e pugillaribus Fordunianis decerpit. Ipse vero Fordunus, ut summa fide cuncta consignaret, muri Pictorum reliquias, spretis periculis laboribusque investigavit, ubi in lapides antiquos incidit, inscriptionibus signatos, quas ea, qua potuit, cura descripsit; nummorum quoque, vetustorum maxime, rationem sollicite habuit; quin & in Scotiam redux, ad chartas librosque veterum, ipsasque, quas vocant, Rotulas sive volumina antiquorum admissus est. Etenim observat Editor, optimorum Regum adversarios vafre multa Rotulis inseruisse, veritati minus consona, eoque factum esse, ut Fordunus magna ex parte historiam ex Rotulis contextens, figmentis deceptus fuerit: e.g. cum Joannem, Roberti III nomine postea insignem, & Serenissimæ Stuartorum gentis factorem, illegitimum Roberti II filium fuisse contendit. Alios, Lancastrenses imprimis, Rotulas genuinas, substitutis falsis, ut Jura Coronæ obscurarent, abolevisse, ut nulla adeo Rotulis fides sit habenda, si ex chartis authenticis contrarium pateat. Et Codex quidem Galeanus, Forduni autographus, ex quo Chronicon nunc typis describi curavit Cel. *Hearnius*, ad Hectorem Boethium olim pertinuit, qui Collegium

Præf.

P. 1198.

- Aberdonense eo quondam donavit; eoque magis æstimandus, quod literæ subinde plures in eodem conspiciantur, Autori ipsi, ut videtur, tribuendæ; præferendus certe imperfecto Codici Bibliothecæ Cottonianæ, de quo magnifice nimis sentit Seldenus. Incipit vero hoc Scoti-Chronicon, quem titulum non ab Autore, sed a Bowero accepit, ab orbe condito, & optimorum Scriptorum fide compilatur, unde digniora notatu seligere, & difficiliora historiæ Scoticæ inprimis capita hinc illustrare, omissis, quæ fabulas nimis redolent, conabimur. Scoti a Græcis, Picti e Pictavia derivantur, quas nœnias alii jamdudum confutarent. Primum Scotorum Regem in Albione regnantem *Fergusum* statuit; at illam Albionis partem, quæ Scotiæ titulo postea innotuit, Britanniam dictam fuisse negat Autor; & enarratis Scotorum & Pictorum contra Britones bellis, progreditur ad Murravienses, natali solo a Romanis pulsos, quibus victis in Murravia sedes fixerunt Picti. Translatio quoque reliquiarum *S. Andreae* Apostoli in Scotiam ductu Beati *Reguli*, ab Angelo moniti, fusc hic refertur. Anno 427 *S. Palladius*, primus Scotorum, longe tamen ante Christianæ fidei deditorum, Episcopus, missus a Pontifice Cœlestino, comitantibus *S. Servano*, *Kentigerno*, *Ternano* & *Niniauo*, in Scotiam appulit; quæ alii tamen ad remotiora tempora referunt. Obscuris Merlini vaticiniis Autor fidem denegat, & Gildam potius secutus, octo Regna a Saxonibus condita fuisse memorat in Britannia, donec Regna *Deirowum* & *Berwiciorum* sub *Northumbriæ* titulo coalescerent. 259. *Fergusus* III Scotorum Rex A. 766 ab uxore, mariti vagos amores ægrius ferente, veneno fuit extinctus, quæ postea, inspecto defuncti corpore, facinus palam confessâ, & furiis conscientiæ agitata, toxicum ipsa hausit, & quasi non uno mortis genere perire satis esset, pugione insuper pectus transfixit. Sub initium Libri IV Autor refert, apud Scotos hanc Regibus usque ad p. 278. 335. *Malcolmi*, *Kenethi* III filii, tempora fuisse legem, ut Regis decedentis frater, aut fratris filius, gradu licet remotior, filium Regis excluderet, quod eo factum, quod Scoti, hostibus undique cincti, virum quam juvenem sceptrâ tenere mallent, donec *Malcolmus* Sec. XV lege perpetua sanciret, ut deinceps Regi defuncto

functo proxima soboles, filius aut filia, nepos aut neptis, succederet, hisque demum deficientibus, vel Regia stirpe prognatus, vel e collateralis proximus hæres hæreditatis jura nancifceretur. Inde *Regum Pictis* imperantium historia brevibus pertextitur; illique *S. Columba* adventus & miracula inferuntur. Notari imprimis meretur inter Pictorum Reges *Hungus*, qui ab *Ateftano* Anglo circumventus, cum *S. Andrea* decimam partem Regni devovisset, victoria est potitus. *Constantinus II* non in spelunca, sed aperto campo contra Danos pugnans, in loco, *Nigra Specus* dicto, occubuit. *Gregorius* univerlam Hiberniam & insignem Angliæ partem sub ditionem redegit; quo regnante *Joannes Scotus* Philosophus inclaruit. *Constantinus III*, crudeli prælio prope *Brounyngfeld* victus, terras in Anglia huc usque possessas amisit; idemque novem annis post obiit, Monachorum cœtui adscriptus; unde *Wilhelmi Malmesburiensis* error refellitur. *Cumbria* ab Anglis *Malcolmo*, *Donaldi filio*, sub fidei vinculo reddita, ex quo tempore *Scoti Regulos Cumbria* nominarunt *Succesores* Regno destinatos. *Culenius*, libidini nimium indulgens, ab *Eadhardo*, cujus filiam vi compresserat, est perentus. *Kennetho III* cum plures ob successionem recens introductam infidias struxissent, tandem *Finele*, Comitis de *Angus* filia, filii ultimo supplicio affecti mortem ultura, statuat magicam ita instrui curaverat, ut Rex, illa icta, velut spiculis confossus contabesceret. Celebre paulo post apud Germanos imprimis nomen indeptus *Marinianus*, quem nostri *Marianum Scotum* vocant. Rifu dignum est colloquium *Malcolmi III*, qui Regni habenas oblatas detrectare visus, cum *Macduffo*: & is idem *Malcolmus*, *Wilhelmo I & II Anglorum* Regibus, 12 villis acceptis, fidem addixit. In ceteris *David* eminent, cujus vitam & facta insigni elogio ornavit *Noster*. Hinc inferitur *historia Regum Angliæ* Christiana fide conspicuorum, ad illustrandam familiam *Davidis* maternam; tum & *Episcoporum & Priorum S. Andreae*. Et *Scotos* quidem sub *Wilhelmi* regimine, ut fidem addicerent Anglis, fuisse coactos, *Noster* testatur; quo vinculo tamen *Wilhelmus* a *Richardo I*, sole:is 10000 argenti marcis, liberatus est, uti ex diplomate hic adjuncto apparet. *Alexander III*,

p. 294.
306.
310.
314.
324.
331.
335.
369.
375.
Lib. V.
p. 381. sq.
396.
422.
Tom. III.
499-549.
638 sq.
615.
712.
725.

- der III Regni jura adversus Nuntium Pontificis virili animo tutabatur. Inde occurrunt litera Pontificis, Anglorum, Scotorum*
p. 766. 775. 795. sq. atque *Hibernorum*, quibus gentes illæ de Jure Angliæ Regum
906. sq. in Scotiam & Hiberniam disceptarunt. Scotorum clades A.
972. 1298 Roberti Bruce perfidiæ tribuitur, a tergo in Scotorum
turmas irruentis; siquidem raro Angli Scotos superaverint, nisi
invidia Procerum Scotiæ adjuti. Anno 1302 Scoti cruenta vi-
985. ctoria prope Rosline sunt potiti. Hibernia postea a Scotis irritato
1009. successu A. 1327 tentata, pax cum Anglis coitit, his conditioni-
1016. bus, ut Scoti pro damnis illatis 30000 marcarum solverent, &
hæredem Regni Davidem II Joannæ Angliæ jungerent. Hunc
1018. *Davidem* primum ex Regibus Scotorum unctum fuisse tradunt,
licet illud dubium videri possit his, qui de Edgardo Rege relata
evolvent apud *Larrey hist. d' Anglet. T. 4. p. 15*. Circa *Roberti II*
1532. tempora incipit continuatio hujus Scoti-Chronici, studio Boweri;
1076. quo regnante Scoti insignem ab Anglis victoriam haud procul
Ottiburne reportarunt, quam Thomas de Barry, Scotus, inficeto &
barbaro carmine, quod hic insertum est, celebravit. *Robertus III*
1119. A. 1398 primos Duces in Scotia creavit. A. 1410 funda-
1177. data est *Universitas S. Andreae*. *Jacobus I* Rex cruenta morte peri-
1322. sq. it, insidiis Comitis Atholiæ, qui Ducum Rothsaix, & Murdaci
1320. Albanix, ejusque filiorum perdendorum præcipuus antea autor
extiterat. Hinc adjicitur *cessio* insularum *Orcadum* ab Erico X Da-
1349. niæ Rege A. 1429 Jacobo I Scotorum Regi facta, qua Danis vi-
cissim annuus census promissus. Ceterum animadvertimus, plura
538. & 638. post Librum V cum tædio repeti, quæ Bowero forsitan tribuen-
335. 348. da; tum & Autorem in recensendis Germanicis, Gallicis aliisque
704. 1050. rebus exteris sæpius fallere.
1100. 1133. Appendix continet Miscellanea, in quibus præcipua Præfati-
1185. 1218. tionis Hearnianæ capita apprime illustrantur: 1) occurrit *Epi-*
1226. 1371. *taphium Thomæ Gale*, 2) *Excerptum ex Nicolsoni Bibliotheca Scoti-*
1373. *æ Historica*, quo via ad compilandam Scotorum historiam
usque ad Jacobi VI tempora ex monumentis optimæ notæ mon-
stratur, 3) & 16) *Excerptum ex Galei præfatione ad scriptores*
1392. 1544. *Britannicos*, de Forduno, 4) *Boweri prologus in Scoti-Chroni-*
1593. *con*, e Codice Regio, 5) *preces ex Codice MSto Rawlinsoni*, ad
1397. obtinen-

obtinendam remissionem peccatorum ultra 4000 annos, p. 1403.
 6) *Boweri prefatio e Codice Harleyano*, 7) *quædam epistole de*
Edmundo, Archi-Episc. Cantuariensi, ad impetrandam ipsius 1405.
 Canonisationem, 10) *Innocentii IV indulgentia 20 dierum ac-*
cedentibus cum donariis ad Ecclesiam S. Augustini Cantuarien-
sem data, 11) *Statuta ab Innocentio IV ad Cœnobium S. Augu-*
stini Cantuarie A. 1253 transmissa, 12) *Historia Coventriensis,*
 ex MSCto edita, ab A. 1003 usque ad annum 1675 deducta, in 1423.
 qua nihil fere notatu dignum reperitur, si nomina Magistratum 1438.
 excipias, 13) *Excerptum ex Nicolsono*, de legitima nativitate 1471.
Roberti III Stuarti, 14) *Charta authentica Roberti Seneschalli*
Scotie, ex Archivo Collegii Scotorum Parisiensis edita, cum ob- 1479.
 servationibus historicis, quibus Regiæ Stuartorum stirpis nata-
 les ab inusta labe vindicantur. Boethius enim atque Buchana-
 nus Roberti III matrem, Elisabetham More, concubinam dice-
 cere haud sunt veriti, quam potius solenni connubio fuisse jun-
 ctam Roberto II, cui ex more istius seculi dispensatio autorita-
 te apostolica ob consanguinitatis impedimentum post aliquot
 demum annos accesserit, ex hoc diplomate elucescit; quod no-
 stris temporibus a Jacobo Bethunio, Archi-Episcopo Glasquen-
 si, e patria profugo, cum pluribus instrumentis publicis Lute-
 tiam asportatum, Viri harum rerum peritissimi, habito consessu
 A. 1694, genuinam agnoverunt; ut adeo ficto quodam Ordini
 Regni decreto, ad sobolem istius matrimonii diadematis
 capacei declarandam, haud fuerit opus. Num. 15) sequitur
Chronologia ab A. 1167 usque ad annum 1374, MS. Codici Gyraldi
 Cambrensis adjecta, 17) *Tabula monasteriorum Scotie*, de 155
 Abbatibus & fundatoribus, Prioratibus atque cœnobiis moniali- 1560.
 um, 18) *Tabula Regum Scotie a Malcolmno Kannemore usque* 1561.
ad Jacobum III æri insculpta, 19) *Auctarium Scoti-Chroni-*
ci sive Notæ historicæ de Jacobo II Rege Scotiæ, 20) *Rhythmi* 1568.
Anglici de Johanne, Angco, Papa Romano, revera femina, & de-
 nique 21) *carmen de illustri bello de Bannockburn* finem ope- 1570.
 ri imponit.

HISTORIA CHRISTIANORUM, QUI
Mennonitæ appellantur, per HERMANNUM
SCHYN, M. D. & inter Mennonitas verbi
divini Ministrum.

Amstelodami, apud Waesbergios, 1723, 8.

Alph. 1 pl. 2 $\frac{1}{2}$.

AUtor hujus libri, qui Jacobo van Zanten, Harlemi inter Mennonitas verbi divini Ministro eidemque Medicinæ Doctore & Practico, eum dedicavit ipse cum Minister Ecclesiæ, tum Doctor artis Medicæ & Practicus, jam A. 1711 lingua Belgica conscriptam emisit *Historiam Mennonitarum*, a nobis quoque recensitam *Supplem. T. V p. 85*. Cum vero & brevior justo libellus ille esset, & ob sermonis peregrinitatem a paucis legi posset, nunc idem argumentum communi eruditorum lingua copiosius exponit, non dubitans, plurimos inde cognituros veram Mennonitarum sententiam, vulgoque de iis circumlatos errores esse repudiaturos. Dolet scilicet, hodieque non deesse, qui Mennonitas sive Catabaptistas confundant cum Anabaptistis Munzerianis, iisque multa tribuant, quæ ipsi majorem abominentur in modum. Exempli causa in *Prefatione* producit *Frid. Spanhemium*, ejusque errores sigillatim notat ac refellit, quos commisit in Mennonitarum historia suo *Elencho controversiarum* inserta.

Capite igitur primo originem *Anabaptismi* investigans, *Hemerobaptistas* commemorat & Marcionitas, quorum illi quotidiani baptismi necessitatem docuisse feruntur, hi baptismum statuebant iterari, imo tertiarum posse. Nec intactum omittit anabaptisimum sive rebaptizationem hæreticorum, de qua pluribus agit e veteris ævi scriptoribus. Mennonitas vero suos vocari debere *Anabaptistas* negat, cum ii non bis, sed semel baptizare soleant. *Cap. II* contendit, opinionem quorundam doctorum de baptismo profelytorum horumque infantum Judaico ante tempora N. T. nullum habere fundamentum. Urget potissimum silentium Josephi, item silentium sacri codicis, ac rejicit
testimo-

testimonium, ad quod vulgo provocatur, Rabbi Maimonidis ipsiusque Talmudis. Testes hos nimis recentes esse judicat ac præterea subleste fidei. Putat etiam, si ex baptismo profelytorum derivetur baptismus Christianus, hinc sequi, omnem baptismum inter Christianos esse abolendum, cum apud Judæos profelytorum liberi post baptismum receptum nati eorumque posterii dicantur non fuisse baptizati. Nec persuadere sibi potest, Christum baptismi instituendi exemplum cepisse a superstitioso & ἡθελοθησκευίας reo baptismo profelytorum Judaico. Ad ultimum in eam descendit sententiam, ut putet, Judaicum profelytorum baptismum originem debere baptismo Christiano, æmulatione quadam amplexatis eum Judæis: quod argumentum pluribus illustrat in *Addendis* toti libro subjectis. *Cap. III* defendit Cl. Autor sententiam Mennonitarum de baptismo non nisi adultis conferendo. Scilicet provocat ad institutionem baptismi ab ipso Christo factam, itemque ad praxin Apostolorum ac trium primorum seculorum Christianorum. Quod vulgo pro pædobaptismo petitur argumentum ex eo, quod in N. T. legantur totæ familiæ baptizatae esse ab Apostolis, magno conatu refellit. Urget quoque contra pædobaptismum argumenta aliquot e natura baptismi ducta, prout ea in sacris literis describitur. Ac tandem pædobaptismi originem ex eo deducit, quod invaluerit inter Christianos opinio de absoluta baptismi necessitate ad salutem. Hinc *Cap. IV* Pontificiorum, Lutheranorum, & Reformatorum argumenta ad pædobaptismum tuendum allata acute examinat. Sed his quidem missis properamus ad *Caput V*, cujus inscriptio historiam Mennonitarum promittit. Docetur hic, *Mennonem Simonis* non esse autorem sectæ Catabaptistarum, sed jam prioribus sæculis permultos docuisse, non nisi adultos esse baptizandos, maxime Waldenses, horumque vestigiis instituisse Mennonem illum. Ut vero Rev. Autor suam sententiam magis firmet, qua Mennonitas, tanquam Waldensium propaginem, multum differre contendit ab Anabaptistis Monasterientibus, horum historiam & dogmata *Capite VI* exponit, utque ea res collocetur in luce liquidissima, aliquot Capitibus proxime sequentibus hoc argumentum persequitur. Nimirum *Cap. VII*

exhibet totam *Mennonitarum Confessionem* jam ante seculifeculum editam, & hic primum Latinitate donatam, in articulos divisam quadraginta. Deinde *Cap. VIII* clarissima producit testimonia ipsius Mennonis, aliorumque, ex quibus patere judicat, Mennonitas nullum cum Anabaptistis Monasteriensibus habuisse commercium, sed potius illis quovis modo sese opposuisse. Eandem inter utrosque differentiam luculentius *Cap. IX* demonstrat e doctrinis modo memoratæ *Confessionis*, ac graviter iis irascitur, qui seditiosos animos Mennonitis tribuunt, cum hi Waldensium exemplo suis omni armorum usu interdiciant, atque adeo nulla secta exstet, quæ efficacius exstinguat ignem contentionis, seditionis, bellorum & cruentarum persecutionum. *Capite X* exhibet summorum Principum testimonia de pia doctrina honestisque moribus Mennonitarum. Legere itaque hic licet Guilielmi III Britanniarum Regis epistolam ad Electorem Palatinum A. 1694 datam, quæ cum Ordinum fœderati Belgii Generalium deprecatione pro Mennonitis juncta effecit, ut christianam iis Elector ille præstaret æquitatem. Exstat hic etiam Helvetiorum Mennonitarum *Declaratio* A. 1710 edita, item Mennonitarum in Germania & Prussia versantium A. 1660 & 1678 editæ Confessiones. Denique egregium testimonium ab Ordinibus generalibus Belgicis de Mennonitarum doctrina moribusque ad Bernenses A. 1710 missum adjungitur. *Capite XI* ostenditur, Mennonitas semper alienissimos fuisse ab enthusiasmo & allegoriis immoderatis, e quibus duabus radicibus propululasse ait lolium Monasteriense & seditionem Munzerianam. Imo docet, initio statim a Mennonitarum doctoribus refutatos publice fuisse enthusiasticos Monasteriensium Anabaptistarum libellos. Atque ita concludit Autor hunc libellum, hinc jam abunde liquere ratus, Monasterienses illos Anabaptistas longe diversos esse a Catabaptistis Mennonis affectis, atque adeo Edicta Cæsarea in Anabaptistas olim vibrata minime accommodari oportere ad Mennonitas.

Atque hæc est Descriptio Mennonitarum Schyniana, in qua doctrina potius eorum exponitur, quam historia. Rectius eam Autor inscripsisset *Apologiam Mennonitarum*. Unde si quis e. g.
hic

hic quærat accuratam & copiosam narrationem de vita & scriptis Mennonis, vel de præcipuis Mennonitarum doctoribus, vel denique de sedibus ac fatis Ecclesiæ Mennoniticæ, is abire hinc cogetur nulla accepta responsione.

Teutsches **JUS PUBLICUM**, oder, des Heil. Römisch-
Teutschen Reichs vollständige Staats-Rechts-
Lehre 2c.
hoc est,

JACOBI CAROLI SPENERI PLENIOR
*Doctrina Juris Publici Imperii Romano Germani-
ci, XVI Libris absolvenda.*

Tomus I.

Francof. & Lipsiæ, impensis Georgii Marci Knochii, 1723, 4.
Alph. 2 plag. 10.

QUOD plures e nostris optaverant, ut doctrina Juris publici tum in universum Imperii Germanici, tum singulorum Statuum fufius &, quantum fieri potest, integre exponatur lingua Germanis vernacula, id in se muneris suscepit Conf. Spenerus, scriptis Juridicis & Historicis jam pridem celebris. Qua in re ita verlari constituit, ut singulis semestribus volumen aliquod prodatur, eoque opus intra quadriennium absolvat, ea quidem methodo, ut non modo, quæ amplissimus ille Jurisprud. publ. ambitus complectitur, omnia, sed ea imprimis, quæ ab aliis fuere prætermiffa, ut & nævos hujus doctrinæ sedulo notet, & singulis argumentis illustres controversias, ac DD. dissensiones, expensis diligentius ex utraque parte rationibus, subjiciat, hanc quoque sibi legem ponens, ut in Systemate J. P. efformando nulli Prudentum scholæ, nulli partium studio addictus, media via incedat, & naturalem sequendo ordinem, quem ipse habitus Imperii præscribit, nec ea admittat quæ solidis legum aut observantiæ Imperii fundamentis atque Historiarum fide destituuntur.

Ut Libri I Capita priora, quæ primum Tomum occupant, obiter percurramus, *Cap. I Cl. Autor de Origine atque indole*

disciplina Jur. publ. in genere agit, ubi Jus publicum dicit, quod publicum alicujus Reip. statum, secundum leges ejus fundamentales, ex conventionibus vel expressis, vel tacitis ortas, dijudicat, vindicet, atque doceat. Tum Cap. II docens, quantum presens Juris publ. Romano-Germanici habitus ab antiquo illo distet, Jus publ. veteris Germaniæ admodum incertum & ab hoc nostro diversum, & novam quidem quodammodo ejus faciem sub Carolo M, sed eam quoque postea sub Henrico Aucupe, emergente superioritate Statuum territoriali, mutatam fuisse, declarat. Cap. III Doctrinæ Jus P. Rom. Germ. occasionem & causas, impedimenta, progressum, atque rationem presentem persequitur, ubi ostendit, ut aliqui Jura Pontificia Juri publico Germaniæ immiscere tentaverint, alii, quibus Imperialis Majestas oculos quasi præstrinxerit, Imperio Germanico Romanum habitum induere conati sint, alii J. P. principia ex jure Longobardico petierint, alii negotia Imperii ad rationes Galliæ, Hispaniæ, Angliæ, exegerint, alii, solas Imperii leges scriptas respicientes, neglecta observantia, easque ex suo ingenio & ex legibus J. Rom. privati explicantes, Legulejissimum etiam in J. P. invexerint. Cap. IV ad Leges Imperii convertitur, quas in genere dicit publicas conventiones, inter Imperatorem & Status Imperii, vel inter hos solos initas, quibus publicus Imperii Status vel in totum, vel ex parte formetur, & in veteres & modernas dispescit. Illis dicatum est Cap. V, quo referuntur plane non scriptæ, vel brevissimis tantum formulis conceptæ, certe observantia imprimis innisæ. Nimirum Sanctio Pragmatica, inter Ottonem M. & Romanos, interprete Pontifice Leone VIII, inita, qua jura Imperii Rom. Ottoni & ejusdem successoribus confirmantur, ut Reges sint atque Patritii Romanorum; sub Henrico IV in electione Rudolphi Suevici, communi consensu Statuum, de libera Regis German. electione pactum in initum, ac postea ab Henrico agnitum & confirmatum; sub Henrico V pacta illa, Germaniæ adeo damnosa, in Comitibus Vormatiensibus A. 1222 cum Calixto II Pontif. inita, quibus Investitura Episcoporum cedebatur, reservata Imp. investitura per sceptrum de terris atque Regalibus; Constitutiones Imperiales, quibus a Friderico II autoritas Episcopo,

Episcoporum stabilita fuit; Adolphi Nassovii & Ludovici Bavarum Constitutiones; ut & lex in comitiis Rensensibus A. 1338 lata, facta inter Status de vindicandis Imperii juribus confœderatione: quas leges hodie obtinere contendit Autor, quatenus novis iisque contrariis pactis, legibus, vel observantia contraria non sint abrogata. Inter leges modernas primam Autor *Cap. VI* nominat *Auream Bullam*, in qua methodum, quæ Legislatori fuit arbitraria, juxta seriem sessionum conscripta, perperam accusari putat. Sequitur *Cap. VII Pax Profana & Religiosa*, de qua utraque agendum putat conjunctim, utriusque obligationem universalem ac perpetuam ostendens. *Cap. VIII Pacis Westphalica* historia describitur, ejusdem articuli singuli ad singula J. P. capita referuntur, nihilque præmittitur eorum, quæ ad declarandam pacis obligationem, neque Pontificis intercessionem, nec iis, quæ intuitu Galliæ & Sueciæ acta sunt, diminutam, faciunt, quæque de interpretatione Pacis ab Electoribus suscepta, de Reservato Ecclesiastico, & notissimis adversus Pacem Westphal. attentatis dicenda erant. *Cap. IX Recessus Imperii aliæque Constitutiones* comparent. De Recessuum obligandi ratione imprimis distincte agitur: eam nempe diverso respectu modo plenam & perpetuo validitatem, modo jam extinctam, ratione *decretorum transitoriorum*, ut vocant, modo conditionalem esse, intuitu jurium & causarum privatarum. Jura privata, salvo territorii cujusque jure, in illis esse determinata, imo vero territorii Dominum jura contraria posse inducere, argumentis confirmatur. *Cap. X Capitulationes* considerantur, quarum indolem atque vim, qua Imperatoris potestatem ratione publici Imp. Status formant ac temperant, Majestatem vero minime restringunt, obligationem inde Imperatoris affirmativam & negativam, itemque Regis Rom. conditionalem, jus Electorum concipiendi Capitulat. relinquorum Statuum de eo intercessionem, denique mutabilitatem Capitulationum, quæ nec a Perpetua Capitulat. removeri possit, diligenter ac solide examinat. *Cap. XI, de observantia Imperii*, ejus obligatione, probandi necessitate, fontibus Historicis, defectibus, objecto sollicite definito, nempe Forma Imperii & negotiis, publicum Imperii Statum immediate, aliquatenus media-

te, concernentibus, agit. His fontibus Juris P. R. G. enarratis, subsidia ejusdem, & quidem *Cap. XII* ea sistuntur, quæ ex *Jure P. universali, J. N. & Gentium*, neque minus ex *Jure Civili & Feudali* itemque *Canon.* necessario arcessenda sunt, ubi summa quidem cautione opus esse, Autor declarat. Sed paulo diutius nos morabitur *Cap. XIII*, in quo cum *de notitia Scriptorum J. P.* agat, qua Historia Literaria illustratur, rem non injucundam nos facturos Lectoribus speramus, si, quæ ab Autore notata sunt, fufius edisseramus. Enimvero *Kulpisius* *Dissert. de Studio J. P.* recte instituendo, itemque *Struvius & Bilderbeckius*, omnia fere ad Jus P. facientia enumerarunt: at Noster aliam instituti rationem habens, multiplicem Juris P. tractandi modum, diversasque methodos, & simul earum præcipuos Autores recensere, deque iis judicare constituit. Antiquiores J. P. Scriptores, ut *Lud. de Bebenburg & Petr. de Andlo*, quos *Freberus* edidit, in singularibus Jurisp. argumentis saltem calamos exercuerunt, quo etiam pertinent complures Scriptorum, quos *Sim. Schar dius* in *Synt. Tractatum de Imperiali Jurisdictione & Melch. Goldastus* in *Monarchia S. R. Imp.* collectos evulgarunt, quæ semina quidem sanæ doctrinæ habent, accurata vero methodo, quæ ultra captum hominum illius seculi erat, destituuntur. *Aneas Sylvius*, libro de *Germania*, haud propius ad Jus P. accedit. *Philippi Melancthonis* *Dissertationes* de *Germanici Imperii* rebus sua laude defraudandæ non sunt, sed magis ad *Historiam* quam ad J. P. faciunt. Si, quoad fieri potest, altius rem repetas, vix ab excessu *Sec. XVI* luculentam Juris P. cognitionem apud Scriptores deprehendas. Equidem ab illis temporibus extitere *Polemici* Autores, quos illustres controversiæ subinde excitarunt, quique successus doctrinæ J. P. sensim promoverunt. Nec defuerunt *Exegetici*, qui variis modis interpretationem legum publicarum susciperent, cum alii perpetuas *Commentationes* cum digressionibus adornaverint, alii *Tabellas* composuerint, alii *Collegia*, *Discursus*, *Dissertationes Academicas*, *Commentarios* super singularibus legum articulis conscripserint. De *Systemate* aliquo concinando serius cogitatum est, ob difficultatem methodum disciplinæ, nondum in formam redactæ, inveniendi. Accedebat præjudicium, quasi Jus P. in aulis demum sola experientia magistra

gistra addiscendum esset, nec æque præmiis hic certabatur, ac in controversiis agitandis factum. Ab initio tamen superioris Seculi *Systematum & Compendiorum* ingens farrago prodiit. Verum nemo a primis illis Autoribus, inter quos *Dan. Otto, Joach. Clutenius, Georg. Br. utlacht, Christ. Besoldus, Sprengerus*, bonam methodum expectet, licet eam ubique crepent. Ineptum fuit institutum Jus P. sub titulo: *de Jurisdictione Rom. Imperii* tradendi, quo tamen *Tob. Pauernmeister, Matth. Stephani, Besoldus & Theod. Reinkingius* mire sibi placuerunt. Qui *Dissertationes Acad. J. P.* protulerunt, ducem habuerunt *Dominicum Arumæum*, cujus V Volumina Disputat; mediocri ordine habemus, mediocria in iisdem præstita. Primus eum secutus ipsius discipulus *Just. Sinold. Schuzius* in Colleg. J. P. post hunc *Ostermannus*, sed is Pontificiis principiis infectus. A *Job. Werlbosio* quæ egregia ulterius expectanda erant, fata præverterunt. Celeberrimus *Struvius* primo Dissertationibus absolverat, quod edidit, Syn-tagma. Similiter & *Brunnemannus* XII Dissertat. J. P. scriplerat, ex quibus examen J. P. dein concinnatum est. *Herm. Conringii, Er. Mauriti, Job. Strauchii, G. Kulpisii, Hertii* Voll. Disp. & opuscula Autoribus suis inter instauratores J. P. merito præcipuum locum vindicant. Neque minus est, quod de *Exc. Gribneri* Opusculis Jur. P. inter IV Tomos Diss. superiori anno emissis, nobis impense gratulemur. Inter majora opera comparent *Job. Limnæi* libri XII de J. P. cum III Tomis Additionum, de quibus male omnino meritis est *Oldenburgerus*, dum pro nucleo tædiosiorem nucem substituit, eoque nomine *Celeb. Schurzfleischii* censuras acerrimas tulit. *Herm. Hermes* Fasciculum Juris ex *Limnæo* aliisque Autoribus Protestantium confarcinavit, sed ut facile prodât se Autorem Pontificium. Statum Imperii R. G. a *Bilderbeckio* editum unice, quod controversias novissimas attingat, commendabilem esse, ceteroquin magnis defectibus laborare, Noster judicat. Descendit inde ad peculiare & proprias quibusdam Autoribus methodi rationes. *Justiniana* methodus in J. P. doctrina amatorem nostræ ætate haud facile quenquam inveniat. *Vitriarius*, ejus summus admirator, olim a *Titio* acri censura exceptus, *Pfeffingeri* Commentario novum splendorem accepit, quem quidem ad finem perdu-

perductum, & concinno magis ordine, nec notis interrupto, prodiisse, jure optaveris. Novam Methodum paravit *Dn. de Coccejus*, dum vero artificiosa Juris P. principia excogitaverat, eaque ex Historia Imperii frustra deducere conabatur, varie, hypothesium suarum amore, lapsus est. *Conf. Titii Specimen J.P.* laude sua dignissimam servat methodum, ac præterquam quod nihil partium studio tribuat, utique optima inter compendia habendum est, quamvis fortiorem, quam Autor appellat, Philosophiam ibi nimium regnare, fatendum sit. *Hippol. a Lapide & Monzambanus* primi ineptire desierunt de inveterata continuandæ Monarchiæ Rom. opinione, sed ille in contraria incurrit, & Aristocratiam facit ex Imperio nostro, hic autem vix videtur ipse de doctrinis suis, maxime de origine superioritatis Statuum, persuasus fuisse; hanc tamen hypothesein maximo conatu *Dom. de Ludwig* defendit, imo *Zschakvitzius*, crimen Status incurrere, ait, qui aliter doceant, a quo tamen parum quidem metuendum est. Concinna omnino methodo *Schwederi* atque *Hornii* Compendia scripta sunt: principia Juris publ. ex LL. fundamentalibus sedulo eruunt: *Hornius* de Imperii Judiciis exactius agit, quam quisquam alius. Nos addimus, quod practice imprimis scribere studuerit, atque ex negotiis publicis illustrationem petierit. *Schwederus* formam Imp. mixtam, *Hornius* Monarchicam formam, sed quam cautius admitti vult, amplectitur: neutra probatur Nostro, ubi simul indicat, se proxime accedere ad *Monzambani*, vel potius *Titii* de Forma Imp. hypothesein; hunc enim optime eam concepitse. Sunt, qui circa partem J. P. occupati, omnem ejus ambitum fere exhauriunt, ut, qui de *Statibus Imperii* scripserunt, *Nic. Mylerus*, *Textor*, *Rosenfeld*. At longe feliciter univ. Jus P. complexus est, dum singulorum Germaniæ Statuum J.P. exponit, summus olim in Saxonia nostra Minister Status, *Illustr. Bernardus Nob. Dominus de Zech*, præstantissimo illo opere, quod sub nomine *Frid. Leuth. de Franckenberg* prodiit. Argumentum de *Comitiis* quoque totum J. P. pertractandi occasionem dedit, velut *Rudolpho Heyden*, Vinariensi, summæ eruditionis & exacti judicii viro, in libro: *Titel Friedr. von Heerden Grund-Beste*
des

des *Seil. Romis. Reichs.* Brevibus saltem propositionibus quidam uti voluerunt: ita *J. Henr. Baelerus* Notitiam Germ. Imperii fere solis titulis absolvit, ac indices quasi sistit magni & præclari cujusdam apparatus, quem toties ex ejus collegiis promissum frustra orbis literatus expectavit. Huc *Bekelmanni* Synopsis & *Abaso. Fritschii* Manuale J. P. huc & *Rachelii* Otium Noviomagense & *Car. Ott. Rechenbergii* Epistolam de Jure S. R. G. Imperii referas. Restant compendia, quibus Jus P. per *Erotemata* traditur. *Brunnemanni* examen in hoc genere optimum. Ceterum in J. P. doctrina ista methodus vix incipientibus commendabilis videtur. His ita absolutis *Methodum* quoque, quam sibi in universo hoc opere præstituit, exponit Conf. Autor *Cap. XIV*, de qua ut propius constare Lectori possit, ipsam hic operis tabulam proponimus.

JUS PUBL.
Rom. German.
constat
Tractatione

Præliminari, de Juris publ. nostri Principali, que sistit Im- perii R. G.	}	Forma, principis, subsidiis. Lib. I.		
		Materia, Juribus Imperii, quorum origines investigantur. Lib. II.		
		Territorium, ejus distinctionem, divisionem, Jura. Lib. III.		
		Caput, ejusque summum in Imperio regimen. L. IV.		
		Membra propinquiora & bases, Electores, ac horum prærogativas. Lib. V.		
		Status Ecclesiast. & seculares & eorum jura diversa. Lib. VI & VII.		
		Membra & cives immediatos ac mediatos, eorumque jura. Lib. VIII.		
		gradus ampliores ratione	}	Instituti Circulorum. Lib. IX.
				Qualitatis Feudalis. Lib. X.
				Jurisdictionis Imperii. Lib. XI.
Unionem ejusque	}	Effectus, & jura inde emanantia		
		Comparandi in comitiis. Lib. XII. Defensionem Imperii diversimode suscipiendi. Lib. XIII.		
Status singu- los eorum- que	}	Superioritatem territorialem in secularibus. Lib. XIV.		
		Jura & ordinationes Ecclesiasticas. Lib. XV.		
		Formam, defectus, & rationem Status. L. XVI.		

226 ACTA ERUDITORUM
DE VARIOLIS TRACTATUS, AUTORE
CÆSARE MARESCOTTI, Philosopho & Medico
Bononiense, in patrio Archi-Gymnasio Anatomies
Professore.

Bononiæ, typis Constantini Pisarri, 1723, 4.

Alphab. 1 plag. 2.

Frequentibus puerorum mortibus, variolis laborantium, perimotus Clariss. Marescotti, animum induxit ad accuratius inquirendum in earum ortum, causam, & præsidia, præsentemque edendum tractatum. Et quoniam interrogando, respondendo, dicendo, contradicendo, veritas elicitur, & cuncta magis patefiunt, doctrinam hanc dialogis proponere consultum duxit. Sicit itaque hic *IV Congressus*, in quorum I in naturam & signa tam diagnostica, quam prognostica variolarum inquiri, atque quæstionem mover, utrum hic morbus Veteribus fuerit compertus, nec ne? Postquam igitur Variolas per exanthemata in toto corpore hominum & præcipue puerorum sponte exurgentia, cum febre, dolore, pruritu, & ichore purulento definiuit, ac utraque earum signa suppeditavit, pro morbo noviter procreato habet easdem, cum de eis nec apud Hippocratem, nec Galenum, nec ullum Græcorum Autorum aliqua fiat mentio. Quemadmodum enim natura in operationibus suis edendis nunc valde sollicita, nunc admodum segnis est; siquidem Animalia diversum utero gestandi terminum, augmentandi, dormiendi, inediam tolerandi, vitamque protrahendi spatium nacta sunt, & Vegetabilia modo citius modo tardius ex terra progerminant; ita quosdam morbos citissime oriri, aliorum genesin ad plurima secula protrahi, alios penitus obliterari, & novos vicissim in scenam produci, existimat Noster; idque exemplis lichenis, luis venereæ, rachitis, Sternutationis epidemicæ, sudoris Anglici, plicæ Polonicæ, morbi Hungarici, vervicini, scorbuti, hydrophobiæ, elephantiasis, febris hecticæ & algidæ ita illustrat, ut hos morbos non solum graphice describat, sed & eorum curationem sollicite adjungat. Postquam autem apud Arabes vestigia
prima

prima invenit, qui variolarum historiam non minus accurate descripserunt, quam in causam inquisiverunt, atque medelam suppeditarunt, ipse in *Congressu II* causas a variis Autoribus accusatas examinat, menstruum sanguinem putra, cruorem impurum, vitium hæreditarium, cæcam & occultam vitii aeris qualitatem, intemperantiam, principium inconsuetum, mirabile atque divinum, fermentum uteri fœtui communicatum, lactis corruptionem, sanguinem in vasis umbilicalibus relictum, & malignos cœli influxus; quibus tamen explosis propriam de eadem in *Congressu III* communicat sententiam, quæ in eo consistit, ut statuat, Variolas ab aliquo principio exotico & ex terræ sinu ad aerem progresso nasci; ob validas enim terræ concussiones, a subterraneis ignibus, vel etiam ventorum impetu excitatas, e reclusis telluris visceribus emeruisse quædam effluvia, a quibus Variolæ proficiscantur; venenum hoc inspiratione haustum, vel alia semita sanguini communicatum, nonnunquam a crassis glutinosisque materiis usque adeo irretiri, ut nisi in corpore vegeta inveniatur fermenta, vel validos patiatur musculorum motus, semper vincitum maneat, nec unquam operetur; si commodam in hominis sanguine dispositionem inveniatur, ut in pueris & juvenibus, mox in actum erumpere; effluvia hæc de natura acidi volatilis participare, cum acidum hujusmodi, ad cutim delatum, vim habeat, exanthemata procreandi, morbusque ipse per remedia acidum subtile absorbentia curetur. Atque his principiis superstituit pariter Curationem Variolarum in *Congressu IV*, quæ in eo consistit, ut aciditas fermenti variolosi, ubi nimia fuerit, temperetur, quo facto natura, si languida sit, adjuvetur, impedimenta removendo, quæ sunt cutis constipatio, ac excessus vel defectus fermentationis in sanguine. In nimio fervore sanguinis venæ sectionem, in pueris quoque ad uncias duas vel tres, administrare, in infantibus hircudines binas brachiis vel cucurbitulas locis consuetis apponere jubet, quibus factis syrupos refrigerantes dandos esse, donec natura, nimia sanguinis ebullitione fracta, Variolarum fermentum ad cutim protrudere observetur. Tum quoque proficua esse remedia pægorica, ut laudanum liquidum, vel diascordium in aquis refrigerantibus solutum; hisce

enim ebullitionem imminui, irritationes sisti, atque effici, ut natura sui despumationem moliatur, secretumque a reliquarum partium consortio fermentum ad habitum promoveat. Sin natura nimis sit sequis, ad juvandam expulsionem per triduum lapidem bezoardicum in pueris ad grana octo, in adultis ad grana quindecim, vel scrupulum unum, prout fuerit orientalis vel occidentalis, propinari debere. Mittimus Symptomata, contra quæ valida affert præsidia, nec cautelas adducimus, quas circa cunarum agitationem in infantibus, ægroti provocationem ad iram, lodicum, indusiorumque mutationem, & tempus, quo æger lecto incarcerandus est, salutariter adjungit; hoc tamen latere nolimus L. B. evagari subinde in plures quæstiones philosophicas, medicas, alteriusque generis, Clarissimum Marescotti, ut, qui in unius morbi causam inquirit, multiplici simul imbuatur eruditione. Sic pag. 40 sacerdotem commemorat, qui, dum capillis instructus est, gravi capitis dolore laborat, viresque adeo enormes acquirit somni tempore, ut res ponderosissimas, quibus ferendis plures vegeti bajuli vix pares sunt, nullo labore ad remotissima loca deferat, abrafis vero capillis a cephalalgia liberatur, viresque ex somno ad naturalem statum redactas perferunt; pag. 47 matrimonia improbat, inter homines longe disparis ætatis inita, symptomataque recenset, quæ inde oriuntur; pag. 73 in sanguinis menstrui ordinario fluentis & in gravidis suppuræ causas nervose inquirit; pag. 97 de lactis, quo fœtus alitur, corruptela, ejusque correctione disserit; pag. 99 de Astrologorum fundamentis agit; pag. 115 causas investigat, ob quas novi morbi ingruunt; pag. 118 longævitatem antediluvianorum hominum rimatur; pag. 135 acidum sanguini inesse, multis argumentis evincit; pag. 155 simplicia remedia compositis præferenda suadet; & pag. 165 lapidis bezoardici genuinum usum injungit.

JOHANNIS FRANCI TRACTATUS SINGULARIS de Urtica Urente.

Dilin.

NOta est vel ex his Actis industria, quam Clarissimus Francus a prima infantia ad senectutem usque, in qua etiamnum floret, septuagesimum quintum ætatis annum supergressus, in conquirendis, examinandis & investigandis Plantarum qualitatibus & effectibus adhibuit; hinc facile credendum, plures adhuc ab eodem asservari tractatus, ut ipsemet refert, ultimam tamen manum nondum expertos, in quibus certas regni vegetabilis species ad examen vocavit. Impræsentiarum Urticam urentem communicat, herbam alias abjectissimam, & ingloriam, vixque considerata dignam, egregiis tamen virtutibus medicinalibus donatam. Quanquam autem de hac Græci & Latini pauca, paucissima Arabes conscripserint, ipse tamen pluribus annotationibus, tam propriis quam alienis observationibus ac remediis efficaciz mirabilis ex veterum Ulmensium Medicorum monumentis eruit hunc suum tractatum illustrat, & ad hodierna Medicinæ principia accommodat. Postquam igitur in onomatologiam urticæ inquisiverat, vegetationem ejus tam in genere, quam in specie quoad radicem, caulem, folia, spinas, flores, semen, ætatem, explicat, hinc formam, locum natalem, species & differentias, imo & vermes, quibus scatet, exponit, præparata describit, ut aquam, spiritum, succum, syrupum tam simplicem quam compositum, conservam, extractum, & sal fixum, qualitates & crasin noxasque notat, vires specialiores in morbis tam internis, capitis, thoracis, & abdominis, quam externis deprædicat, multisque exemplis confirmat; ac denique, quem usum extra medicinam in re cibaria, in fœcundandis gallinis, in cerevisia conservanda, in prognostico de salute ægri formando & alibi prættet, adjungit. Describit autem urticam, quod sit planta duorum cubitorum altitudinis & ultra, herbacei coloris, caule purpureo & in quibusdam candido, foliis profunde serratis, pungentibus, odoris quandoque foetentis, seminis nigri, radice dura, præbens præsentissimum dirorum morborum medicamen. Vium urentem ejus explicaturus, qua tangentis manum

afficit, illorum inhæret sententiæ, qui lanugini, qua folia retis in morem investiuntur, & spiculis diaphanis, rigidisque aculeis, quibus armata sunt, eandem in acceptum ferunt. Vidit enim & Noster per microscopium, spinulas circa extremitatem globulæ oblongæ, album, mollem, & pellucidum, liquore plenum, gerere, unde eo rupto per tactum levem liquorem cum aculeis cutis porulos intrare, & ejusdem pruritus ac inflammationem excitare existimat. Virutem vero laxantem, adstringentem, diureticam, emmenagogam, lithontripticam, &c. a particulis salinis, sulphureis, & terrestribus, quibus una præ altera pars plantæ, quæ in medicamentum cedit, abundat, derivat. De cetero, Anno 1717 habitam fuisse Jenæ sub Præsidio D. Johannis Hadriani Slevogtii Prof. Publ. Disputationem Inauguralem a Johanne Melchiore Drechsler, Wanslebio-Magdeburgensi, eleganter conscriptam, de Urtica, additis figuris æneis, eo magis monendum esse duximus, quo minus ejus in Tractatu suo mentionem fecisse Francum, videmus.

TRAITE' PHILOSOPHIQUE DE LA FOIBLES-
se de l'Esprit Humain, par Feu Mr. HUET, Ancien
Eveque d'Avranches &c.

hoc est,

TRACTATUS PHILOSOPHICUS DE DE-
bilitate Intellectus humani, Autore PETRO HUE-
TIO, Episcopo quondam Abrincensi.

Amstelodami, apud Henr. du Sauzet, 1722, 12 maj.

Plag. 13.

NOn uno nomine memoratu dignum hoc opusculum vide-
tur, quod Autor ipse tanti fecit, ut Gallice primum scri-
ptum Latinæ postea linguæ habitu indueret. Etenim non defu-
turi sunt, qui Autorem Demonstrationis Evangelicæ inter Sce-
pticos denique profiteri nomen, mirabuntur. Neque enim si-
dem apud omnes invenient, qui causantur, ex contextu operis ap-
parere, non alio sine veritatum, quas ratio monstrat, certitudi-
nem

nem labefactari, quam ut revelatæ doctrinæ dignitas eo illustrior & conspicua magis evadat, cum nec Bælius olim hoc prætextu effugerit censuras Theologorum. Desiderabunt alii eruditionem illam atque ingenii vim, quam eruditi in scriptis Huetianis hæcenus suspexere, indignum tanto Viro judicantes ea recouere & per compendium reddere, quæ a Sexto Empirico olim proposita & dudum explorata sunt. Et si attentius de illis, quæ passim inferuntur, cogitetur, quis Huetium e. g. putet adeo ignarum esse motus cœlestium corporum, ut non certo satis sciverit, sed verosimilibus duntaxat rationibus collegerit, quod Saturni orbita circulum annum Martis ambiat? Quis eum in enarrandis Scepticorum nominibus tam oscitanter versari potuisse, sibi persuadere? Imo ad fabularum Romanensium formam admodum accedit, quod non tam sua quam amici cujusdam meditata hoc in opusculo exponere maluerit. Parum enim asserto huic congruit, quod amicus ille, Cartesianos impugnando, eadem repetat argumenta, quibus in Censura Philos. Cartesianæ usus olim est ipse Huetius. Has ob causas cum dubitari facile a sagacioribus posse sentiret editor, num is verus sit Huetii fœtus, plurima in præfatione conquisivit testimonia, quibus ipsi opus vindicaret, incredulis autographum Huetii offerens, & rationes exponens, cur hunc ingenii sui fœtum celare, quoad vixit, statuerit Huetius, ne scilicet discrimen censuræ vulgi temere adiret. Addi forte posset, Huetium, majorem e literarum humaniorum quam philosophiæ cultu famam consecutum, hunc libellum non eo composuisse, ut pro monumento eruditionis omnibus numeris absoluto exstaret, verum potius primarum instar linearum esset, ad quas alibi cogitationes suas uberius explicaret. Et quid si dicas, eo tempore hæc a Huetio digesta fuisse, cum Cormisius, qui A. 1690 patria & quem ibi gerebat, magistratu pulsus Cadomum venerat, Huetio, cum quo tum amicissime vixit, Sexti Empirici amorem injecisset. Quamvis fatendum iis, qui objectiones Huetii adversus Cartesianam Philosophiam profundius rimati sunt, ipsum jam quidem ante non alienum fuisse a sceptica philosophandi ratione. **N**is illa in medio relinquentes, librum ipsum perlustrabimus. Tria illo exequi suscepit Autor, primum ut probet, non posse humanam

humanam rationem veritatem certo assequi; inde ut doceat, quæ sit omnium tutissima philosophandi ratio; denique ut diluat objectiones, quibus via hæc turbari aut dissuaderi videatur. Quo igitur eo rectius hoc in argumento versetur, definitionem præcipuarum & communium alias inter Philosophos notionum præmittit, describens Philosophiam, quod sit studium sapientiæ, & veritatis inquisitio, seu animi humani nisus rationis ope veritatem inveniendi; ratio ipsi est innata homini facultas ex impressione specierum externarum in cerebrum ideas formandi. Species istæ sunt quasi ductus & sulci in cerebro exarati, qui ex vario oriuntur nervorum atque spirituum motu per sensus externos ab objectis excitato. Hæc enim impressio & descripti in cerebro sulci efficiunt, ut anima cerebro intime juncta certo modo afficiatur, quæ sic præparata sibi ipsi format imagines, quas ideas vocamus. Cogitatio est actio intellectus moti & determinati ad conjungendum vel separandum adversantes rationi ideas. Ipsa autem veritas non illa existentia, ut loquitur Autor, sed iudicii h. e. non ipsa metaphysica rerum veritas, sed illa duntaxat, quæ a nobis percipitur, est convenientia iudicii, quod intellectus humanus intercedente idea format, cum objectis externis. Si igitur deprehendamus, illam hominis naturam esse, ut plena certitudine ejusmodi convenientiam non possit assequi & dijudicare, inde liquere putat, quod nemo certam veritatem capiat. Certitudinem vero, qua homines veritatem cognoscere sibi videntur, in duo distribuit genera. Alia enim ipsi est certitudo, qua beati homines olim in futuro seculo cognoscent, alia, qua homines imperfecti se certo aliquid scire sibi persuadent. Posterior dum duplici rursus in objecto occupatur, vel revelatarum vel rationi obviarum rerum, certissima est in revelatis veritatibus, atque divina certitudo vocari posset, cum humana tantum dicenda sit, qua ratio nobis veritates demonstrare videtur; cujus diversi admodum gradus sunt. Et duplex quidem Nostro est humana certitudo, vel physica, quæ propria experientia, vel moralis, quæ alieno nititur testimonio. Cum ergo longe major evidentia ac certitudinis gradus in rebus divinis, quam humanis detur, neque has eadem certitudine assequamur, invicte concludere sibi videtur,

detur, quod imperfecta sit ea certitudo, qua, quicquid rationi patet, intelligimus. Hoc ut eo gravius inculcet multa tum ex S. Scriptura tum ex Patribus ecclesie loca adducit, satis alias nota, quibus ignorantia & torpor intellectus humani in rebus sacris deploratur. Porro ex sensationum atque perceptionum natura argumentatur, incertum esse, an species, quibus objecta intellectui repræsentantur, ipsis rebus convenient, certe admodum imperfectam fore illam convenientiam, si ideæ, prout picturæ vel imagines, res ipsas repræsentarent. Inconstans præterea atque subinde varium medium, per quod scilicet species ad intellectum transmittuntur, ipsas incertas reddere, dum alio modo per aquam, alio per aerem vaporibus aliisque peregrinis particulis prægnantem videmus. Quam infidi sunt sensus ipsi, rerum intellectui tradendarum ministri, diversi non solum, ubi vel ægrotant, vel bene valent, sed æque ac humanæ facies in singulis hominibus variegati? Si igitur detur sensus ipsos haud decipi, quis spondebit illos, quæ cognoverunt, intellectui fideliter tradere? Habitaculum intellectus humani cerebrum quam in singulis hominibus diversum est? At ex diversitate ejus atque figura secundum Philosophorum mentem multum trahit intellectus. Ipsi denique intellectus nostri natura vel obiter tantum, vel plane nobis non innotescit, cum novo intellectu opus nobis foret, qui de nostro judicaret, si aliqua de ejus essentia speranda esset certitudo. Fraudum ejus exemplum præbet, quod objecta, quæ necessario inversa nobis apparere debebant, ut erecta nobis fisset. Cum ergo mortales per naturam suam veritatem nequeant assequi, ipsas res ita constitutas esse necesse est, ut certo se cognosci haud patiantur. Illa enim dicitur perfectissima esse rerum cognitio, si earum definitiones, h. e. genera & differentias, intelligamus. At cum nec genus ante cognitam differentiam, neque differentia ante inventum genus satis nobis innotescat, vitioso circulo abutimur, quoties genere atque differentia in rebus definiendis utimur. Imo cum genus nunquam sine suo genere, hoc vero per genus longius adhuc remotum intelligatur, ineptus in infinitum processus hac via insinuat. Denique continuus omnium rerum fluxus reliquis veritatis impedimentis accedit, quandoquidem non homines solum, sed res quoque, quas meditantur,

subinde immutantur, tum ipsa hominum diversitas, qui mutuo ignorant, an eodem omnes modo res concipiant, & quod palmarium fere est, quod unius rei exacta scientia ab aliarum notitia pleniori dependeat. Ita homo non sine partibus suis & facultatibus corporis animæque cognoscitur, quorum intelligentiæ dum studemus, ad prima disciplinarum Physicæ ac Dialecticæ principia, hætenus incerta adeo & tot in diversum euntium Philosophorum opinionibus frustra laceffita, revolvimur. Non omnes ita cæcutiunt, quin spinas hæc ac scrupulos perspexerint, unde vana inolimina & disquisitiones Philosophorum de constituendo veritatis criterio originem traxere. Sed prout ex dictis de sensu & ratione humana apparet, fallacia necessario esse omnia ejusmodi criteria, ita omne criterium aliò, quo probetur, opus habet, unde rursus vel circulo vitioso vel temerario in infinitum processu peccatur. Equidem rationi ac sensui, quæ pro veri criterio nonnulli statuerunt, alii evidentiam objecti tanquam socium dererunt. At aliis sæpe obscura sunt, quæ alii evidentissima esse jurarent; imo quæ juvenibus nobis, aut certæ sectæ addictis, clara apparent, a senibus, ægrotis, aut aliis partibus addictis obscura & falla judicantur, maxime cum nullo tuto satis argumento convincamur, quod, dum vigilamus, haud dormiamus. Dubium vero, quod Cartesius olim sibi ipsi proposuerat, annon ita a Deo factus sit homo, ut perpetuo fallatur, frigide admodum Philosophus diluit. Si quis ad argumenta veritatem invicte demonstrantia provocat, illis locus non esse videtur, cum ex universalibus procedant, quæ dubiam illam particularium veritatem temere supponunt, v. g. probaturus, Petrum esse animal, non aliter id demonstrabit, quam ex propositione universalis, quod omnis homo sit animal, quo ipso autem incongruo circulo jam sumfit, Petrum animal esse. Imo dogmatici, certitudinem rerum adeo crepantes, indicent quæso nobis, quam sequamur scholam, cum nulla fere sit propositio, de qua non acerrime inter se digladiantur Philosophi. Tum vero Noster, ne affectis & discipulis Scepticorum ordo destitui videatur, prolixum eorum Catalogum, neglecta temporum ratione, concinnat, quos inter illos nomen professos fuisse arbitratur; in quo multos tamen inani suspitione & invita historiæ fide nominat, v. g. Pythagoram, Platonem,
Chrysig-

Chryfippum; nec paucos, quorum alii in historia philosophica mentionem fecerunt, omittit. Unicum hoc forte relatu dignum in illo occurrit, quod Autor tertiam Academiam, ab Antiocho institutam, a prima reapse diversam fuisse, negat. Antiochum enim Stoicis tantum ornamentis primam expolivisse & commendasse. Imo diserte denique negat, inter Scepticorum & Dogmaticorum doctrinas veram ac realem intercedere differentiam. Neque spernenda sunt, quæ adversus Salmasium disputat, an duo Sexti fuerint, alter Empiricus, alter Chæronensis, quod expensis variis rationibus negat. Et ne nihil, quo gloria Scepticorum amplificari posset, omitteret, Pyrrhonorum sectam neque mature adeo, ut nonnulli volunt, extinctam fuisse contendit. Sed maluisse Philosophos Academicos quam Pyrrhonios vocari, partim quod Pyrrho ob invidiose imputatam humaniorum literarum ignorantiam male audiverit, partim quod Pyrrhonorum dogmata perverse explicata in risum a multis versa fuerint. Ut vero eo magis sectam Scepticorum amplificaret, multos ex omnium terræ partium Philosophis, Turcis quoque, Judæis & Arabibus, ad castra illorum vocat, satis quidem habens, ut pro Scepticis habeantur, quicumque judicium prudenter cohibendum, nec temere assensum rebus præbendum, suadent. Secundo Libro Autor id ostendere suscepit, quænam ergo sit tutissima ac optima philosophandi methodus, ubi & nullam plane veritatem a mortalibus comprehendi, & certo satis ac solide illam sciri, negat. Neque enim ipse inter eos numerari vult, qui, cum veritatem haud inficientur, nullum tamen illam dijudicandi principium nobis superesse contendunt, neque illis abblandiri cupit, qui eorum, quæ re vera ignorant, perfectam quandam scientiam superbe jactant. Solatur tamen fluctuantes, asserendo, datam esse mortalibus, ne prorsus in incerto hærent, revelationem in supplementum rationis, non modo ut fidei doctrinis inserviat, sed ut illa quoque, quæ per rationem cognoscere nobis videtur, prorsus stabiliat, idque S. Augustini, S. Thomæ, Suarezii aliorumque testimoniis confirmare molitur. Ne vero innatæ Philosophorum ideæ institutam sceptice philosophandi viam turbarent, argumenta, quibus vel Plato, vel Proclus, vel Cartesius illas stabilire annisi sunt, expendit. Tum ut eo clarius, quid suo syste-

mate sibi velit, constet, aliquem dogmatum suorum apparatus exponit, & primum, non secus atque antiqui Philosophi, veritates vitæ usui necessarias, non tamen ut certas, sed ut probabiles duntaxat, retinet. Criterium ejus probabilitatis duplex constituit, vestigia, quæ in cerebro signarunt objecta externa seu ideas, & sensus. Finem quoque methodi suæ duplicem statuit, partim ut falsas opiniones atque errores evitemus, partim ut ad coelestem veritatem primario deducamur, & ad illam humiliori animo ascendere assueamus. In nullius autem, ne in Scepticorum quidem, minime vero omnium in Dogmaticorum verba jurandum esse, sed ex qualibet secta, quod optimum est, seligendum, & propriæ quoque meditationi non nihil tribuendum esse. Non enim adeo male, ut vulgo creditur, eclecticorum methodo cum Scepticis convenire, si selectus initium non ab obvia quavis propositione, sed ab ipsis principiis rite fiat, licet inter eos, qui eclectici dici voluerunt, nullus forte hactenus extiterit, qui Scepticos prudenter imitatus esset. Ut vero nihil, quo methodum suam omnibus commendaret, relinqueret, tertio Libro objectiones nonnullas diluere instituit. Nempe nec vitæ humanæ usum a Scepticis everti, cum dubitationes suas non ultra philosophica argumenta extendi velint, & in societate humana ad aliorum mores prorsus se componant, nec scientiarum fundamenta destruant, siquidem ipsi in culpa non sint, qui ignorantiam & imbecillitatem humani intellectus ingenue profiteantur. Invisam quidem hanc sectam otiosis quibusdam dogmaticis, qui, quod semel memoriæ mandarunt, systema discipulis suis frigide occinunt, parum, quæ alii statuunt, curantes. Neque, ut contumeliose accusantur, in omnium rerum ignorantia versari Scepticos, cum multa probabilia sciant, licet certo se scire merito inficientur. Male autem exprobrari Scepticis, quod veritatis aliquod criterium ipsi venditent, cum verisimilitudinis tantum criterium agnoscant; imo sophisticè ipsis objici, quod demonstrationes eorum vel evincant veritatem vel non, ex utroque autem sequi, dari certas demonstrationum leges: nunquam enim Scepticos argumenta sua pro demonstratione venditare. Nec Deum propterea deceptorem fore, si ita nos creasset, ut perpetuo falleremur, quandoquidem non ille deceptor est, qui ruinosam domum vendit, sed
qui

qui pro solida ac bene fundata emtoribus illam commendat. Negat autem diserte Autor, quod vel Christianismo Sceptis adversetur, vel impediatur hominem, ne per rationem illi præparetur. Namque certitudo, qua Deum esse ratio cognoscit, eadem omnino est cum illa, qua geometricas veritates cognoscit; fatendum tamen, utramque satis debilem esse. Si vero accidat, ut propositio aliqua philosophica ad stabiliendam fidem necessaria sit, illamque non possit non antecedere, tum vero illam non ex ratione, sed eo ipso, quod ad fidem necessaria est, divina fide certam reddi. Concludit denique Autor, solam arrogantiam Philosophorum & superbam de eruditione persuasionem Scepticismo repugnare, neque tamen quenquam prudentiorum eo turbari, quod tot hostes experta sit philosophandi ratio, quæ aliis omnibus bellum indicit, maxime cum nulla secta fuerit, quæ non malevolorum obtreccationes experta sit, nec ulla contra, quæ defensoribus suis fuerit destituta. Additum est operi compendium vitæ Huetii, a Doctiss. Abbate *Olivetano* concinnatum, quod repetendum minime ducimus, cum ipse Huetii de vita sua Commentarius jam pridem fuerit in his Actis recensitus.

JACOBI FACCIOLATI EXERCITATIONES
in M. T. Ciceronis Orationes II pro P. Quinctio
& pro Sex. Roscio Amerino.

Patavii, typis Seminarii apud Jo. Mansiè, 1723, 8 maj.

Plag. 12½,

Instituerat olim Vir Cl. Jacobus Facciolatus omnes Ciceronis Orationes interpretari atque emendatiores edere. Specimen dederat in una illa *pro P. Quinctio*, in quam notas & animadversiones jam olim publicavit. Sed cum interim Superiorum: jussu aliis doctrinis adstrictus sit, vix est, ut, quæ promissit, omnia expectemus: siquidem ipse in posterum aut omnino desistere, aut tardius progredi velle profitetur. Ne tamen periret, quod in hoc genere elaboraverat, alteram illam *pro Sex. Roscio Amerino* Orationem priori comitem dedit. Quid vero præliterit, paucis dicemus. Primum omnium in prioribus Animadversionibus acerbius scripta contra viros doctissimos omnia rejecit atque improbavit: quia olim ætatis æstu non nihil abreptus, ingenio

nio plus iusto indulserat; nunc vero posteritati exemplum relinquere voluit ejus, quem sibi totius vitæ proposuit, modi. Deinde perspicua Argumenta, breves Notas, latiores Animadversiones, & Indicem satis amplum adjecit. Argumenta, ni Dispositiones vocare mavis, omnibus Orationum partibus adjecit, ita, ut Exordia, Narrationes, Confirmationes &c. distincte & breviter explanentur. Notæ, præter hodie receptam consuetudinem, adstrictiores sunt, tales tamen, quæ & varias lectiones potiores repræsentent, & difficiliora loca exponant. Nam quæ exempla locutionum, quique autores morum antiquorum, addenda erant, ea conjecit in Indicem, ne idem sæpius admonere necesse esset. Illum Indicem Lexicon Ciceronianum & Commentarium Cl. Autor nominat; nec diffitetur, esse in eo, quæ jam ab aliis sunt annotata. Animadversiones denique aut interpretationes & emendationes aliorum editorum castigant, aut novam lucem Ciceroni afferunt. Ex vel solæ pretium aliquod libello conciliare possunt. *Prima* in Orationis prioris cap. 1 ostendit, quam male plerique omnes interpretes, causam Quinctii aliquoties ampliatam esse, inde elicere voluerint, cum aliud ex cap. 10 manifesto appareat. *Secunda* Hottomannum & Grævium arguit, hunc, quod non ceperit Hottomannum; illum, quod ex cap. 8 discrimen inter *jussum* & *decretum* Prætoris extraxerit. *Tertia* Commentationem Merouvillii, qui has Orationes in usum Delphini illustravit, ad cap. 9 reprehendit. *Quarta* & *Quinta* emendant loca duo ex cap. 15 & 20; *Sexta* aliter, ac vulgo factum, cap. 21 interpretatur. *Septima* Lambinum, *Octava*, quæ agit de duplici Prætoris decreto, quorum altero in possessionem mittebat, altero jubebat possidere, Hottomannum jure reprehendit. *Nona* Animadversio Italicam *Ludovici Dolce* interpretationem excutit, eamque permultis locis a Tulliana sententia abire manifestat. Orationi pro Sex. Roscio quinque Animadversiones adjecit. *Prima* contra Hottomannum & Menardum docet, vere Ciceronem cap. 9 dixisse, non oratorie, *prædo iste ne iter quidem ad sepulcrum patrum reliquit*. Nam jus itineris ad sepulcrum in fundo positum pertinebat ad emptorem fundi, nisi venditor nominatim sibi excepisset sepulcrum, vel nisi iter fuisset publicum, qua occasione leg. 5 D. de sepulc. viol. emendat, & pro *iter ei, itus* rescribit,

scribit, ex antiqua Inscriptione, quæ est apud Kirchmann. lib. 3 de funer. Rom. c. 22. *Secunda* rationem haut ineptam affert, cur Tullius cap. 23 eadem Marianorum a Sullanis factam comparaverit cum clade Cannensi. *Tertia* verba cap. 38 aliqua fretus hora semper contra interpretes vindicat. *Quarta* cap. 39 *judicii que infamiam* restituit pro aliorum *judicium que infamia*. *Quinta* Lexicorum scriptores refutat, qui ex cap. 40 hujus orationis verba *tekti ad alienos* depromserunt explicantes, *muniti contra alienos*. Ipse *tegere* pro *occultare* accipit, & *ad* pro *apud*, seu *quod ad*: simul locum Virgilii 2 Æn. v. 44, ubi Servius alii- que *ad* pro *contra* positum esse existimant, nihil ad hunc locum facere demonstrat.

*BITISIA GOZZADINA, SEU DE MULIE-
rum Doctoratu Apologetica Legalis Historica Dissertatio
CAROLI ANTONII MACCHIAVELLI, Juris-
consulti Bononiensis. Ad illustrissimam Comitissam Furi-
umque Cultricem clarissimam, MARIAM VICTO-
RIAM DELPHINAM DOSIAM.*

Bononiæ, typis Jo. Baptistæ Bianchi, 1722, 4.

Plag. 13.

QUUM Comes Maria Victoria Delphina Dosia, matrona doctrinis humanioribus & Juris scientia egregie peruncta, honores Doctoris Juris, edito Bononiæ sub auspiciis ipsius Hispaniarum Reginæ Elisabethæ Farnesinæ inque consessu doctissimorum Virorum specimine publico, iret capeffitum; non deerant, qui Doctoris titulum mulieri convenire negarent, atque effatis Apostoli 1 Corinth. XIV, 34 & 1 Timoth. II, 12, multisque aliunde conquisitis rationibus innixi, inter cetera etiam exemplum Bitisæ Gozzadinæ, quæ & ipsa Anno 1236, quum ætatis ageret vigesimum septimum, Juris utriusque Doctoris titulum adepta fuisse fertur, in dubium vocarent. Contra ill. Autor illis refellendis operam hac Dissertatione impendit, æquum censens & gloriosum, sexum quoque sequiorem dignitate ista potiri. Et id quidem primo omnium Bitisæ illius Gozzadinæ exemplo firmat, quam vere creatam Doctorem fuisse, Sectione I & II historiarum fide comprobat, jureque & divino, & canonico, & civili
creari

creari potuisse, a Sect. III ad V adversus negantes fufe defendit, tum quod ad naturales facultates, mulieres honorum doctoralium, capaces esse, Sect. VI & VII probat, ac denique Sect. VIII & sequentibus exempla foeminarum Juris peritarum & Doctorum plurima, maxime quæ in Italia inclaruerunt, recenset, e quibus tantum sequentia hic adnotabimus. Familiam ex sacris paginis ducit *Debbora*, uxor Lapidoth, *Jud. IV & V*, populum Israeliticum judicans. Mox quædam *Justina de Rocha*, Trauensis, arbitri officio maxima cum laude fuisse functa laudumque dixisse memoratur. Postea *Helena Lucretia Cornelia Piscopia*, in Patavino Collegio Doctoris & Professoris titulum nacta, celebratur. *Acurfia* quoque, filia Accursii glossatoris legum, Juris utriusque Doctoris gradu Bononiæ donata laudatur: itemque *Milantia*, Bononiensis Doctor, uxor Joannis Andreæ, Jurisconsulti: nec non *Bettina*, filia Joannis Andreæ & Milantiæ, pariter Bononiæ Juris utriusque Doctor renunciata, Patavii deinceps e cathedra publice docuit, ibique A. 1355 sato concessit. Ceterum Autor passim & scriptores plurimos memorat, qui foeminas Bononienses & Italicas eruditione illustres literarum monumentis consecrarunt, inter quos eminent Angelus Claudius Ptolemæus, Senensis, in libello edito Bononiæ 1514 & inscripto: *Laude delle Donne Bolognesi*; Catonellus in *Celeste Trionfo in lode delle Donne Bolognesi*. Bononiæ 1550; Fontana in *Amorose fiamme in lode delle Gentildonne Bolognesi*, Bononiæ 1674; Ludovicus de Dominicis in libro: *della nobiltà delle donne della chiesa*; Anon. in *Teatro delle donne letterate*; Mutius Manfredus in *cento donne illustri*, & alii.

*Addendum ad R. Mosi Alshech Comm. in Prophetas
Min. revisionem M. Mart. p. 144 ff*

Illud monendum superest, Commentarium hunc in hac editione non integrum, sed mutilum expressum esse. Quum enim typographus usque ad caput XXVI Jeremiæ venisset, tum demum observavit, in illo exemplo, quod præ manibus habuit, quædam folia desiderari, quapropter post paucas lineas capitis memorati reliqua cum tribus capitibus sequentibus omittere coactus fuit. Hæc lacuna occurrit fol. 102, 1. Geminam observavimus fol. III, 1, ubi post caput XXXVIII Jeremiæ reliqua illius Prophetæ una cum toto Ezechiele desiderantur. Quum vero typographus aliud exemplar statim nancisci non posset, promisit, se ea supplementurum, quando Commentarios Alshechi reliquos in lucem prolaturus est, qua de re tempus nos certiores faciet.

ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsia

Calendis Junii Anno MDCCXXIV.

C. CRISPI SALLUSTII QUÆ EXSTANT, item Epistolæ de Rep. Ordinanda, Declamatio in Ciceronem, & Ciceronis in Sallustium; nec non Julius Exsuperantius de bellis Civilibus ac Porcius Latro in Catilinam. Recensuit diligentissime & Adnotationibus illustravit GOTTLIEB CORTIUS. Accedunt Fragmenta vett. Historicorum, Const. Felicius Durantinus de Conjuratone Catilinæ, & Index necessarius.

Lipsiæ, apud Jo. Frid. Gleditschii B. filium, 1724, 4.

Alph. 7 plag. 1½.

SI quis omnes commentarios, castigationes, notas & quæ sunt id genus alia in Sallustium jamjam edita colligeret omnia, opus vastissimum profaret, & uno plures tomi iisdem expleri possent. Hinc facile quis putaret, Virum Cl. Gottlieb Cortium denuo Sallustium emendando & notas illi adjiciendo frustra operam sumsisse. Sed longe aliter sese res habet: & quilibet, hanc editionem curatius inspiciens, fatebitur, operæ Cl. Editorum pretium fecisse. Quamvis enim ex omnibus fere in Europa nationibus fuerint, qui omni studio atque opera elaborarunt, ut Sallustii primæ facies restitueretur; quamvis nuper editiones egregias a Batavis, postremo autem ab erudito Anglo Cl. Waffio acceperimus: tamen in satis quasi fuisse videtur, ut Germania de principe Romanæ historiæ maxime mereretur. Jo. Rivius tam multa jam præstitit, ut, Sallustium Civicam Rivio debere, nemo non paulo humanior factus sit. Post eum Jan. Gruterus, quem opti-

mo jure suum facit Germania, multa alia loca ex libris Bibliothecæ Heidelbergensis emendavit, eoque gloriam suam haud parum auxit. Jam vero Cl. Cortius bene ab hisce duobus inventa non solum optime confirmavit, sed etiam loca quam plurima aut ad pristinum nitorem revocavit, aut eorundem sensum verum indicavit; ita, ut si non majorem, parem tamen cum illis gloriam atque laudem expectare queat.

Nos talem inde capimus voluptatem, quæ nobis non solum cum aliis, qui legent Autorem, communis, verum etiam propria est, cum Patriæ nostræ, quæ ob notas, in autores classicos editas, superioribus temporibus famam penes externos haud secundam habuit, rem valde proficuum fecisse sentiamus. Cl. Editor vetustissimos MSS. Codd. cum editionibus contulit, atque tot numero, quot ante eum nullus interpretum. Satis accurate & maxima cum diligentia collegit, quicquid in eruditorum scriptis, quod ad illustrationem Sallustii faceret, invenire potuit. Non modo ipsemet Sallustium legit ac relegit, sed etiam omne fere tempus in scriptoribus Latinis & Græcis evolvendis exegit. Tandem etiam ipsi notæ ineditæ J. F. Gronovii, Cuperi & Wittichii ad manus fuerunt: quæ, licet haud genuinæ neque magni momenti fuerint, animum tamen ad suas annotationes eo magis confirmandas subinde impulerunt. Hæc autem, & qua via processerit, quod maxime intenderit, quibus MSs usus sit, ipse in præfatione sufficienter commemoravit. Nostrium est, ut exempla quædam, speciminis loco, proferamus.

Ab emendationibus capimus exordium, quæ partim ex libris MSs partim ex conjectura desumptæ sunt. Ex codicibus vetustis restituit Bello Cat. cap. XLVII num. 3, *abdicatus magistratu*, cum *abdicato magistratu* aliæ editiones haberent, quam lectionem *σελοικίζεν* exemplis ostendit, quibus suam emendationem confirmavit. Cap. LVI n. 2 cum vulgo haberent: *sp̄rabat propediem magnas copias se habiturum*, ipse duas voces *magnas copias* excludit, & ex superioribus *occasionem pugnandi* subaudire jubet. Bello Jugurthino cap. LVII n. 5 nunc habemus: *præterea picem sulphure & tæda mixtam ardentia mittere*, quæ alii varie corruperant. Ostendit autem, & vocabulum
tæda,

teda, & plurale Adjectivum *ardentia* ceteris imposuisse. Cap. LXV n. 3 dedit *contumeliarum imperatoris cum suo auxilio penas petat*: alii autem contra omnem Latinitatis rationem scripserunt, *contumeliarum in imperatorem penas petat*. Cap. LXXIV n. 3 ex triginta propemodum suis aliorumque MSS. revocavit: *Romani signorum & armorum aliquanto numero, hostium paucorum potiti*, quem locum propter conjunctis diversos Casus editores corruerunt. Gruterus autem sanare frustra tentaverat. Eodem prorsus modo castigavit Cap. XCII n. 7 ex uno MSpto, sed eo probato, hæc verba: *castello virorum & armorum satis, magna vis frumenti*; aliæ edd. omnes habent *satis magna vis, & frumenti*. Tali auctoritate nititur, dum cap. XCV n. 1 rescribit, *cum equitatu in castra venit*, quos *uti cogeret, Romæ relictus erat*; vulgo habebant, *qui uti exercitum cogeret*, sed contra MSS. & elegantiam Sallustii. Cap. CIX, extr. restituit præclare: *sanctus vir & ex sententia ambobus*, scilicet *adhibetur*: ubi omnes edd. *sanctus vir ex sententia jurat ambobus*. Sed doctissimus Editor per ipsam membranarum scripturam demonstrat, quod verbum *jurat* ortum sit ex *vir &*. Talia permulta in orationibus istis, quæ in Fragmentis Historiarum Sallustii, positæ sunt, ceterisque opusculis leguntur, quibus non minorem curam, quam Catilinæ & Jugurthæ adhibitam esse videmus. Adde Cat. cap. IX n. 4; X n. 6; XXXI n. 5; XLV n. 1; Jugurth. cap. I n. 4; XVIII n. 2 & 11; XL n. 5; XLIII n. 4; CIII n. 2; CV n. 2; CXIII n. 3; quibus annumerare possemus minutias quasdam, e. g. *dis*, pro *diis*; *quis* pro *quibus*; *nequidquam*, *comminus*, *Graccus* aliaque contra vulgares edd. scripta: item Verba, *est*, *erant*, *forent*, *fore*, infinitis locis expuncta. In quibus tamen etiam talia esse quibusdam videbuntur, de quibus valet, quod Cl. Editor in Gruterum alicubi dixit: excessit medicina modum. In divinando eum haud infelicem fuisse, docebunt sequentia. Cat. cap. XXI n. 3 scribit: *eo consulem initium agendi facturum*, optima sententia. Alii: *cum eo se consulem &c.* Cap. XLI n. 5 legit, *Cicero per Sangam cognito*; alii habent *consilio cognito*: ille tamen exemplis Sallustii, Livii, Justinii & Curtii persuadet, *consilio* expungendum, & *cognito* absolute, ut alibi

comperto, experto, aliaque plura, intelligendum esse, pro *re cognita*. Bello Jug. Cap. XIV n. 7 expressit: *erat majestatis populi R. prohibere injuriam, neque cujusquam regnum per scelus cresceret; i. e. & ne cresceret*. Alii: *neque pati cujusque r. p. f. crescere*. Maxime autem placebit, quod cap. XCIX n. 1 divinaverit, *vigiles*, pro *vestigales* scribendum esse: in primis quoniam etiam Salmasium ille locus torserat. add. Cat. cap. XX n. 7; XXXI n. 7; XLIII n. 1; LI n. 42; LIX n. 2; Jug. XIV n. 21; XXXVIII n. 2; XLI extr. XLVII n. 2; LXII n. 3; LXVI n. 2. Interdum libri & conjectura concurrunt, quod ex supra positis aliquot exemplis patebit, & ex emendatione Jug. cap. LXXIII extr. Sæpe etiam alios sequitur, qui correxerant vitia librorum aut sciorum, ipsi tamen emendatiores lectiones in contextum recipere non ausi erant. vide Cat. cap. VII n. 4; Jug. cap. XXXVII n. 4; LVII n. 4; LXVIII n. 4; LXXVI n. 3; CIV n. 2.

Cum vero multi ex eruditis de hoc maxime conquesti sint, quod meliores interpretum solummodo in correctione subsistentes nihil agerent, quam ut varias lectiones conquirerent, ut eo modo collectanea sua adhibere possent; de sensu vero autorum haud solliciti essent: Cl. Editor omnia dubia loca dilucide explicando etiam in hac parte lectori satisfacere voluit. Idque erat, ut opinamur, quod in recensione ejusmodi scriptoris, qualis est Sallustius, maxime est necessarium; cum non solum Gla-reanus sæpissime confessus sit, sese ignorare, quid autor sibi velit, sed & Gruterus aliique haud raro exclamaverint, hæreo, hæreo! Nunc certe intelligimus, quid sit illud Cat. cap. XI n. 3, *Avaritia corpus animumque virilem effeminat*, de quo jam A. Gellii ætate viri docti disputarunt. Clara sunt verba cap. XXII n. 2; *atque eos, dictitare, fecisse, quo inter se fidi magis forent*, quæ antea non modo infeliciter magni viri interpretati, sed etiam multis modis corrumpere annisi sunt. Eximium specimen dabit Cat. cap. XXXV, in quo Gruterus triginta aliquot ulcera latere suspicabatur, non alia de causa, quam quod non intelligeret. Bello Jug. cap. XLIX n. 4 & 5 plana omnia reddita sunt, cum alii urendo & secando frustra sese fatigaverint. Noster enim dum evincit,

evincit, vocabulum *Metellus* duplici vi intelligendum esse: primo objective *Metellus conspicitur*, deinde subjective *Metellus erat dubius*, simul nulla mutatione opus esse evincit. Ita Jugurth. cap. CIX n. 3 verba *in sua castra digressi*, ob quæ aliquis interpretum acerbe Sallustio insultaverat, capit sine effectu, pro *digredi voluerunt*: quo facto & sensum planiorem reddidit, & suum scriptorem ab omni crimine liberavit.

Sed ita sæpe coactus est refutare eos, qui ante illum Sallustium sunt interpretati, id quod tamen plerumque modestissimis verbis fecit. Sic refutavit Gronterum ad Cat. cap. XXVII n. 1, quoniam verba: *quæm ubique opportunum credebat*, recte & ex perpetua Crispi consuetudine posita, minus recte ceperat. Ad cap. LIII n. 5 verba illa: *ac, sicuti effæta parentum, multis tempestatibus haud sane quisquam Romæ virtute magnus fuit*, omnes omnino interpretes hæsitant, ita, ut & summus vir Jo. Frid. Gronovius tres diversas expositiones excogitaverit, quarum tamen nulla Nostro satisfacit. Ipse intelligit, *ac sicuti effæta inter parentes sese habere, vel esse solet*, quo modo quidem oratio & sensus optime procedit. B. Jug. cap. XIX n. 3 docti viri, quod vel interpunctio eorum ostendit, pessime intellexerunt sequentia hæc: *Igitur ad Catabathmon, secundo mari, prima Cyrene est*; Noster autem *ad Catabathmon prima* jungit, quomodo etiam Pompon. Mela. Cap. XXIV n. 6 scripserat Sallustius: *utrum gravius existimet*: Ciacconius & plerique alii *gravius* intelligunt *carius, potius*; Noster autem *durius, intolerabilius* rectius exponit, & omnes tenebras, quibus ille locus oppletus erat, removit. Addere possis, quæ ad Jug. cap. LXX n. 2 de formula, *dudare exercitum*, quam jam Quintiliani temporibus, veluti ob scenam, traduxerunt, docuit, diversa paullulum ab iis, quæ Cl. Burmannus de eadem Phrasi protulit.

Maxime vero hac occasione examinandæ videbantur Josephi Waffii interpretationes, qui passim de sensu Autoris sollicitus fuit, multa tamen loca præterit, & neque Glarcanum, neque alios, quorum tamen notas adjici curavit, & qui sæpe dubitarunt, etiam de verborum obscuritate valde conquesti sunt, adjuvit, nec impedimenta removit. Pauca tantummodo loca adduxisse

sufficiat, illis prætermisissis, quibus Autor annotavit, quot loca Cl. Waffius ex aliis exscripserit (quorum in primis notabilis locus extat B. J. c. 96 n. 2 p. 854,) ubi vero plerumque Cl. Editor nomen ejus reticuit, quæ invidiam magis effugeret. Male laudatus ille Waffius interpretabatur Cat. cap. XIX n. 3 verba, *sed is Pifo in provinciam, iter faciens, occisus est*, quasi *in itinere ad provinciam* occisus esset; cum ex Alconio, Dione aliisque autoribus constet, eum interfectum esse *in provincia*, & Crispus consuetæ Antiptosi usus sit. Obscure explicabat Jug. cap. V n. 4 *post magnitudinem nominis R. Noster* autem ostendit, idem esse, ac si dixisset, *postquam Romani magni facti erant*. Pellime autem acceperat Jug. cap. XLIX n. 1 verba: *igitur in eo colle, quem transverso itinere porrectum docuimus*: ubi nimirum talem se præbuit, qui nullo modo Sallustium intellexisse videretur. Cl. autem Editor exponit hæc, & quæ plura ad hujus collis itinerisque situm ac habitum pertinent, atque simul figuram quamdam adjecit, quæ oculis omnia subjiciat. Sic non impune tulit idem Angelus doctissimus, quod cap. LXXXVI n. 3 in descriptione egentissimorum hominum, *quibus neque sua cura, quippe quæ nulla sunt*, existimaverit, æque Sallustianum esse, *quibus neque sua cura*. Nam Cortius noster demonstrat, *cara* eo loco nullum plane sensum habere, & ab indoctissimis librariis propter proximum *bonesta* invecum esse, ut *cara & bonesta* tanto melius cohærent. Plura passim obvia illis permittimus sibi annotare, qui, quantum hæc Lipsiensis editio antecedit Cantabrigieusi Josephi Waffii, inquirere volunt. Non possumus tamen non unicum præterea exemplum addere, desumptum ex 1 Hist. Orat. Philippi contra Lepidum, n. 10, ubi Sallustius scripsit: *quod multo propius est ab eo, quo agitat, statu, quam ex pace & concordia ad arma civilia*. Fatebatur Douza, sese illum locum juxta cum ignarissimis intelligere: Cl. vero Waffius nimis festinanter pronuntiaverat, qui eum sine ope meliorum Codd. in integrum restituere speraret, illum *ἐκ τῶν θρωπίνης δυνάμεως βέλησιν ἐπιζεν*. Noster tamen nullum vocabulum mutat, & optimam atque perspicuam inde sententiam nullo negotio extraxit. Idem beneficium pluribus locis præstitit in his Orationibus & Epistolis, quæ in fra-

in fragmentis leguntur, ut postea majori cum commodo, quam adhuc factum est, eas etiam lectum iri, opinemur. Hisce quidem Noster interpreti muneri suo satisfecisset: sed ulterius procedit; & quia satis exquisito scribendi genere Sallustius usus est, stilum ejus etiam dicendique formulas ita vindicat, ut easdem a Cicerone, Livio aliisque scriptoribus recentioribus esse usurpatas, exemplis doceat. Præterea Thucydidem, quem Sallustius imitatus est, & autores, qui Sallustium secuti sunt, diligenter confert, nec minus Latinitatem ipsam, multarum phrasium rationes elegantes suppeditando, illustrat. Ita evolvit singularia vocabula, eorumque vim manifestat, e. g. Cat. cap. XI n. 6, quid sint *delubra* & unde dicta; Cap. XXIII n. 1, quomodo differant *flagitia* & *facinora*; Jug. cap. XII n. 5, *mulier ancilla* recte dici, cum olim *ancillus, a, um* in usu fuerit; cap. LIV n. 5, quomodo *nisi*, pro *non nisi* poni possit; cap. LXIV n. 5, quid sit *homo inanis*; cap. LXXXV n. 34, quid proprie *colere*. In constructionis vim maxime inquirat, nec negligit minutias illas, e. g. qua ratione *quod si, quod ni* dicatur, ad Cat. cap. XVIII n. 8; qua ratione *id, quod*, ad Cat. cap. XXX n. 1. Hanc operam debebat singularibus Crispo formulis, ut doceret, quid sit *imperium fuit conservande libertatis*, Cat. cap. VI n. 7; quid *plebi volentia*, aut *animis volentis accipere*, Jug. cap. LXXIII n. 3. Sed hoc ejus studium vel ex notis ad unicum cap. CX B. Jug. clarum erit; ibi docet, qua de causa, & quo significato Sallustius scripserit: *facit mihi equis*; item, *haud repulsus abibus*. Numeros etiam Sallustianos bene attendit, cui veluti proprium & perpetuum est, diversa Tempora, Modos, Casus, Numeros conjugere. Quod cum certum sit; sæpe MSptorum lectiones revocavit, que olim propter ignorantiam hujus moris erant repudiatae, vide ad Cat. cap. XX n. 1; XXIII n. 6; LIII n. 3; LVII n. 3; Jug. cap. LXXVI n. 1; CXIV n. 2 & alibi passim. Ejus generis est, quod Sallustius e. g. Cat. cap. IX n. 1 *concordia maxima, minima avaritia erat*, scripserit, non, quod est in quibusdam Codd. *concordia maxima, avaritia minima*. Ex qua observatione varia loca, ubi membranarum autoritas accedebat, emendavit. Item, quod optimi Latinorum, *si me hercule; cum præsertim* & alia

alia talia scribebant, non *me hercule si* &c. vide ad Cat. cap. LII n. 35. Unde recte refutavit Agroetium ad Cat. cap. XIX n. 5. Non abhorret ab iis observationibus, quod Latini in conjunctione plurium vocabulorum sæpe infirmiora ultimo loco ponant, ut Sallustius cap. V n. 5, *immoderata incredibiliq, nimis alta capiebat*, qui positus offendiculo fuerat Viro docto. Ne dicamus de Etymologiis vocum significantiorum, quales illæ, ubi *vis* nomen a Græco *ἔσις* deducit, & ostendit, quomodo *Medi* a barbaris *Mauri* vocati sunt; vide Cat. cap. In. 2 & Jug. cap. XVIII n. 10 pag. 504.

Ipsam historiam ex scriptoribus fide dignis probare haud negligit, nec circumstantiam quandam notabilem facile relinquit intactam, id quod videre licet ex observatione ad Cat. cap. VI n. 1, de Ænea & Aboriginibus; ad cap. XVIII n. 3, de petitionibus Catilinæ; ad cap. XXI n. 3, de P. Sittio Nucерino; ad cap. XXXVI n. 1, de Agro Arretino, ubi vulgo Reatino ediderunt; ad Jug. cap. LXXIII n. 7, de Manilio Mancino, cujus etiam nomen aliæ editiones corruperant.

Antiquitates ibi obvenientes brevissimis describit, & fontes vel alios scriptores indicat, qui consuli possunt. Ex his nobis placuit, quando ad Catil. cap. XIII n. 3 docuit, quomodo Romani *famem, sitim, frigus, lasitudinem luxu antecapere* potuerint, & ad cap. XX n. 11, quomodo *Lar familiaris* a *Penatibus* differat. Obiter de additionis formula ad cap. LI n. 21 admonuit, docens, eam in Sallustio male quaeri. De militia Romana, armis, agmine munito, & id genus aliis ad Cat. cap. LVII & Jug. cap. XLIX.

Tandem sententias gravissimas, quarum magna copia in Sallustio invenitur, vel expedire vel similibus aliorum Autorum dictis prudentibus declarare non prætermisit. Hoc pro sale esse poterit, lectorique minus patienti varias lectiones, alioquin ingratas, reddet paullo gratiores. Superius seculum hunc modum scriptores veteres illustrandi unice probabat, atque exemplis Freinshemii, Bœcleri, Gruteri aliorumque satis constat, acceptissimum fuisse. Cum vero ea res non semper magnas præbere possit utilitates, æquum est, ut hac in parte modus observetur. In præsentem

præfenti commentario multis locis, magis tamen Bello Catilinario, talia leges, quia forſitan, cum ſeptem vel octo abhinc annis annotationes in Salluſtii Catilinam elaboraret, Cl. Autori magis, quam poſtea, illa ſententiarum coacervatio placuit.

Sed ne quid deeffet huic editioni optimi ſcriptoris, addidit etiam Epiftolas de Rep. ordinanda ad C. Cæſarem ſcriptas, quas multi, iique doctiſſimi viri, Salluſtio tribuerunt. Cortius autem pluribus oſtendit, eas Salluſtium autorem non habere. Quod, cum de Declamationibus fictitiis in Criſpum & Ciceronem jam dudum evictum fuerit, non opus fuit, ut pluribus adſtrueret. Adjecit etiam Julii Exſuperantii libellum de bellis civilibus, quod is veluti epitome omnium, quæ Salluſtius conſcripſit, eſſe videbatur. Præterea Porcii Latronis Declamationem in Catilinam, quam tamen Porcio illi Latroni, cujus sæpe Seneca meminit, non adſcribendam eſſe, eo inter alia demonſtravit, quod hæc Declamatio impuriſſima dictione conſcripta eſt. Nec deſiderari paſſam eſt fragmenta veterum Historicorum, quæ tam multis Criſpi editionibus addita ſunt. Addidit denique Conſtanti Felicii Durantini librum de Conjuratone Catilinæ, tum propter ipſam hiftoriam, tum, quod ille paulo rarior hodie eſſe inceperit.

Præterea quoque operi accuratus Index adjectus eſt, eorum ſolummodo, quæ in annotationibus expoſita ſunt. Inprimis hic exempla quam plurima Ellipſeos, Syllepſeos, Enallages aliarumque figurarum collecta ſunt, quæ his literis operantibus multum inſervire poterunt. Excursus quoque Cl. Autor appoſuit, in quibus liberius & laxius, quæ textui ſubjici minus apte poterant, nonnullæ emendationes aut interpretationes pertractatæ ſunt. Qui ob id etiam lectori grati eſſe poterunt, quod S. Scripturæ vel aliorum librorum, ut in notis factum eſt, interpretationes ſunt interpoſitæ. Sic optime explicat Excursu III in Catil. quomodo verba Pauli: *Date locum iræ*, intelligenda ſint. Id egit etiam, ut diximus, in annotationibus, ubicunque locus poſcebat, de quibus quidem nullus index, uti alias fieri ſolet, adjectus eſt; merentur tamen, ut ſigillatim annotentur. Juſtinum aut in ſanitatem, aut contra tentationes aliorum sæpe vindicat. Locum ex Cic. Epift. ad Atticum XV epift. XVII, qui ſingulari obſcuritate

laborabat, & potissimum a Popma satis male habitus erat, clare, & ex veritate explicatum invenies ad Cat. cap. XXI n. 3. Rivii verba in Panegyrico cap. XI, de quibus Lipsius & Livinejus dubii fuerant, omnino sese recte habere, modo rite explicentur, haud obscure indicat, ad Cat. cap. LVI n. 5 p. 404. Eodem modo Livium contra triplicem emendationem vindicat ad Jug. cap. XXXIII n. 1. Et, ut Casarem, Curtium, Severum Sulpicium & alios silentio prætereamus, varia in primis loca Hieronymi ex vetustissimo & emendatissimo MS. corrigit, qui, ut optimum quemque, ita & Sallustium exprimere passim studuit.

Ex his facile, ut opinamur, Lector consequi poterit, quid sibi de hac editione promittere possit. Typorum elegantia & vitia operarum, si pauca exceperis, studiosè evitata, decus quoddam conciliare queunt. Iplius interpretis scribendi genus ita comparatum est, ut lector attentus non facile habeat, de quo queri possit. Vehementioribus verbis adversus istos, quos refutavit, abstinet: contra honorifice meminit Scaligeri, Casauboni, Lipsii, Gronovii, Heinsii, &, qui adhuc sunt in vivis, Davisii, Burmanni, Bentleji, Drackenborchii, Duckeri, Cuninghami aliorumque, quotiescunque illorum diligentia ipsi proficua fuit. Gratias maximas in Præfatione habet iis, qui MSS. ex Bibliothecis porrigendo, aut alio quodam modo huic operi subvenerunt, imprimis Celeb. *Menckenio* nostro, qui partim autoritate, partim intercessione apud plerosque Codicum horum possessores effecit, ut quam promptissime Nostro suppeditarentur. Quæ cum ita sint, speramus, fore, ut orbis literatus non solum hanc editionem benigne excipiat, sed ut mores Cl. Editoris etiam alios permoveant, ad communicandum cum illo & alia subsidia, & maxime MSS. Codices Lucani, quem nunc emendare atque interpretari aggreditur.

*CORNELII VAN BYNKERSHOEK, JC. ET
Senatoris, Curæ secundæ de jure occidendi & exponendi
liberos apud Veteres Romanos, ad V. CL. GERAR-
DUM NOODT, JC. & Antecessorem in Aca-
demia Lugduno-Batava.*

Lugdu-

Lugduni Batavorum, apud Joan. van der Linden, 1724, 4.

Plag. 14.

Purgare pudorem suum Vir illustris voluit & culpas a V. Cl. Gerardo Noodt ipsi adscriptas in responsione de tempore, quo legibus Romanis damnari cœperit licentia exponendi, necandi & abigendi partus, (*vid. Act. 1723 p. 488 ff.*) amoliri. Reducemus autem, quæ in his curis secundis allata de Qu. prima sunt, ad IV momenta. I. Licentiam exponendi aut necandi liberos non patitur Vir Ill. restringi ad partus sanguinolentos, voce Constantini M. ceu fecit Cl. Noodt, existimans §. 3 p. 7, 8, §. 21 p. 53, 54 eam licentiam traxisse originem ex sententia veterum Romanorum, a quibus more aliarum Gentium quasi per manus traditum sit, quod partus, ne quidem editus, pro homine habendus, antequam a parentibus susceptus, agnitus, alicuius jussus esset. Hic aliquoties postulavit Noster, autorem illius formulæ nominari: neque tamen adhuc nominatus est. Philonis Judæi verbis, dixit Cl. Noodt, hominem nondum intelligi, antequam nutricis opera intervenisset. Respondet Noster, ibi hoc tantum reperiri, *οἱ πολλοὶ νομίζουσι*, multi populari opinione existimant. Non autem ipsum Philonem, neque quenquam veterum Juris Autorum; *add. L. 3 C. de posthum. hered. inst.* Apud Suetonium Augustus vetuit §. 15 p. 42, ex nepte Julia post damnationem editum infantem agnosci alicui. Neminem autem credere, Augustum statuisse, infantem illum ideo non esse hominem, quod eum agnosci alicui nolle. Isto enim adhuc seculo quibuscunque privatis licebat occidere liberos, jure patriæ potestatis, si ita videretur eis, citra differentiam ætatis, *παρὰ πάντα τὰ βία χερόν*, Dionys. Hal. L. 2 p. 96. Neque etiam in Valentiniani, Valentis & Gratiani L. 8 C. ad L. Corn. de sic. & L. 2 C. de infant. *expof.* limitari licentiam istam ad partus sanguinolentos, recens natos & nondum susceptos; ceu mallet D. Noodt §. 27 p. 75. Prisci Gentiles editum partum humique collocatum contemplantur, an suscipiendus & alendus esset: si partus placuisset, tollebant humo & alebant. Sin minus, exponebant aut necabant. Hinc autem non sequi, post primum illud decretum cessasse apud

Romanos, quod p. 57, 58, 63, 64 recurrit, omnem in adultos patriam potestatem. II. De testimoniis Christianorum ait Noster: Justinum Martyrem Apol. II simpliciter dicere, Christianis nefas esse, liberos exponere; sed non addere, infantum expositionem jure publico Gentilibus licitam & impunitam, Justini Martyris ætate adhuc, haberi. Increpare illum improbos Gentilium mores, quibus, inter medias leges, vitio seculi peccatur. p. 12. Minucium Felicem similiter crimen infanticidii a Christianis avertere, Gentilibus autem infantum expositionem, eadem illa ætate exprobrare, p. 13, 24, 26, 27, 32 seqq. Tertullianum *Lib. I ad Nat. c. 15*, alloqui Gentiles suæ ætatis: *Vos, qui infantes enecat, legibus quidem prohibemini; sed nulla magis leges tam impune tam secure eluduntur*, p. 17. Loqui eum de legibus sui temporis, quæ simpliciter & generaliter infanticidia prohibebant. Locum ergo vel hunc solum refutando D. Noodtio sufficere, p. 18. Lactantium etiam *Lib. 5 Inst. c. 9* recensere Gentilium suæ ætatis crimina, cuncta tamen legibus vetita: *qui natos ex se pueros aut strangulant, aut, si nimium pii fuerint, exponunt: -- qui nec culeum metuant*, p. 14, 28, 29 seqq. Hieronymum autem apud Dallæum, *de vero usu Patrum L. 1. c. 6* fateri, aliud esse *ῥωμαϊσμός* scribere, aliud *δογματικὸς*, & quæ sequuntur, p. 15, 16. Nuspiam, pergit Noster p. 18, *accuso Patres mendacis*, quod dixerint, infantum expositionem sua adhuc ætate apud Gentiles fuisse licitam. *Me enim latebat, si quid forte de jure liciti infanticidii ipsis excidisset*. Et p. 22, videbant forte Christiani, infantes ibi occidi & exponi, videbant, hæc non puniri; sive quod autor criminis ignoraretur, sive quod magistratus eum dissimularet: & inde forte in animum inducere poterant, jure licito hæc fieri. Illa etiam ætate non certa pœna, lege in hanc rem lata, sed extra ordinem infanticidium a Romanis coercebatur; & sic ista specialia facilius ignorabantur Christianis, p. 23. Justinum enim Martyrem scripsisse sub Antonino Pio, Min. Felicem & Tertullianum sub Severo & Caracalla, sub ipso demum Constantino Lactantium. Necem autem & expositionem liberorum ante hos omnes Patres, jam sub Trajano, Adriano, & Antonino Pio, Gentilibus, expirasse moribus, cum antiquo jure vitæ ac necis.

ois. III. Sequuntur testimonia Gentilium. Suetonium licentiam antiqui illius juris non retulisse ad ætatem Adriani, sub quo vixit, sed ad ætatem Augusti & Tiberii, quorum vitam perscripsit, §. 14 p. 37. Donatum Grammaticum, commentantem ad Terentium de jure vel tollendæ vel abjiciendæ sobolis, non loqui de ætate filiorum Constantini, qua floruit, sed ipsius Terentii, §. 15 p. 43. 44. An circa initia Trajani statim exoleverit plane priscus iste rigor, an circa finem imperii, Nostro non liquet; quod enim moribus debetur, illius punctum nemo præcise definierit, p. 64, fatente D. Noodt, p. 57. Ex Tacito ergo, qui Trajani initia duntaxat attigit, de termino hujus juris in liberos statuere non liceat. §. 14 p. 38. Plauti autem atque Terentii ætate mores istos utique adhuc obtinuisse; quia Plautus sub finem Belli Punicæ secundi, Terentius circa initium tertii vixerit & scripserit, §. 15 p. 41. 42. Apulejum contra, quia sub Divis Fratribus floruit, quo tempore licentia illa jam exoleverat, narrare nobis rem non amplius licitam. Nec mirum, si extant quædam ejusmodi mala exempla etiam adhuc sub Divis Fratribus; nam & post Valentinianum & Socios, quorum leges prohibentes D. Noodt ceu primas Principum Christianorum laudat, exempla cædium & expositionum similia vidit omnis ætas, p. 43. Scævola jam ætate illicita etiam erat expositio. Meminit is tamen in L. 29 ff. de manumiss. testam. uxoris prægnantis, quæ post repudium, filium enixa exposuerit, sublatum ab alio & educatum: quod matri nullo unquam tempore permittebatur, §. 14 §. 19 p. 51. Sic Pauli ipsius ætate quærebatur in L. 1 §. 2 ff. de jur. & fact. ignor. si quis forte expositus ignoret, quorum parentum esset, an ei noceat ignorantia facti? Innuiturque, si constaret de patre exponente, eum ideo coercendum fore, §. 14 p. 39. Ætate Diocletiani & Maximiani non licuit amplius patri exponere filiam, etsi permittatur ei repetitio illius ab educante, solutione sumptuum & alimentorum, si nuptiis filix renitatur, L. 16 C. de nupt. Confessor enim patris, qui sponte fatebatur expositionem, ceu rem illicitam & inhonestam, non debebat obesse filix circa nuptias, quas pater indignas judicabat: sicut in L. 1 C. de liber. caus. factum illicitum patris vendentis filios ingenuos, atque ultro id confitentis.

tentis Imp. Antonino, non debebat obesse filiis. Uterque igitur pater remittebatur ad competentem judicem, & causa agebatur secundum ordinem juris istius seculi, p. 40, 64. Papiniani autem ætate adhuc plenum & integrum jus patris in liberos ideo stetit, quia is ad consultationem *Tit. 4 loc. 8, collat. LL. Mosaic. & Rom.* responderit, tempore L. Juliz illud viguisse, non sequi, & ejusdem prudentiz argumentum esse, atque superius illud de loco Suetonii & Donati Grammatici, p. 37 & 43. Viditque id D. Woodt; sed quia epistolam Anonymi, qui hic p. 69 impexit, tantopere laudat, §. 24 & 26, eos committimus. De mente Papiniani autem præterea constat ex *L. ult. ff. Si a parent. quis manumiss.* Laudat enim D. Trajanum, qui patrem coegerit emancipare filium, quem male, & contra pietatem afficiebat. Laudat etiam consilium Neratii Prisci & Aristonis, quod a Trajano id factum sit non temere, sed propter necessitatem solvendæ pietatis. Si contra pietatem paterni nominis egerat pater, (ceum iterum loquitur Papinianus *L. 22 §. 4 ff. ad L. Jul. de adult.*) nihil hic extra ordinem fecit Trajanus, nec singulare aliquod decretum illius fingendum est. Eadem juris ratione Antoninus Pius usus est adversus dominum, durius habentem servum: jussit enim servum venire, ita ut in illius potestatem non revertatur; perinde ut filius, quem pater cogebatur emancipare, ad eum reverti non debuit. *L. 1 §. 1 L. 2 ff. de his sui vel alien.* Adrianum etiam idem cum Trajano & Antonino circa pietatem nominis paterni erga filium sensit, neque in patre ferre potuisse atrocitatem, ex *L. 5 ff. de L. Pompej. de parricid.* oppido patet; nam & Umbriciam, matronam, quæ non nisi ancillam atrocissime tractasset, in quinquennium relegavit. *d. l. 2.* Accedit SC. temporibus ejusdem Adriani factum, ut, etiamsi constante matrimonio partus sit editus, de agnoscendo eo tamen, citra licentiam præscam agatur. *L. 3 ff. de agnosc. & alend. lib. L. 9. C. de patr. potest.* Repetitur illud est cum SC. Planciano a Viro illustri, ad §. 27 p. 74, ut in memoriam revocaretur monitum antecedens, ad §. 22 p. 57. Absit ergo etiam ab Adriano singulare decretum. Si Alexandri Severi rescriptum ad libellum Artemidori, in *L. 3 C. de patr. potest.* ideo spernitur, quia non est constitutio generalis,

generalis, idem dicit D. Noodt de *L. 1, L. 4, L. 5 C. cod.* ac forte etiam de *L. 10 cod.* quæ tamen Maximo, Præfecto Urbi, cujus erat merum imperium, & cognitio criminum, inscripta est. Sicut primus vetuit Alexander in illa *L. 3* filium a patre occidi citra cognitionem Præsidis provinciæ ejusque sententiam, (quod largitur D. Noodt, in Comment. ad *tit. ff. de his, qui sunt sui vel al.*) quærit Vir illustris, an in infantes idem juris ex rescripto Alexandri tribuat patri, quod in adultos, nec amplius aliquid? Sic enim non primus Valentinianus jus patris coercuit. *ad §. 22 p. 58 & §. 24 p. 64.* Porro si lex Alexandri ideo est imperfecta, quia non certam ponit pœnam, si filius a patre occidatur contra illam legem, & inauditus, erit etiam ideo imperfecta, quod non certam ponit sententiam, quam Præses provinciæ contra filium dicturus esset, si illi a patre offeratur. Idem potest dici de *L. 4 cod.* nam nec ibi certa ponitur pœna, qua læsa pietas matris severius vindicetur. Idem dicitur etiam de multo pluribus legibus aliis. Si vero Constantinus Magnus primus pœnam patricidii imposuit cædi filii Anno CCCXII, (quod in Comment. asserit D. Noodt) iterum Valentinianus Anno CCCLXXIV non fuit primus, qui supplicium capitis *L. 3 C. ad L. Corn. de Sicar.* ianxit, & in *L. 2 C. de infant. expul.* repetiit. IV. Textus primarius Pauli in *L. 4 ff. de agnosc. & alend. lib.* D. Noodtio visus est priori parte inutilis, eamque putat olim ita conceptam fuisse *§. 28 seqq. Necare partum, legibus moribusque populi Romani equidem adhuc hodie licet; ideoque & abjicere & alimonia denegare, & citra misericordiam, quam pater non habet, publicis locis exponere cum licet.* Sed ultimam tantum partem putat adhuc extare & reliquam esse, & sic intelligendam: *Attamen pius atque honestus, & melius est, non necare & perfocare, sed & non-abjicere, & alimonia non-denegare, & publicis locis misericordia causa non-exponere.* Respondet Vir illustris *p. 80*: Si liceat talia fingere sine ulla plane auctoritate, mox etiam licebit Paulum & omnes textus contrarios supra allatos ita interpretari. Paulum autem distinguere tempora: *Liberi licet non sint heredes instituti, domini sunt: nec obstat, quod licet eos exheredare; quod & occidere licebat. (non, licet.) L. 11 ff. de lib. & post. b.*

postb. Eundem dixisse, *Legs Ælia Sentia prohibetur patronus adigere jurejurando libertum libertamve, ne liberos tollat.* Si ztate Pauli adhuc partum necare, abjicere licuit, potuisse etiam patronum *juramento* prohibere, ne libertus, vel liberta liberos tolleret. Instat D. Noodt, Paulus ait, *melius est*, furem nocturnum magistratibus offerre, *Collat. LL. Mosaic. & Rom. Tit. 7 loc. 2.* Respondet Noster p. 82: Si id ipsum addidisset Paulus in hac *L. 4 de agnosc. & alend. lib.* tu quidem tunc nihil fingeres: pugnaret id tamen cum ipsa mente Pauli & omnium interpretum. Instat ulterius: Secundum sententiam Justiniani debere credi, Pauli fragmentum etiam prima parte dempta, accepisse tamen vim legis, convenientem constitutioni criminali Valentiniani *d. l. 8 & 2*, & non amplius exprimere, quid pium tantum & honestum vel melius sit. Ætate autem Pauli licita adhuc fuisse, in hac re, plane contraria, & tunc verba ejus, quæ nunc extant, nondum habuisse legis auctoritatem, sed fuisse sententiam hominis privati, pii & sapientis, de eo, quid pium & honestum & melius sit. Respondet Noster p. 83: Si locus Pauli ex *Collat. LL. Mosaic. & Rom.* insertus esset Pandectis, etiam ex mente Justiniani dicere, L. Cornelia non teneri, qui furem nocturnum occidit, sed melius facturum; si eum judici offerat; nulla tamen offerendi necessitate imposita. Et sic suasio Pauli, ipsis etiam inserta legibus, maneret suasio. Disparem autem hic dari rationem. Postquam enim Justinianus legem Constantini M. & Valentiniani de pœna necantium liberos capitali non potuit non confirmare, verba Pauli, si discrete concepta essent de solo viri boni officio, adhuc pro admonitione illius officii haberentur. At verba Pauli neque ex sententia illius ita concepta esse, uti cuperet D. Noodt, neque ex sententia Justiniani ita intelligi posse aut debere. Denuo instat alter: Julianus in *L. 12 §. 3 ff. de Rit. nupt.* suadet tantum, nuptiis ejus filix, quæ privigna non sit, abstinendum, ob pudorem & honestatem: postquam vero id a Justiniano positum est in *d. l. 12*, cœpit esse pro lege. Profunde respondet Vir illustris p. 84, Veteres Ictos, etiam quod honestum sit præcepisse cum D. Augusto considerandum in conjunctionibus, *etiam servilibus*, *L. 14 §. 2 & 4, L. 42 ff. de rit. nupt. L. 197 ff. de R. J.* (Ferme crederemus, id fuisse

fuisse supra captum D. Augusti, *d. §. 4 in fin.* & aliorum Ethnicorum, quia hodie videtur esse supra captum Christianorum.) Et cum id placuisset omnibus, facile in regulas juris & vim Legis transivisse. Nam & ætate Senecæ *Epist. 94, Ictorum responsa valebant, etiam si ratio non redderetur, p. 78,* & diu ante *L. un. C. Theod. de Respons. Prud.* qua plenam legis auctoritatem acceperunt, audiunt *veteris juris conditores. L. 23 C. de procur.* Extatque insignite rescriptum DD. Fratrum ad libellum Calidæ Longinæ, ex consilio Ictorum, in *L. 17 ff. de jur. patron.* Simpliciter ergo PUTAT, & decernit Julianus in *§. 3,* illis nuptiis abstinendum, non svadet. Et Imp. *§. 9. l. de nupt. Julianus abstinere DEBERE AIT,* non, ut ablineamus, svadet. Et si enim filia illa proprie privigna non sit, neque de eo dubitetur, tamen non tantum rectius, sed & jure facturos, qui abstinent. Nam & in re dubia certius & modestius esse, dixit Paulus, abstinere. *l. 14 §. 3 ff. de rit. nupt.* Ad Quæst. II. Afferit D. Noodt *p. 87 seqq.* mulherem nuptam pariter & innuptam licentiam Legibus Romanis habuisse abigendi partum data opera, usque ad tempora DD. Fratrum: quia subtilitate aliqua partus, nondum editus, tunc fit adhuc pars matris, illa autem jure civili possit se occidere, adeoque partem sui etiam. Post editum autem demum partum incipere jus mariti de exhibendo sibi filio. Id enim ex rescripto DD. Fratrum elicere Ulpianum, *L. 1 §. 1 ff. de inspici. ventr.* Custodem ventri apponi quidem ex eodem rescripto & Edicto Prætoris; non tamen ne abortum faciat mulier, sed ne supponatur partus, quia publice interfit, partum non subjici. *d. L. 1 §. 13.* Primos autem DD. Fratres contra subtilitatem illam rescriptisse, nuptam, quæ data opera abegit, in temporale exilium dandam; quia maritum liberis fraudavit. *L. 4 ff. de extraord. crim.* De eadem lege nova loqui Ulpianum in *L. 8 ff. ad L. Corn. de sic. Præses eam in exilium, (de futuro) exigit.* Et eandem sententiam fuisse Tryphonini, *L. 39 ff. de pænis.* Nullam Romæ olim legem extitisse contra abortum. Hinc Ciceronem exemplum arcessivisse longe ex Asia Sed & optimos Imp. tandem rescriptisse, temporali exilio coercendam, quæ post divortium vim visceribus suis intulit, ne jam inimico marito filium procrearet. Ita cepisse Romæ id crimen esse

& puniri. Vir illustris contra: probasse D. Noodt, DD. Fratres frea s injecisse sceleri abortus, sed non probasse, ante DD. Fratres id fuisse licitum & ætate eorum adhuc ICtorum, qui in Pandectis loquuntur. Ulpianum in *L. 8* loqui de omni muliere. Marcianum *L. 4* & Tryphoninum *L. 39* de nupta. *Vellem*, inquit, *accuratius ætates distinxisses, & licentiam veteris ævi.* Nam & Rescriptum D. Pii, cujus meminit Ulpianus *L. 1 §. 15* & SCtum, sive Plancianum sive Adriani, & Edictum Carbonianum de partu supposito, *L. 3 §. 5*, antecedunt DD. Fratres. Ulpianum *L. 1 §. 1* loqui de calu, ubi maritus mulierem prægnantem dicit, uxor autem negat, vel dissimulat. Et hoc tantum inde elicere, SCta de liberis agnoscendis hoc casu locum non habere. Non autem negat Ulpianus, uterum ad maritum pertinere jure proprio. Semper enim ei licet uxorem ad Prætores evocare §. 9. Et si mortuo marito prægnantem illa se esse dicit, denunciandum est iis, quorum interest, etiam servo. §. 12, 13. Si neget, obstetricibus autem videatur prægnans, in idem castos apponitur, ex rescripto DD. Fratrum, perinde ac si ipsa hoc desiderasset. Audiri igitur debent, quorum interest nec abortum fieri, nec partum supponi, quia rem & publicam & suam gerunt. *d. §. 13.* De casu partus suppositi hic non quæsi, sed de abortu, ostendunt tres illi textus. Cumque is tollat finem totius matrimonii, *L. 220 §. 3 ff. de V. S.* non esse legem novam in Rescripto DD. Fratrum. Neque tricas quærendas in voce, *exiget, d. L. 8.* Denique pugnancia esse, matribus non licuisse tunc partum abigere, & iisdem licuisse adhuc partum editum occidere & exponere, invito etiam patre. *p. 94.*

*JOHANNIS VAN NISPEN DISSERTATIO
Juridica de Sepulcro violato.*

Lugduni Batavorum, apud Sam. Luchtmans, 1724, 4.
Plag. 18.

Dissertationem hanc jure suo *p. 94. Librum*, Tutori suo, Guil. van Nispen, JC. inscriptum, appellat Cl. Autor. Nam & capitibus XXXI absolvitur, & præter insignem omnis generis literaturæ apparatus, textus non pauci *tit. D. & C. de sepulcro violato*

ita illustratur, ut, supra Autoris ætatem, scriptionem hanc esse eruditam fatendum sit. Ubique enim felicitas ingenii, & cura, & modestia stili paria faciunt. Suspecta omnibus fuit lectio Florentina in Pomponii *L. 5 ff. b. ut ad sepulcra, que in fundis sunt, iter ejus aditus ambitus funeri faciendi sit.* Non enim in his elucere præcorum verborum castitatem, quam tamen illibatam imprimis retineant juris antiqui formulæ, uti & scripta veterum poetarum, antiquorumque lapidum tituli. Variis itaque allatis aliorum conjecturis, eam Noster *p. 85* fuisse putat Pomponii scripseram: *ut ad sepulcra, que in fundis sunt, itus, aditus, ambitus funeri faciendi sit.* Veteres enim ITUS pro ITER dixisse probant inscriptiones apud Panviniū & Gruterum: *Huic monumento ITUS, ADITUS, AMBITUS, DEBETUR.* Alibi: *in hoc monumento ITUS, ADITUS, AMBITUS, LIBERTIS MEIS OMNIBUS PATENT.* Neque supplendum, funeri faciendi causa vel gratia; cum hæ voces sæpe Græco more desiderentur. Porro in Edicto ait Prætor, *L. 3 pr. ff. b. si quis in sepulcro dolo malo habitaverit, edificiumve aliud quamque sepulcri causa factum sit, habuerit, in eum judicium dabo.* Præfert hic Noster, *p. 91,* Prætorē scripsisse, *quam quod.* Convenire hic etiam ad amussim interpretes Græcos, *ἐκδοσίμια μὴ ἀνήκον τῷ τόφῳ, edificium, quod nihil ad sepulcrum pertineat.* Eadem est lectio Haloandri. Verba *L. 4 C. b. p. 95* hoc ordine collocat, *sive id fecerit fabricandi gratia, sive venditurus: pro fabricandi gratia sive id fecerit venditurus.* Tribonianum *p. 78,* ait transcripsisse Juliani Apostolæ legem *56 C. Theod. b. (proximum hoc crimen sacrilegio majores nostri semper habuerunt,)* in Cod. Justinianeo *L. 5 C. b.* sed a Triboniani manu non videri esse *τὸ νοσῖ;* cum in hac ipsa lege paganismum evitaverit, idque a quibusdam etiam codicibus absit. Si tamen pagani cum Christianis hic idem semper fenserunt, non est hæc pugna in majoribus. In eadem *L. 5. C. b. p. 95* legit, *ne in piaculum incidant contaminata religione diem functorum.* Vulgo enim ridicule: *ne in piaculum incidat contaminata religio defunctorum.* Ad *L. 2 ff. b.* interpretem Græcum, qui *statuam εἴλην* optime reddiderit, defendit *p. 96*

adversus censuram Jac. Gutherii, deceptum putantis illum verbis Celsi; quia statua sit pila seu stans columna *L. 2 c. 25*. Respondet Noster, Scriptoribus Græcis *ἑλῆν* tam pro statua, quam pro pila vel stante Columna usurpari, Suidæ, Polluci, Hesychio, aliis. In *L. 3 §. 10 ff. b. confidit p. 100*, Ulpianum scripsisse, *si quis agere nollet, potest pœnitentia, antequam lis ab alio contestetur, dicere, se velle agere, & audietur*. Nam acta a manu antiqui librarii esse post, *pœnitentia*, notante Taurello, & sine eo constare sensum. Similiter Basilica, *δύεται κινεῖν ἐκ μεταμέλῃς*. Pro *ab alio* in quibusdam editionibus pessime ibidem legi, *ab eo*. In *L. 6 ff. h. p. 101* pro glossemate ait haberi posse *dominus: Quo cessante si alius egerit, quamvis reipublicæ causa absuerit dominus*. Nam & hoc omisso, verba legis satis bene procedere, neque id agnoscere Basilica. Sequitur ibidem, *cum hæc actio non ad rem familiarem EJUSDEM, SED magis ad ultionem pertineat*. Mavult Noster, *non ad rem familiarem EJUS, sed magis*. Valde obscuram mentem Ulpiani in *L. 3 §. 11 ff. b. Si servus in sepulcro habitat vel edificavit, noxalis actio cessat, & in eum Prætor hanc actionem pollicetur. Si tamen non habitet, sed domunculam ibi habeat servus, noxale iudicium erit dandum; si modo habere posse videtur: p. 108*, hoc modo exponit: cessat noxalis actio; quia hoc commissum, dum servus habitat in sepulcro, vel ibi ædificium struxit, gravius est, & privatas noxas superat. Prætor itaque propter crimen hoc violati sepulcri extraordinarium, pollicetur ex hoc Edicto actionem civilem extraordinariam popularem CC aureorum in eum; sed ita, ut dominus, qui de hoc servi sui delicto extraordinario fuit conscius, pœnam, quam sua conscientia meruit, solvat. Actio enim hæc civilis pecuniaria in servum non datur: quia pœna illius vel metalli fuit, vel capitis. Si tamen servus in sepulcro non habitet, nec ædificium, sed domunculam tantum *ibi*, i. e. juxta vel supra monumentum habeat, noxale iudicium in eum datur; quia tunc cessat crimen extraordinarium, neque hac ratione usus sepulcri permutatur, & piaculum attactu corporum non committitur, sed crimen privatum: unde noxalis actio adhuc competit: *si modo dici potest, servum ibi etiam domunculam habere; nam proprie servus omnino non habet, quod*

quod civis haberet. Additur hoc autem, *εἰς τὸ πλάτος*, ceu loquitur Scholiastes Græcus, cum aliqua latitudine, & demulcendæ istius dictionis gratia. In *L. 8 ff. h.* tradit Macer, *crimen sepulcri violati dici posse ad L. Juliam de Via publica etiam pertinere*. Dubitat tamen Noster *p. 113*, an illius *L. 8* autor sit Macer, an vero Marcellus, vel Marcianus? In Basilicis enim est *Μακρ.* non, *Μακ.* Quia vero in toto illo opere nulla lex Macri, nomine *Μακ.* sed corrupte *Μακρ.* inscripta est, infert ille, vitium hoc ex imperitia interpolatum ortum, quibus nomen *Μακ.* incognitum, *Μακρ.* autem notius fuerit. Accedere magnam sibi convenientiam, si cum nostra *L. 8* comparetur Lex Macri *1 ff. de publ. judic. L. 2 de abigeis, L. 3 de pravaric. & L. 2 de Concuss.* quæ omnes ex ejusdem Libro I *judic. public. sumptæ.* Nodum difficillimum in *L. 2 C. h. Si servus in demoliendis sepulcri fuerit deprehensus, si id sine domini scientia faciat, metallo addiciatur: sin vero domini autoritate vel jussione urgetur, relegatione plectatur*, *p. 120 seqq.* ita extricat, ut textum non intelligat de servo; (quia relegatio non est pœna servilis;) nam & Codex Theod. pro *Si servus*, habet, *Si quis*. Scios autem, cum viderent, *domini* etiam mentionem fieri, scripsisse, *Si servus*; & in hunc errorem incidisse etiam libros Basilic. Accipiendam igitur hanc legem de conductore fundi, colono, & similibus, qui etiam dominum habere dicuntur, erantque prope servilis conditionis, & ideo recte etiam metalli pœnæ subjiuntur. Si tamen domini autoritate vel jussione urgeantur tam viles homines, leviozem ipsorum esse pœnam voluisse Imperatorem. Neque etiam de domino *sepulcri* textum intelligit Noster, (quia nulli dominio subjiuntur sepulcra,) sed refert ad dominum fundorum, in quibus sepulcra extracta sunt. Triboniano notam negligentiam tum hic, tum sæpe alibi observat, non debuisse adscribi a Jac. Gothofredo. Varias enim illas lectiones, quas ex Codice Justiniano is attulerit ad Theodosianum, ex Justiniano, uti is fuit tempore Triboniani, depromi omnes non potuisse. Sic igitur *d. L. 2* restituit *van Nispen*: *SI QUIS in demolendis sepulcri — metallo addicatur. Sin vero domini autoritate — relegatione plectatur. Et si forte — villamque pervectum (pro-*

profectum) reperitur, villa sive domus — si viribus (pro, juribus) vindicetur. Textum Ulpiani in L. 3 §. 1 ff. b. Si igitur dolus absit, cessabit ejusdem persone igitur doli non capaces, ut admodum impuberes, — excusati sunt: mendosum esse, nemo, inquit p. 126 nisi cæcus negabit. Rejectisque aliorum lectionibus, seriem verborum ita instruit: Si igitur dolus absit, cessabit, (scilicet Edictum.) Similiter enim antecedit, prima verba ostendunt, cum demum ex hoc (Edicto) ple. tit. &c. Jam sponte fluunt reliqua: E J U S M O D I persona igitur, doli non capaces, ut admodum impuberes, οἱ πᾶσι νόσοις, qui prope pubertatem non sunt, & omnes, qui non animo violandi accedunt, excusati sunt. De Cujacio addit, se non scire, quinam sint illi Græci, ad quos hic provocet. Habuit is scilicet præter nostram Basilicam, alios etiam Libros Juris MSC, Græcos ineditos, quos passim laudat. Attigit autem doctissimus Autor porro etiam quosdam textus, qui non spectant ad hunc tit. de sepulchro violato. Sic p. 58 seqq. prompte componit Marcianum, L. 6 §. 5 ff. de divis. rer. cum Ulpiano, L. 7 d. 1. & L. 6 §. 1 ff. de religiof. & sumpt. fun. qui textus non paucos afflixerunt. Marcianum ait non ignorasse rescriptum DD. Fratrum, cujus meminit Ulpianus: (allegavit enim aliud eorundem rescriptum L. 39 ff. de relig. & sumpt. fun.) exhibuisse autem jus antiquum; quasi scriptum esset, magis placebat, cenotaphium quoque locum religiosum esse, teste Virgilio. Ulpianum autem indicare novi illius juris autores, sed Divi Fratres contra rescripserunt. Ita nulla superest ratio incusandi vel Marcianum, vel Tribonianum. Ulpiani L. 17 §. 18 ff. de Edil. Edict. ita interpungit p. 108, ex delictis non publicis. Neque omittendus nobis est difficilis locus Pauli, apud autorem Collat. LL. Mosaic. & Rom. Tit. 2, qui excussus est p. 52, 53. Prima illius verba legit cum Cl. Schultingio, qui injuriam alteri facit, XXV AS pœnam subito. Cum Marcilio autem, quæ sequuntur: quæ lex generalis non fuit. Ultima emendat ex suo ingenio: lex enim alias: qui libero frangit OS, CCC, qui servo, CL pœnam subito AS. Rejecta autem negativa Marcilii, dicemus: verba prima loqui de injuria leviori, reliqua de atrociori, v. c. membris ruptis, ossibus fractis; de quibus idem Paulus ex L. XII Tab. agit

agit *Lib. 5 recept. Sent. Tit. 4 §. 6.* Illa igitur lex utique fuit generalis, & impensiore damno, quam XXV sestert. vindicavit atrociores injurias, non liberis modo, sed & servis factas, verbis Gellii, a Nostro allatis. Gradus tamen & quantitas pœnæ suæ dispar. Et hic repetenda, velut ἀπὸ κοινῆς, verba priora: *qui injuriam (atrociolem) libero facit, CCC, qui servo, CL pœnam subito sextertiorum.* Reliqua ad vivum non putabimus refecanda. Versamur enim in fragmento abrupto & nimium truncato. Etiam Stobæi locum de Diogene, *Serm. 122 (277)* obiter p. 11, 12 tentat Noster, legitque pro ἀπτεόν, Πάθητα. Sed temè vicissim, ἀπτηόν, *sin vultures ad cadaver suum accederent, sepulturam for, qualis est, cum illi in pullos adhuc implumes incidunt. Alian. V. H. 9, 2.* Tum vero medicinam p. 43 attulit Justino, *Lib. 19 c. 2,* sola ferme disjunctione vocabulorum: *Pœni humanas hostias immolare & canina vesci prohibebantur, mortuorumque corpora cremare:* siste hic. Nam quæ sequuntur, non prohibentur, sed præcipiuntur: *potiusque terra obruere (corpora illa mortuorum) jubebantur, a Dario, rege Persarum.* Is enim juxta mores Persarum, in Edicto suo, quod per legatos mittebat Carthaginem, aliter loqui non poterat. *Ex quo igitur factum fuerat quam, & divulgum erata sua sede, potiusque.* Quid *jurctum* sit in glossario Labbæi, videant, *inquit p. 42,* doctiores. Τύμβος ibi est tumulus. Ad tumulum autem pertinebat operis qualiscunque structio vel junctura. Forte hinc *junctum,* vocabulo antiquo funebri; quale etiam est *componere,* Desid. Herald. *Advers. Lib. 1 c. 6.* Gauderemus, si crebriores ad nos transmittantur hujusmodi INAUGURALES Juvenum, quas voluminibus quorundam præferre, ob hanc textuum innocentissimam culturam par fuerit. Estque prima illa juvenum ætas ad hanc literaturæ partem imprimis idonea; si mature incidant in exercitatos studiorum paulo meliorum, quam alias esse possunt, magistrorum.

RAIMUNDI DUELLII, REG. S. AUG. Canon. & Bibliothecarii Sand-Hippolyrensis, Miscellaneorum, quæ ex Codicibus MSS. collegit,

Liber

Liber II.

Aug. Vind. & Græcii, sumpt. Phil. Mart. & Jo. Veith, Frat. 1724, 4.
Alph. 2 plag. 15.

Neutiquam se absterri iniquorum judicum censuris patitur Plur. Rev. *Duellius*, quo minus Opus egregium, cujus Librum I in Actis A. 1723 pag. 330 ff. commendavimus, strenue pertexat. Tantum vero abest, ut Liber hic II priori monumentorum dignitate cedat, ut eum potius superare, nostro judicio, videatur. In dedicatione ad Illustriss. Carolum Comitem de Pertusatis, Com. Castriferri &c. S. Cæs. Maj. a Consiliis & in supremo Aulico-Hispanico Consilio Regentem, Literarum Fautorem eximium, Pertusatorum majores, tum eos, qui Mediolano exciso, Alexandriam delati, Reip. hujus Antiani h. e. Præfecti fuere, tum alios sequioribus temporibus illustres commendat. Primum inter scripta collecta exstat *Monumentum Benedicto-Buranum* ab A. 740 & 1033, quod est cum iis, quæ Arnbeckius in Chron. Boj. L. II c. 23 & Hundius Metrop. Salisb. Tomo III dederant, quædam habeat communia, dignum tamen utique quod integrum hic prodiret. Sequuntur 2 *Debita seu Statuta Equitum Theutonicorum* (is titulus in Codice) a recentioribus illis, quæ Lunigius publicavit, prorsus diveria, quorum fundamentum est Regula S. Augustini; 3 *Statuta per Præpositum & Canonicos Wiennenses 1487 composita de optione Commodorum* h. e. habitaculorum, & 4 *Statuta Ecclesiæ S. Stephani Wiennensis per Concilium Basiliense edita*. 5 Fasciculus *Epistolarum XIX* ad Seculum XV spectantium. 6 *Monumenta Sand-Hippolitana*, Sæc. XIV & XV, vernacula. 7 *Chronicon Dieffense* brevissimum ab A. 850 ad 1224. 8 *Chronicon Saltzeborgense* ab A. 1403 ad 1594, cujus autor Chronicon alterum, a R. P. Hier. Pezio Tomo I Scriptorum rerum Austr. publicatum, quod in A. 1403 definit, continuare instituit. 9 *Necrologium F. F. Predicatorum in Retza*, ex membrana Seculo XIV exarata, quæ inter pauca alia monasterii Retzensis cimelia exstat, depromptum & lectu imprimis dignum. 10 *Chronicon Rottenburgi*, quod Tubero fluvio adjacet, & 11 *Historia monasterii Chombergensis*, vernaculum

culum illud, hæc maximam partem Latine scripta. 12 & 13. *Catalogus Episcoporum Patavienſium*, cum duabus chartis hiftoriam controverſiæ inter duos Epifcopos Pataviennes, Georgium Heſler & Frid. Maurkircher, illuſtrantibus. 14 *Statuta Ord. S. Auguſtini, juxta regulam Canonicorum, ſecundum obſervantiam Pragenſis Diœceſis*, e Codice Sæculi XV exſcripta. 15 *Res Sand-Andreæ*, in quibus præter ſeriem Prælatorum ab A. 998 ad 1723, & diploma, præcipua eſt *Auguſtini Erath*, Præpoſiti *Sand-Andr.* ſcriptis pluribus incluti, *Differtatio*, qua diploma Ottonis III Imp. vindicaturus, de rebus ejus ab A. 972 ad 998 agit, qua occaſione Cl. Duellius Autoris hujus, anno demum 1719 Nonis Sept. demortui, vitam & ſcripta recenſet in Præfatione. Demum ſuccedunt 16 *Catalogus Abbatum Collegiate Cann. Regg. S. Aug. ad S. Mariam in arena Eccleſia Vratiſlav.* quo Monafterio duos quoque codices Traditionum, hiftoriam Sileſiæ oppido illuſtrantium, aſſervari memoratur, & 17 *Fragmentum Chartularii Sand-Hippolytenſis membranei.* Ceterum eſſi nihil operis hujus præſtantiæ derogari putemus, eſſi nunc, æque ac in prioris Tomi recenſione factum, nihil ex hoc altero ſpeciminis cauſa afferremus; lubet tamen vel pauciſſima e *Differtatione* modo memorata de Ottone III recenſere, maxime cum illa inter noſtri ævi ſcripta referenda ſit. Cum nondum ſatis conſlet de natali ſolo Ottonis, (quamvis in Saxonia natum omnes conſentiant,) & ſolus teſtetur cœvus Ditmarus, locum, ubi natus, ſylvam *Ketil* eſſe, Cl. Erath nullam aliam hic ſylvam indicari cenſet, quam eam, quæ Cœnobio & civitati *Katilinburgenſi*, hodie *Quedlinburgenſi* (facili apud Germanos literæ K in Q mutatione) nomen dederit: quo & reſpexiſſe putat Chronographum Saxonem, qui ad A. 880 Ottonem hunc *ex illuſtris prati vireto*, h. e. ut Noſter interpretatur, ex læto arvo, hodie die *güldne Vtu*, quod ab eodem loco, quo *Katilinburg* ſitum, per magnum terræ tractum excurrit, *naſcendo enituiſſe* ſcribit. Per verba: RENOVATIO IMPERII ROMANORUM, in ſigillo diplomatis, non tam compreſſos Romanorum tumultus & innovatam Romæ pro Germanorum Imperio, pacem, quam cœptam A. 996, ſecundum Baronium, in

p. 371. ſq.

391.

393.

395.

- P. 419. concilio Romano determinationem septem Electorum Imperii inani existimat. Denique *clausura* nomine, quo Veteres custodiam militum penes civitatum munimenta & fluminum pontes, angustosque in provinciam aditus, intelligebant, in hoc diplomate *claustrum* seu monasterium S. Andreæ ecclesiastico sensu capiendum arbitratur.
- 420.

Geschichte der Preussischen Lande Königl. Poln. Antheils seit dem Jahr 1526 bis auf den Tod Königs Sigismundi I.

i. e.

HISTORIA RERUM IN PRUSSIA POLONICA ab A. 1526 usque ad mortem Sigismundi I gestarum: cuncta e MSptis collegit & documentis illustravit GOTHOFREDUS LENGNICH D.

Geschichte der Preussischen Lande etc. unter der Regierung Sigismundi Augusti.

i. e.

HISTORIA RERUM IN PRUSSIA POLONICA regnante Sigismundo Augusto gestarum, e MSstis collecta & documentis illustrata, eodem Autore.

Dantisci, typis Jo. Dan. Stollis, 1723, fol.

Alph. 14 pl. 16.

Inter pauca, quibus res Prussicæ illustrantur, scripta eminenti haud dubie Casparis Schützi, Secretarii Dantiscani, Chronica, ex ipsis Archivis collecta & vernaculo sermone Servestæ 1592 & 1599 fol. edita. At cum multa tamen ab eo prætermis-
sa deprehendantur, & nemo exstiterit, qui ea, quæ post A. 1526 in Prussia gesta sunt, (neque enim Schützius ultra progressus est, quamvis documentorum, quæ ad sequentes annos usque ad A. 1534 spectant, appendicem adjecerit, & quæ Chytraeus, homo quippe exterus, continuationis loco ad annum usque 1594 posteriori

posteriori editioni addidit, harum rerum cupidis minime satisfaciant) iusto ordinae pertexerit & monumentis fide dignis illustraverit; hinc novæ Historiæ Prussicæ condendæ consilium cepit oppido probandum Cl. Lengnichius, qua res inde ab A. 1526 sub Sigismundo I & reliquis Sarmatiæ Regibus usque ad obitum Johannis III ita novem fere Voluminibus exponet, ut quæ ad publicum Prussicæ statum pertinent, diligenter imprimis evolvat, & deinde diplomatum & actorum publicorum integram apparatus ex archivo Dantiscano, ad quod nutu Amplissimi Senatus admissus est, singulis Voluminibus addat: quo opere intra paucos, quod sperat, annos absoluto, ipsum Chronicon Schüzianum reconcinnare ac supplere constituit. Et nuper duo Tomi eodem fere tempore prodierunt, quorum alter res sub Sigismundo I, alter sub Sigismundo Augusto gestas, uterque documenta plusquam ducenta exhibet. Præmitit his Autor in Jus publicum Prussicæ luculentam introductionem, quæ libertatis, qua gens illa gaudet, originem ex eo potissimum derivat, quod excusso Equitum jugo non nisi certis legibus in tutelam Regum Poloniæ se dederit: quo pertinet, quod Regem eligendi jus habeant, & ad comitia invitentur; quod Reges post coronationem privilegia Prussorum confirmare teneantur; quod Rex sine consensu statuum nec leges ferre, vel vectigalia imponere, nec quicquam in præjudicium subditorum possit decernere; quod magistratus civici non nisi Prussi constitui possint, nec Poloni jure indigenatus in Prussia gaudeant, & quæ sunt alia. Quæ cum diligenter in ipso opere haberet ante oculos Conf. Autor, hinc prolixè imprimis Tomo I, quæ ad rem monetariam & jura monetæ attinent, investigat, nunc opem Polonis adversus Tartaros aliosve jure negatam ostendit a Prussis, quippe qui eam extra Prussiam atque adeo in ipsa Polonia præstare non teneantur; nunc Prussos, ad electionem Sigismundi Augusti A. 1529, Patre etiamnum vivo, factam non vocatos, ne id sibi præjudicio esset, a Sigismundo pactos; nunc auctoritatem Regis in Ecclesiasticis, cum edicto juvenes in Academiis ob religionem suspectas mittere prohiberentur, minime agnovisse; nunc Cæsaris ad Comitia Imperii, ad quæ sæpius postea quoque vocati,

P. 218.
251.
271.
82-84.
213.
222.
&

- p. 236. & Electoris Saxoniz ad Conventum Circuli Saxoniz Sup. Ser-
vestiz celebrandum invitationes contempnissse; nunc Magistrum
296. ff. Ordinis Teutonici in Comitibus Augustanis A. 1547 Imperii,
Legatum contra Sigismundi Poloniz in Prussiam jura defendis-
se, Cæsarem vero reservatis Imperio juribus rem velut in suspen-
so reliquisse, observat. Pari modo procedit Autor Tomo II, res
Sigismundi Augusti complexo, cui pariter præmisit discursum
politicum, quo decretum Regium Lublini A. 1569 in Comitibus
32. Regni publicatum examinat, eoque vim factam Juribus Prus-
siaz, & statum ejus nunc mutatum, queritur. Tum in ipso opere
docet, Dantiscanos & Elbingenses, A. 1549 a Judicio Camerali
citatos, misisse, qui exceptionem fori non competentis oppone-
ret; tum quæ jura fuerint Polonorum in Prussiam, antequam
63. ff. ea sponte tutelæ illorum se commiserit; quis status religionis
107. ff. 131. ff. in Prussia fuerit A. 1554 & 1556; ut Culmenfis Episcopus
Thorunenses, tradita legatis dextra, ab excommunicatione libe-
191. raverit A. 1561; quæque A. 1569 circa unionem Lithuaniz,
376. 389. imo ipsius Pruziaz, cum Polonia gesta sunt, & alia multo plura.
Memoratu imprimis digna nobis visa sunt verba, quibus Can-
cellarius Poloniz Dantiscanis religionis mutationem, quæ ma-
gno Regi apud Papam præjudicio futura sit, dissuadet, e quibus
157. non gravabimur sequentia huc referre: *Daraus wolte folgen,
dass der Pabst alles, so viel ihm immer möglich, wieder die Krone
erregen würde, Kayser, Könige und gewaltige Herren der
Christenheit wieder unsern Herrn aufstetben; stünde auch zu
besahren, Er beym Kayser anhalten würde, dass der Moskowiter
durch den Römischen Kayser die Kayserliche Krone der weissen
Reussen, darnach Er lange gestanden, bekäme, darnach würde
Er seinen Kayserlichen Sitz als Kiow, und viel andere Herr-
schaften in Littauen und Reussen, welche sich an einem Orte bis
an Lublin, am andern bis an die Wida erstrecken, fodern, auch
durch Hülffe, Zuthun und Beystand des Pabsts erstreiten. &c.*
273. Patet etiam, legatum Magistri Ordinis Teutonici, Joannem Ba-
silidem ad vindicandam sibi armis Prussiam sollicitantem, eum
Imperatoriz Majestatis (*Reussisch-Kayserl. Maj.*) titulo com-
pellasse. His denique addere lubet e Præfatione elogium Sigis-
mundi

mundi Augusti, ex adlocutione Abrahami Zbasky ad Henricum Valefium excerptum: *Jam itaque, inquit, accedam ad Augustum, eoque alacrius, cum non mea, sed patriæ rei que publicæ causa accusandum puto. - Quam ille virtutem non violavit, ac primo fidem, fundamentum justitiæ, cui datam non sefellit? Num Uxori servavit? at eam sædissime regno ejecit, non sine summo Reipubl. tunc periculo. Num aliis? at eosdem multis promissis oneravit. Qui plus dedisset, huic tantum conferebat. In mandatis dandis quæ fides, quæ constantia erat? mandabantur quedam, vetabantur eadem, iterum vetita mandabantur, sigillis manique Regis subscripta. In quos ille, quæso, honores conferebat? turpe ac nefandum dictu, tamen fatendum est, in hoc amplissimo ordine Senatorioannon sunt, quamvis absentes, inter vos, amplissimi Senatores, qui quondam rabularum ac procuratorum sordidum munus obibant? - - Quid non venale habuit bonus ille Rex? qua labe emendi ita infecerat Regnum hoc, ut pauci virtute, plures pecunia atque malis artibus consequerentur officia publica; neque mirum, dum mercator Reip. præerat, non defuisse emtores. De fertitudine militari quid sua in vita edidit? flevit, inquit, amissum Poloscum, quasi lacrymis, non vero fertitudine tum animi tum etiam exercitus vim hostium esset propulsaturus. Voluit, ajunt, at non permittebatur a Senatu. Senatus hunc a virtute arcere non poterat, quem a vitiis non poterat. Nuge atque mendacia illius, hæc artes erant. Dum non agebat bene, dicebat sibi obstare libertates nostras, dum perpetrabat mala, sibi omnia licere dicebat. Militibus porro qui honor fuit? quæ stipendia? ipsi recordamini omnes. Petebant milites retentam pecuniam, agebat Augustus, sibi deesse; petebant scorta, talentis numerabatur pecunia. Sed quid singula referam? unum tantum, quod in memoriam venit, dicam: ad tantam tyrannidem jam res devenerat, Serenissime Rex, ut dum libere peccaret, libertatem omnibus admonendi resistendique eriperet. Ceterum probamus utique institutum Cl. Autoris, eumque, ne deferat utilissimam operam, etsi sponte currentem, publico nomine hortamur.*

DE SCRIPTORUM POLONIÆ ET PRUS-
siae Historicorum, Politicorum, & Jcutorum typis im-
pressorum, ac Manuscriptorum, in Bibliotheca Braunia-
na collectorum, virtutibus, & vitiis, catalogus & judi-
cium, post evolutionem exactam, sine odio aut
studio, limatissimum.

Coloniæ, 1723, 4.

Alph. 2 pl. 1.

CUM instructissimam Poloniæ & Prussiae Scriptorum Biblio-
thecam collegisset Vir Cl. *David Braun*, minime putavit,
otiosos relinquendos in loculis libros, quod alii solent librorum
helluones, verum assidue potius volutavit, perlegit, examina-
vit, nec judicium de iis, quod ipse in titulo ait, limatissimum
invidere eruditis voluit. Itaque præmissis Polonicorum primum,
post Prussicorum Scriptorum, quos ipse possidet, catalogo, ple-
rosque deinde luculento Commentario illustrat, de autore, edi-
tionibus, scribendi ratione, virtutibus, nævis, liberrime, sed
absque odio & invidia, judicat ac censet. Et vicit utique diligen-
tiam Viri Cl. *Sam. Joach. Hoppii*, qui non ineruditum de Scrip-
toribus Historiæ Polon. Schediasma Dantisci 1707 edidit,
quo tamen non tam censuras, quam Catalogum & elogia dedisse
videtur. Sed age, nonnullas Autoris nostri censuras, de iis
maxime, quæ ad periodum, quam complectuntur Acta nostra,
spectant, repetamus. Ut itaque alios legum ac constitutionum
Poloniæ compilatores, *Joh. Laski*, *Jac. Przylusum*, *Jo. Herbur-*
tum, *Stanisl. Sarnicium*, *Jo. Januszovium*, *Paulum Sczerbitz*,
Theod. Zawadski, *Alb. Magdalinski*, *Matthiam Marcianum*
Ladowski, *Augustinum Koludski*, taceamus, *Nicolaum Zalar-*
zowski, qui Jus Regni Pol. Tomis II vulgavit, de quo in Actis
A. 1702 p. 162, specioso titulo non satisfacisse, & in vasto ope-
re negligentissime versatum, censet. Nam cum Tomo I Jura
publica, altero privata tradere promiserit, nihil tamen e. g.
de jure teloniorum, tributorum, indigenatus, provinciarum,
pauca de origine Juris publ. nullam legum conciliationem, nec
Indicem in tanta rerum diversitate necessarium hic videas. In

P. 17.

Vespasi-

Vespasiani Kochowski Annalibus, per tres Climacteres editis, de quibus in Actis Suppl. T. II p. 351 & T. III p. 528 diximus, quosque alii ob Liviani sermonis imitationem commendant, convitia in dissidentes a Religione Romana, crebros errores Geographicos & quædam pronum in vicinos odium prodentia, tum & quod raro consilia rerum gerendarum detegat, sola eventuum narratione contentus, reprehendit, ceterum ei locum inter summos & imos medium relinquens. *Andream Chrysofomum Zaluski*, cujus Epistolas in Actis A. 1712 pag. 296 & 450, itemque A. 1713 pag. 193 recensuimus, rectius fecisse Autor putat, si pro tanta commentariorum ac diariorum farragine, justam nobis historiam dedisset, & ipsum quidem in Epistolis suis, Romanam imprimis missis, singularem lectori facundiam probare, licet impetu fuerit, quam judicio validior, at cetera a minus doctis interpretibus e lingua Polonica translata esse, ex eo autumat, quod *ruinandi*, *disordinis*, *partisanium* & similia vocabula passim occurrant; nec a partium studio alienum videri posse, quod eam tantum Actorum publicorum partem vulgaverit, quæ a Polonis, vel Autore ipso, objecta sunt, responsionibus, defensionibus & rationibus contrariis prorsus omiſſis; eoque non defuisse sibi imprimis Gedanenses, editis A. 1711 sub nomine *Gratiani Severini Lipinsky*, h. e. (ut Lengnichius Præf. ad res Pruss. sub Sigismundo I supra memoratas interpretatur) Joannis Ernesti van der Linde, Consulis Gedanensis, nuper defuncti, Sicilimentis ad loca quædam Operis Zaluskiæ terras Prussicæ Polonicæ, speciatim Civitatem Gedanensem, concernentibus. *Matthæi Prætorii*, quondam verbi divini in Ecclesia agri Tilsitensis Ministri, postea apud Romano-Catholicos Parochi Starogardensis & Wayerovienſis, Orbem Gothicum & Martem Gothicum, libros nobis Supplem. Tomo II pag. 1 & 165 memoratos, quos Autor, ut de Polonis bene merendo ad honores sibi viam pararet, emisisse creditur, multam prode veteris historię Polonicæ ac Prussicæ notitiam, non inficiatur Noster, lectuque digna judicat, quæ de populorum Septentrionalium migrationibus collegit: at illud non probat, quod, quæ ab his gesta memorantur, omnia Polonis tantum, detortis sæpe autorum verbis, tribuat,

83. ff.

86. ff.

98.

- p. 179. **272** & præterea veterum latrocinia laudet potius, quam ad morem Thucydidis, qui majorum suorum flagitia perstringere non erubuit, damnet. *Casimiri Zawadski*, Castellani Culnensis, opus posthumum, quod Historiæ arcanæ titulo prodiit 1699, minime hunc titulum mereri censet, cum nihil præter diarium electionis Michaelis contineat, & autorem A. 1691 obiisse,
- 189.** testatur. Quam parum *Nicolaus Chwalkowski* in Jure Publico Poloniæ A. 1684 Regiomonti in 4 edito præstiterit, abunde jam ostendit Hartknochius in singulari Dissertatione ibidem anno sequenti vulgata; nec adeo eximiam commendationem merentur ejus Effata Regum Pol. Varaviæ 1694 & singularia Poloniæ ibidem 1696 excusa: quod vero sub ejus nomine Polnaniæ 1712, 4 lingua Polonica prodiit, Chronicon Magistrorum & Ducum Prussiæ cum Historia Livoniæ & Curlandiæ, mendis geographis & historicis plenum, fraude ipsi tribui, profusque ad verbum ex Martini Murinii Chronico, jam tum 1606 Cracoviæ Polonice edito, descriptum esse, Noster observat. Denique de *Godofredi Lengnichii*, modo laudati, rebus Prussicis ita censet, eum utilem laborem ad memoriam & jura veteris Prussiæ indaganda suscepisse, at cum unum archivum Gedanense sequi constituerit, eoque multa omittere cogatur, de quibus ibi nihil reperit, Annalium vel Historiæ justæ titulum, quem Schüzii Chronicon meruit, nec ambiisse Autorem nec adeptum esse.
- 288.**

GERHARDI ERNESTI DE FRANCKENAU,
Eqv. Danic. Bibliotheca Hispanica Historico-
Genealogico-Heraldica.

Lipsiæ, sumptibus Maur. Georgii Weidmanni, 1724, 4.
 Alph. 2 pl. 10.

CUm edita A. 1703 a Nobilissimo Autore *Sacræ Themiidis Hispanæ Arcana* in Actis nostris anni sequentis M. Jan. p. 23 recenseremus, multum, & ex merito, commendavimus singularem ejus in tradenda Juris Hispanici historia & scriptoribus eo pertinentibus designandis industriam, ipsis Hispanis admiran-
 randam,

randam, extulimus: nec minus profecto commendanda est hæc Bibliotheca, quam diu, nisi nos omnia fallunt, penes Typographum latentem, (patet enim e pag. 79 scriptum jam opus hoc fuisse A. 1704) idem tandem, Illustrissimo Joanni Antonio de Boxadors Comiti de Cavella Baroni de Vallamoll &c. &c. S. Cæs. & Cathol. Maj. ab intimis Status Consiliis & in supremo Belgii consilio Consiliario, a se inscriptam, nulla tamen Autoris præfatione instructam, nunc tandem publici juris fecit. Etenim Autor ipse titulum *Bibliothecæ fecerat Genealogico-Heraldicæ*, quem etiam singulæ operis paginæ serunt, ut adeo incongrue nunc in titulo additum sit *Historico* &c. quum non de Historicis, sed tantum de Genealogicis & Heraldicis hic agere constituerit, Historicos forte Hispanos & Lusitanos (nam hos quoque Bibliotheca hæc complectitur Autor) singulari operi servans. Et quis non miretur, tantam apud Hispanos Genealogicorum & Heraldicorum copiam deprehendi, ut Noster Autores DCCL, scripta vero MCDLXXXIX collegerit, quæ partim publice prostant, partim manu scripta, quorum fere major quam impressorum copia, in Bibliothecis & archivis principum Virorum reconduntur? quis non miretur, hæc omnia Nostro tam prompte patuisse? Laudat imprimis pag. 295 humanitatem *Ludovici de Salazar & Castro*, olim Regis Caroli II Cubicularii Ministri ejusdemque Bibliothecæ in palatio Regio Præfecti, postea Castellæ Chronographi ac tandem Hispaniarum Indiarumque Historiographi, scriptis Genealogicis, quæ Noster recenset, partim editis partim prelo paratis triginta tribus inclyti, qui intercessione Illustriss. Ehrencronii, Legati Danici, cui ab Epistolis fuit Noster, Bibliothecam suam Genealogicam, seu recensum CCXXXIX Scriptorum Genealogicas Hispaniæ res exponentium, adhuc ineditum, ipsi communicavit, quo se strenue in hoc opere adjutum, lubentissime agnoscit. Imprimis vero diligenter usus est instructissima Bibliotheca Ehrencroniana, quæ venum exposita, primum Naupotami 1717, 4, postea Hagæ Com. 1718, 8 typis edita prostat; in qua comparanda cum magnam partem ipse Cl. Autor operam præstitit, subinde, quos codices, a quibus, quanto pretio (neque enim ullis sumptibus

- pepercit, exiguum Codicem MS. nunc centum nunc ducentis Imperialibus redimens) comparaverit Vir Ill. observat, ut dolendum adeo sit, Bibliothecam tanta cura collectam auctoris lege fuisse dispersam. Nos Annales literarios, quos in his Actis ab A. 1682 condere cœpimus, e nova hac Bibliotheca Hispanica suppleturi, non nisi sequentes, in Hispania editos, necdum nobis memoratos, deprehendimus: 1 Alvari Cinfuegos S. J. Prof. Salmanticæ & inter Hispanos hujus ævi Poetas fere primi, *La Vida del Santo Francisco de Borja*, Madr. 1702, f. quo Borgianum stemma ex parte illustratur; 2 Don Augustini Laurentii de Padilla Altamirano, Jcti, *Compendio del Origen, antiquesdad y nobleza de la familia Marquez*, Hispali 1698, 4; 3 & 4 inter Didaci Josephi Dormeri, Historiographi Regis æque ac Regni Arragoniæ, opera duo exstant Volumina CæsarAugustæ 1683, 4 edita, alterum *En Miendas y Advertencias à las Coronicas de los Reyes de Castilla* &c. seu notæ & castigaciones ad celebre Petri Lopefii ab Ayala Chronicon, alterum *Disursos varios de Historia con muchas Escrituras reales antiguas* &c. quod dissertationes quasdam curiosas, ut Zuritæ Descriptionem Cantabriæ & additiones ad Indicem rerum Arragon. diplomata item, decreta, & testamenta Regum, ut Ferdinandi Catholici, aliaque ex authenticis deprompta complectitur; 5 Gabrielis de Henao, S. J. *Averiguaciones de las Antiquedades de Cantabria*, cujus libri, Salmanticæ editi, Tomus I 1689, secundus 1691 f. prodit; 6 Joannis de Baena Parada *Epitome de la Vida y hechos de Don Sebastian*, Madr. 1692, 4. 7 Don Joannis Bannos de Velasco, generalis Castellæ Historiographi, *Memorial de la Grandeza para le Marques de Estopa Don Cecilio Franc. Bonaventura, Centurian Cordova &c.* Madr. 1697, f. in quo stemmata Centurionum Cordubarum fufius deduxit Autor; 8: Don Joannis Roman & Cardenas *Notitias Genealogicas del linago de Segovia*, Madr. 1690, f. quod opus revera ipsi Marchioni Mordejarenfi Don Gasparo Ibanez de Segovia, cujus in familia ille fuit, deberi, Noster observat; 9 Ludovici Alphonfi de Carvallo S. J. *Antiquedades y Casas memorables del Principado de Asturias*, liber diu post mortem Autoris, quæ in A. 1630 incidit, Madridi 1695 f. vulgatus,

gatus; Don Ludovici de Salazar & Castro, supra memorati, scripta varia, nempe 10 *Catal. Hist. Geneal. de los Señores y Condes de Fernan - Nunnez* Madr. 1682, f. quo familiam de los Rios succincte exponit; 11 *Historia Geneal. de la gran Casa de Silva*, Madr. 1685 f. duobus Voll. 12. *Advertencias Historicas sobre las obras de algunos doctos Escritores modernos*, Madr. 1698, 4, quo variorum Genealogorum Hispaniæ errores emendat; 13 *Reflexion Historica sobre les Casamientos de las Casas de Austria y Baviera*, Madr. 1689, f. ubi, occasione nuptiarum secundarum Caroli II cum Mariana, Philippi Guilielmi El. Palat. filia, eo anno celebratarum, stemmata, Hispanicum, Austriacum, Palatinumque Rheni & Bavaricum recenset; 14 Don Petri Tutor & Malo, Numantini, ut se ipsum vocat, seu Sorienfis, *Compendio historial de las dos Numancias &c.* Compluti 1690, 4, qui liber partem priorem exhibet majoris operis, quod Autor de urbe Soria meditabatur. His addimus librum in Gallia excusum, sed paucis visum, 15 Emanuelis de Soufa Moreira *Theatro Hist. Geneal. y Panegyrico erigido a la immortalidad de la Casa de Soufa*, Paris. 1694, f. cum fig. nitidissimis. Ceterum uti dolemus, librum hunc non ita, ut merebatur, ab omnibus sphalmatibus liberum prodiisse, ita optamus, ut Cl. Autor, quem adhuc Viennæ in comitatu Legati Danici degere comperimus, adduci se patiat, ut Historicam quoque Hispaniæ Bibliothecam, cui scribendæ omnium maxime idoneus videtur, simili ratione contexere dignetur.

p. 190. ff.

361.

106.

JO. MATTHIÆ GESNERI NOTITIA
Bibliothecæ Schurtzfeischianæ.

Vinariz, typis Mumbachianis, 1723, 4.
Plag. 12.

Est hæc Allocutio ad Serenissimum Ducem Saxoniz Vinarensem, WILHELMUM ERNESTUM, qua Cl. Autor, cujus jam sæpius honorifica a nobis facta fuit mentio, & natalem ei sexagesimum secundum gratulatur, & de commissa fidei suæ ea bibliothecæ Ducalis parte, quæ *Schurtzfeischianæ*

M m 2

nomen

nomen a priore domino retinet, gratias agit oratione venustissima. Hac occasione cum de divitiis & cimeliis ejus bibliothecæ differat, nos inde nonnulla excerpemus, quæ grata credimus fore nostris lectoribus. Et e codicibus quidem MSS. nominare nobis libet *Joachimi Abbatis*, de quo cognitu digniora legi meminimus in *Nicodemi Additamentis ad Toppii Bibliothecam Neapolitanam p. 91 sqq.* scripta complura; *Chrenica* varia urbium & provinciarum Germaniæ; *Ciceronis libros de Officiis, Sullustii opera, Juvenalis & Persii poemata; Jani Gebhardi Observationes ad Livium; Homeri Iliadem;* ipsius *Schurzfleischii* manu scriptos codices plures, itemque epistolas ejus ineditas permultas; *Jos. Scaligeri Notas ad N. T. & ad Josephum; Steph. Moynii Notas ad Valesianos scriptores Historiæ ecclesiasticæ; Theocritum* a quodam cum MSS. codicibus collatum, ac præterea permultis ornatum observationibus. Præterimus libros summæ raritatis, e. g. *Jo. Mariæ Braschbellensis Indicem purgatorium.* Accedimus ad Appendicem, primo p. 46 sqq. exhibentem aliquot Codicum MSS. descriptionem uberiozem. Hic p. 54 memoratur liber typis expressus antiquissimis *de vita & morte Aristotelis:* quem nuper vidimus ex alio ejusdem editionis exemplari totum denuo editum a Cl. Heumanno in *Actis philos. XV. P. 58 sqq.* laudantur copiosi commentarii historiam Crypto Calvinismi sæculo XVI egregie illustrantes, ac simul exhibetur Simonis Stenii elegantissima, sed eadem mordacissima Satyra in Theologos Crypto Calvinian sive Philippistis adversantes. P. 69 sqq. exhibentur duæ ineditæ epistolæ Lipsii. Denique p. 78 sqq. exstat festivus Index editionum aliquot sæculi XV, item Junta:um, Aldorum, & Stephanorum, quas habet Schurzfleischiana bibliotheca. Ex his solam nominamus *Homeri Græcam* editionem, quæ Florentiæ A. 1488 prodiit cura Demetrii Chaleondylæ, quamque Cl. Geinerus ita commendat ab insigni emendationis cura, & a chartæ robore ac nitore, latisque marginibus, ut eam referre non dubiret inter Ducalis bibliothecæ *κεμήλια.* Quo quidem judicio *ὀμέψηρον* se præbet Cl. Maittario, cujus de ista editione magnificum elogium recitavimus A. 1719 p. 479 sq. Ceterum exstat & eadem apud nos tem in Bibl. Academica, tum in Menckiana. CO-

MENSIS JUNII A. MDCCXXIV. 277

CODICES MANUSCRIPTI QUEDLIN-
burgenses, quibus accesserunt Variantes lectiones e co-
dice perantiquo Sulpicii Severi de vita S. Martini, &c.
cura M. TOBIÆ ECKHARDI, ill.

Quedl. R.

Quedlinburgi, apud J. G. Sievertum, 1723, 4.

Plag. 13 $\frac{1}{2}$.

Non videtur quisquam ingratum facturus eruditus, qui la-
tentium hic illic MSS. codicum notitiam cum orbe litera-
to ingenue communicat. Proinde nec dubitamus, jucundo ap-
plausu hoc exceptum iri opusculum, quo Cl. Eckhardus, opti-
me merens Gymnasii Quedlinburgensis Rector, MSS. codices
in percelebri urbe illa superstites recenset studiosissime. Fuit
scilicet prope Quedlinburgum monasterium S. Wiperti, in quo
versati olim fuerunt Haymo, Rabanus Maurus, Nic. Lyra, alii-
que pro illorum temporum conditione doctissimi viri. Ex eo
superfuit adhuc plures MSS. codices, quorum titulos hic ex-
hibet Cl. Eckhardus, adjectis etiam iis codicibus manu exaratis,
qui alibi in Diocesi ac civitate Quedlinburgensi reperiuntur.
Occurrunt igitur hic, ut cæteros haud paris pretii codices omit-
tamus, duo antiquissimi codices *quatuor Evangelistarum*, quo-
rum alter Italicis aureis uncialibus conscriptus est nitidissime:
duo codices *Biblitorum* Latini; *Hieronymi* Volumen Epistola-
rum CXVIII; *Boethius* de consolatione philosophica; *Severi*
Sulpicii Vita S. Martini, tres ejusdem Epistolæ, totidemque P. 13. sq.
Dialogi; (qui quidem codex & antiquissimus est, ad Carolin-
gicum quippe ævum pertingens, & nitidissimus:) *Augustini*
Sermones triginta; Tractatus theologicus anonymi quatuor
libris constans; (cujus dum priora libri primi Capita Cl. Autor
p. 15 recenset, facile agnosceimus, hoc esse notissimum illud *Tho-*
ma a Kempis opusculum *de imitatione Christi*;) *Cassiodori* Ex-
positio Psalmorum; *Alexandri M.* Epistola ad Aristotelem;
(cujus ultimam editionem cura Andr. Paulini Giffæ prodidisse
meminimus A. 1706.) *Augustini* Enchiridion ad Laurentium;
Mm 3 (cujus

- (cujus editionem novam B. noster Rechenbergius A. 1705 publicavit:) *Jobannis ab Indagine* complures libelli, Trithemio non memorati; *Breviloquus*, vetus Lexicon Latinum; *Aenea Sylvii* duo libelli contra Hussitas; *der Sachsen-Spiegel*; (cujus rhythmicam Præfationem ab ipso autore libri confectam esse, quod quidem Cl. Reimmannus dubitaverat, Cl. noster Autor pag. 33 verisimile facit:) *Mamotrectus* supra Biblia; *Francisci Petrarche* aliquot Epistolæ; *Anonymi* Expositio Passionis Christi; (cujus in fine cum librarius hunc versum adjecerit: *Hunc scripsi totum proxo da mihi potum*, facile est intelligere, τὸ *proxo* esse scripturam compendiosam, ac legendum esse *pro Christo*;) *Alcoranus*; Liber Turcicus de officio iudicum, dictus *Schikaiik Numani*. Sunt autem omnes CXXVII codices, si tamen annumeremus codices impressos proximis a reperta divina illa arte temporibus. Nam tales etiam inmiscere placuit Cl. Eckhardo, cum a nonnullis æquiparentur libris manuscriptis. Hos inter igitur se offerunt oculis nostris *Biblia Latina* A. 1457 impressa; *Bernbaradi*, Abbatis Clarevallensis, Sermones 180; *Legenda Sanctorum* sive *Historia Lombardica*; *Doctrinale* Magistri *Alexandri de Villa Dei*; *Bernbaradi de Busto* (a) liber de excellentiis Reginæ cœli; *Johannis de Tambaco* libri XV de consolatione theologiæ; *Petri de Natalibus* Catalogus Sanctorum.

57. Recensitis jam codicibus MSS. & rarioribus impressis, sequuntur *Variantes Lectiones* e supra laudato codice MS. *Sulpicii Severi* de Vita S. Martini: e quibus antequam unam atque alteram consideremus, merito monemus, ejusdem Operis etiam in Lipsiensi nostra bibliotheca Academica exstare codicem MS. membranaceum. Miramur vero, p. 308 & in Lipsiensi hujus libri editione & in MS. Quedl. legi: *multa se adverse passurum*, cum in propatulo sit, rescribendum esse *adversa*. P. 330 pro *exanimi pro filia* codex Quedl. habet *ex animis*. Perperam. Non enim solum statim p. 331, sed etiam p. 336 Cap XIX §. 4, *exanimis* rursus ponitur pro *mortuo*. P. 355 uterque codex habet: *non alii*


(a) Conf. Miscell. Lips. T. XII p. 105.

alii tamen, quam episcopi, ferebantur. Nullius Critici iudicium defugimus, cum accurate inspecta tota oratione ultimam vocem plane expungendam censemus. Adeo liquida res est & cuiusvis iudicio exposita. P. 361 vix dubitamus, pro *ne forte inconsultum* Sulpicium scripsisse *ne fortean consulto.* *Fortean* scilicet eandem habet rationem, quam *forfan, forsitam, & fortassean,* cuius postremæ vocis plura exempla exhibet Cujacius lib. IX *Observat.* cap. 10. P. 378 & pro edito *flagitantem* & pro MS. *flagitatum* reponere audemus *flagrantem.* P. 387 mirum, codicem MS. etiam habere *nequando* pro *ne fando.* *Ne fando quidem auditum est,* inquit Sulpicius. P. 509 sic rescribimus: *Ista interim de illo viro portabis Orientali.* Ubi codex MS. æque, ac editi libri, vitiose habet *ita.*


Sequuntur p. 71 *sqq.* versiculi laud pauci in S. Martinum, nonnullis Cl. Editoris notulis distincti. Hic cum p. 75 exstat *pie BEJO,* quæ scriptura Cl. Editori crucem fixit, τὸ BEJO nomen proprium esse suspicanti, monemus jure nostro, mendosam esse illam scripturam, legi debere *plebejo.* Addimus, in proxime præcedenti versu post *honor* comma collocandum esse, totumque illum versum circumdandum signo parentheseos. Accipe nunc, benevole Lector, versus suæ restitutos integritati:

Martini corpus totis venerabile terris
(In quo post vitæ tempora vivet honor,)
Texerat hic primum plebejo machina cultu,
Quæ Confessori non erat æqua suo.

Appendicis loco e MSS. exemplaribus Cl. Editor exhibet p. 78 *sqq.* duas *Gregorii Turonensis* de obitu S. Martini Epistolæ; p. 80 Revelationem *S. Ambrosii* de transitu ejusdem; p. 81 ejusdem Epistolam de translatione corporis S. Martini; p. 83 Vitam S. Briccii, successoris S. Martini; p. 86 Decretum Concilii Basileensis, quod Virgo Maria concepta sit sine originali peccato; p. 88 ejusdem Concilii Decretum ad Clerum *Quedlinburgensem*; p. 89 *sqq.* duas Lutheri epistolæ, & unam Melanchthonis: quæ etiam exigui sunt momenti, non tamen spernentur ob autorum suorum magnitudinem.



MICROCOPY RESOLUTION TEST CHART
 NATIONAL BUREAU OF STANDARDS-1963-A



1:24

ACTA ERUDITORUM
LEIPZIG 1724

DER MICROFICHE-REPRODUKTION LIEGT
DAS ORIGINAL DER STADTBIBLIOTHEK
BRAUNSCHWEIG ZUGRUNDE

SIGNATUR: M 612 W 4⁰

UT ad morem nova literaria Actis his addendi, a quo inde ab A. 1718, quo seorsum edere *Nova Literaria* coepimus, in forma octava, fere abstinuimus, velut postliminio revertamur, nunc quidem nuntiamus, allatam esse Lutetia Parisiorum schedam, qua Rev. P. Catrou S. J. operis admodum splendidi, quod inscribetur *Histoire Romaine depuis la Fondation de Rome* brevi edendi spem facit. Historiam nempe Regum & Reip. Romanæ, in qua condenda aliquot annos insumsit, XII Voluminibus in forma quarta edere subscriptionis lege constituit, in qua non modo ea fufe satis diducet, quæ passim apud scriptores veteres Latinos & imprimis Græcos reperiuntur, verum & quicquid ex antiquitate Romana vel in marioribus vel nummis aliisque monumentis exstat, in consilium adhibebit, quæ suis figuris passim illustrabit. Nec Criticam omittet: & quo rectius consulat Lectoribus tum togatis, tum sagatis, diligenter ubique rimabitur prudentiorum consilia, eoque characteres principum virorum luculenter exponet, tum omnem Romanorum rem militarem depinget, legumque imprimis origines investigabit. Quod ut justo ordine fieri possit, notas continuo textui subijcere statuit. Et quamvis nunc quidem ultra liberam Remp. nondum ascendere velit Autor, simul tamen pollicetur, absolutis his voluminibus, simili ratione res etiam Imperatorum pertendas, atque adeo se socium adscivisse laboris R. P. Rouillé, qui inter Autores Diarii Trevolt. claret, & si alterutrum mori contingat, alium operi admovendum, testatur. His vero Voluminibus, quorum quatuor priores sub finem hujus anni prodituri sunt, subscripturi (quod ante ultimam Julii hujus anni fieri necesse est) pro charta mediocri, pura tamen, 90, pro grandiori 150 libras Franc. & quidem illi 20 l. hi 40 l. dum subscribunt, illi 20 l. hi 40 l. cum priores quatuor Tomos, illi 25 l. hi 40 l. cum quatuor sequentes, illi 25 l. hi 30 l. cum quatuor ultimos receperint, solvent. Typographi, qui accepta pecunia fidem dabunt, sunt Parisiis Jac. Rollin, Jo. Bapt. Delepine, & J. B. Coignard, & Lugduni in Gallia Vidua Ant. Boudet.

Prostabunt proxime Supplem. Tomi VIII Sect. 8 & 9.

ACTA ERUDITORUM,

*publicata Lipsiæ
Calendis Julii Anno MDCCXXIV.*

*C. VALERII FLACCI SETINI BALBI AR-
gonauticon Libri VIII, cum notis integris Lud. Carrionis,
Laur. Balbi, J. Zinzerlingi, Chr. Bulei, Ger. Vossii &
Nic. Heinsii; & selectis Æg. Maserii, Jo. Baptistæ Pii,
Jo. Weitzii, & aliorum, curante PETRO BUR-
MANNO, qui & suas adnotationes
adjecit.*

Leidæ, apud Sam. Luchtmans, 1724. 4 māj.

Alph. 5 plag. 12.

Merita Viri Celeberrimi *Petri Burmanni* in rem litterariam tanta sunt, ut omnes eruditi, qui modo non sint ad obscurissimas & mercenarias disciplinas projecti, habeant, quod illi acceptum ferre haud refugere possint. Eam autem inprimis partem, quæ in emendandis & illustrandis vetustis Scriptoribus versatur, ita egregie ornavit, ut illi, qui Phædrum, Petronium, Vellejum, Quinctilianum, cura tanti viri perpolitos, vel leviter tractaverint, magna omnia & exasciata opinione præcepturi sint, quando de *Valerio Flacco*, cum observationibus Burmanni in lucem emisso, accipient. Irritaverat jam olim cupiditates doctorum hominum, cum spem facerent Flacci prodituri & Ovidii: nunc eo ardentius exoptabunt Ovidium (quem, ut aliunde cognovimus, ad Indices usque absolutum jam habet) quo magis peritiam Cl. Burmanni & modestiam in castigandis Poetis ex his in Flaccum lucubrationibus agnoscere licet. Sunt quidem pauci, atque ii fere vitiligatores,
N n quibus

quibus ad iudicandum ardet animus, diligentissimo cuique infesti, ipsi ignavi & socordes, qui conatus Burmannianos & utiles labores allatrare ausi sunt: nihil tamen adhuc famæ optimi Viri apud harum rerum peritos detraxerunt. Neque mirum hoc in tali Critico videri debet; cum omnes, qui in ista arte ad aliquod nomen ingenii pervenerunt, malevolis iudiciis obnoxii fuerint. Et si maxime virtutem præsentem odisse pergant homines male feriat, posteritas tamen illi suum decus rependet. Erunt etiam aliquando, qui, quod Burmannus Viris clarissimis Grævio atque Brouckhusio prælitit, quorum famæ acerrime consuluit, Burmanno itidem præsent, debitasque illi laudes vindicent. Sed ad Flaccum Valerium ut revertamur, non ille in ultimis laudibus Burmannianis ponendus erit. Dignus erat tali interprete vates, & in quem non incideret subitaneus quidam & tumultuarius notarum confarcinator. Jam Anno 1702 satisfecerat ex parte votis eruditorum, cum Nic. Heinſii in Flaccum Animadversiones, ex tenebris erutas communicaret. Sed neque Heinſius, neque infausus ille plagiarius Alardus, etiam Carrione, Weitzio & Bulæo stipatus, omnes labes deterferant: multo minus omnibus locis lucem, qua egebat Valerius, affuderant. Multa itaque relicta erant emendanda, plura illustranda, in quibus ingenium suum exercere poterat Cl. Burmannus. Hic etsi pro diutino usu, & multa Poetarum lectione, audacius censuram peragere potuisset; modestissime tamen sese gessit, & omnia cauti & circumſpecti Interpretis officia implevit. Pauca sane in ipſo contextu immutavit, eaque omnia certa clara sunt; adeo, ut quilibet lectorum assensum dare cogatur. Ne in adnotationibus quidem nimium conjecturarum numerum attulit: quas non experitur, nisi in locis pessime affectis, deploratis atque depositis. Crederes, non tantum temporis Cl. Autorem commodasse Valerio, quantum Petronio aut Ovidio. Contra vero ante viginti amplius annos eum huic Poetæ intentum fuisse, manifesta indicia adſunt. Sæpius cum Grævio atque Brouckhusio, cum illi in vivis essent, de locis male sanis sese egisse, passim memorat: excerpta etiam litterarum, quibus illi consulti sententias suas exposuerant, insperſit. Adiit etiam Bentlejum, cujus *ευσοχίας* præclara

clara declaraverant monumenta; ut videre est ex nota ad Libr. III, v. 123. Alicubi etiam prædicat, se olim multa exempla verbi cujusdam ad Valerium adnotasse, quæ cum postea ideam ille Bentieus præceperit ad Horatium, nunc omittere debuisset. Unde patebit, non tempori, sed moderationi Cl. Burmanni tribuendum esse, quod ita, ut diximus, caute in castigando Poeta suo versatus sit. Eximias tamen quasdam emendationes, cui volupe est inquirere, statim Libr. I v. 39, 100, 529, 590, 785 deprehendet, ex quibus de reliquis judicium ferre poterit. Verum non tam corrupta scriptura, quam intricatus & haud raro ab ipsis interpretibus depravatus sensus, negotium faceffivit Cl. Editori. Flaccus enim ubique nitidus, vehemens, sublimis atque facundus incedens, imperitis, tardis & humi repentibus ingenis haud raro imposuerat: quod Balbi, Pii, Materii, Carriionis aliorumque exemplis facile demonstrari posset. Cl. autem Burmannus non modo ea loca, ubi illi hæitarunt, pleraque omnia feliciter expedit: sed illa etiam, quæ non tacta ab aliis, lectorem tamen vexare aut morari possent, egregie explicuit. Ex eo genere placebit studiosis interpretatio Libr. I v. 10: *Eripe me populis & habenti nubila terra*; v. 262: *magnumque sonantes haurit*; v. 428: *quod gemina mater spectabile tela Duxit opus*, adde v. 767; Lib. II v. 620; Libr. III v. 48: IV v. 105; V v. 167; & infinita alia, in quibus rarioris constructionis, aut unius sæpe vocabuli dilucida explanatio, quod in tali Poeta summe erat necessarium, gratissimam lucem fœneratur. Nec verba saltem sed ipsas res & historiam interpretatur: ut cum ad Libr. III v. 479, ostendit, cur Hercules a quibusdam humilis staturæ fingatur; qualia bene multa nullo negotio invenire queas. Sæpe tamen, ut ingenue omnia indicemus, optimus ille Interpretes ipse vacillat, & qua est ingenna fronte, sese hæsitare, ignorare, quid verba velint, profitetur. Quod illi nemo vitio vertet, qui secum consideraverit, quantis tenebris immerfus, quanta errorum copia obrutus fuerit Vir doctissimus, in quibus omnibus tentare medicinam maluit, etiam successu carentem, quam nihil plane asferre. Alii certe ita veluti manu ducuntur ad bene merendam de Flacco: cum iis maxime locis

animum intendere possint, quæ corrupta aut impedita esse indicavit Cl. Burmannus. Genuini hoc atque ab omni ostentatione remoti interpretis erat: non minus tamen, quod neque Gronovii, Heinsii, Grævii, neque amicissimi Brouckhusii auctoritate permotus est, ut veritatem defereret, magnisque Viris adhæresceret; quin potius, ubicunque res postulavit, libere dissentium profiteretur & in alia omnia ire, æquum existimat. Inter tot virtutes primo loco memorandum erat, quod non modo ineditas Gerh. Vosssii in Flaccum annotationes adjunxerit & quasdam nunc primum Heinsii, quas nempe codici suo adpinxerat, evulgaverit, sed etiam, ut index habet, *integras* doctorum Virorum notas subjecerit. Vere *integras*. Non enim sequitur Cl. Burmannus eorum mores, qui *integras* promittunt, tacite tamen inter *integras* & *universas* discrimen quoddam agnoscunt: sed ne sic quidem lectoris expectationi satisfaciunt. Evolveas enim Tacitum, Cæsarem, Justinum aliosque hujusmodi scriptores, quibus in fronte splendidum titulum adleverunt; sed spes tua fallax erit. Tantum enim abest, ut *universas* Pichenæ, Ursini, Bongarsii, aliorumve notas, etsi index eas mentiri videatur, inibi reperias ut etiam, quas exhibent magnifici promissores, decurtatas & misere truncatas dederint: adeo, ut multas alias etiam editiones requirere debeas, si animo tuo satisfacere velis. Non ita delusit optimus Burmannus lectores suos: tuto Carrionis, Balbi aliorumque, quorum *integras* notas promittit, singularibus editionibus carebis; cum omnia illorum, nisi nos comparatio nostra fallit, bona fide exhibeat. Neque Præfationes & Dedications desiderabis, a viris illis concinnatas: quas, utilissimo consilio, omnes Flacco suo præmisit. Nulla tamen earum plura de Poeta docebit, quam ipsius Burmanni, quæ omnia, ad varias editiones spectantia, docte enarravit: simul errores quosdam Maitairii, Fabricii, & defensorum importuni illius Alardi opportune castigavit. Accedit *Catalogus Argonautarum* ex Argonauticis & aliis scriptoribus collectus: non talis quidem, quales editionibus Carrionis & Alardi adjunctos conspiciamus, aut Simson in Chronico & Thom. Galeus in notis ad Apollodori Bibliothecam dederunt, minus accuratos & legentibus parum accommodatos:

datos: sed qui ubertim ex omni genere scriptorum & stirpem & ætatem, quantum fieri potuit, Argonautarum omnium tradit. Subjungitur etiam Supplementum Valerii Flacci ex Apollonio maxime ab Jo. Baptista Pio concinnatum, quod aliæ quoque editiones vetustiores jam expresserunt: item Versio Latinæ metrica *Orphei Argonauticon*, cujus autorem *Leodrisium Cribellum*, Mediolanensem, esse, ex Aldo, Barthio, Reinesio aliisque docuit Burmannus; cum vulgo eum ignorare videantur. Agmen claudunt Indices necessarii, quos majore cura & diligentia, quam fieri solet, confectos esse sperat. Alardi certe Index enormioribus mendis scatet: quarum aliquot Celeberr. Editor post Catalogum Argonautarum enumeravit. Indicavit ita multa aliorum autorum loca, quæ in notis illustrantur aut emendantur: in quibus eximia est emendatio Manilii Libr. V vers. 502, quam vide in notis ad Libr. II v. 466. Sæpissime etiam varias lectiones tum aliorum, tum maxime Lucani laudat, quas, ut putamus, Heinsius olim collegit, & Celeb. Burmannus, quæ nostra spes est, Cl. Cortio, qui apud nos novam Lucani editionem molitur, haud invidet. Denique nec illud prætereundum existimavimus, quod in notis non modo de Interpretibus Valerii (ad quem numerum pertinet illud de Pio ad Libr. III vers. 404) sed etiam de aliis Viris doctis judicia sua admisit, aut eos tamen elogio quodam ornaverit. Ita haud inutilia neque ingrata sunt, quæ habet de docto illo Virgiliti Interprete *La Cerda*, ad Libr. III vers. 317; de *Jac. Gronovio* ad vers. 392; de *Clerico*, quem, festivo elogio, illud cymbalum hujus sæculi appellat, ad vers. 400; de multis præterea. Nos, qui videmus in plerisque curam Valerii Flacci satis feliciter Cl. Burmanno cessisse, optaremus, ut Vir eruditissimus post Ovidium, etiam Catullum, Manilium aut alium quem veterum Poetarum castigationem cum harum rerum cupidus communicaret: sed ætas, gravissimæ curæ, cumulata negotia (etenim, post obitum *Cl. Senguerdi*, etiam Leidensis Bibliothecæ curam Burmanno commissam esse cognovimus) ea persuadere videntur, fore, ut vota nostra frustra sint. Nihil tamen magnopere querimus: dum verum bonumque judicamus, tot exantlatis laboribus ejus honestum otium condonare.

JO. BAPTISTÆ MORGAGNI, IN PATAVINO Gymnasio primarii Anatomes Professoris, Epistolæ duæ, altera in AUR. CORN. CELSUM, altera in Q. SERENUM SAMONICUM.

Patavii, excudebat Josephus Cominus, 1721, 8.

Plag. 9.

AUR. CORN. CELSI DE MEDICINA Libri octo, brevioribus ROB. CONSTANTINI, IS. CASAUBONI, aliorumque scholiis ac locis parallelis illustrati, cura & studio TH. I. ALMELOVEEN, M. D. & Pr. editio ultima.

Patavii, excudebat Josephus Cominus, 1722, 8.

Alph. 1 plag. 22.

Q. SERENI SAMONICI DE MEDICINA præcepta saluberrima, ex editione Lugdunensi A. 1566 ROB. CONSTANTINI, cum hujus notis variisque lectionibus.

Patavii, excudebat Josephus Cominus, 1722, 8.

Plag. 7½.

Laudabilis est Clariss. fratrum, Joannis Baptistæ & Cajetani Vulpiorum, industria, dum nec laboribus parcunt nec sumptibus, ut librorum optimorum editiones nobis referant quam emendatissimas. Neque vero ipsi suam solum operam impendunt; sed alios quoque literatissimos in studii societatem adiscunt. Quod ad duos ex Latinis vetustissimos Medicinæ scriptores, Celsum atque Serenum Samonicum, attinet, quum illos quam emendatissime ornatissimeque edendos constituisset secum *Joan. Bapt. Vulpium*, cadaverum secandorum laude clarissimus, Celeberrimi *Joan. Bapt. Morgagni* consiliis ea in re uti voluit. Hic igitur, qua est humanitate, quum ruri degens perlegeret Autorem nobilissimum, post tot Virorum eruditissimorum

in eo

in eo perpoliando operam, quamplurimos tamen adhuc locos in mendis cubareprehendit, quorum amplius ducentos ex ingenio & conjectura restituit felicissime, nullo adjutus libro, seu calamo seu typis exarato. Hinc, postquam libros typorum exscriptos consulisset, emendationumque suarum firmamenta inibi invenisset, natæ sunt duæ priores epistolæ, quas separatim editas, nobilissimo ævi nostri Anatomico & Chirurgo, D. *Laurentio Heistero*, præclaro academici Julicæ, imo universitatis Germanicæ ornamento, dicavit. Leguntur illæ, uti & secunda & tertia in Celsum, quibus veterum codicum auctoritate firmat divinationes suas, in priori perscriptas; cum ipsa Celsi editione, quæ ex Almeloveeniana accurate repræsentata est, ita ut pagina pagina respondeat. Quare cum ex his Morgagni epistolis gustum dederimus, facile de nova Celsi editione, quanto ea sit præstabilior reliquis omnibus, lector judicaverit. Desiderat vero Cl. Morgagnus in editione Almeloveenii, (cujus egregiam bene merendi voluntatem & industriam ceteroquin commendat,) quod a Joanne Rhodio in vita Celsi admittitur *παρορμήματα* ne indicaverit quidem, nedum lectorem, ut ab illis sibi caveret, admonuerit. Indicat dehinc ipse nonnulla, eademque asterisco notata. Mox profert plura Columellæ, Plinii, Quintiliani & aliorum de Celso testimonia & e'logia, quorum nulla ab Almeloveenio facta est mentio: eaque occasione disputat de numero librorum Celsi. Hinc quædam Celsi fragmenta, ab aliis prætermittit, exhibet. Celsum vindicat contra illorum censuram, qui in eo carpunt, quasi Hippocratis aliorumque Græcorum loca, quæ in suos usus converterit, nec erudite, nec fideliter transtulerit. Inter loca Celsi memorabilia, præter plura ab Almeloveenio notata, observat, Celsum fuisse primum, aut inter primos, qui *nutrientium*, uti vocant, *chylærum* usum literis mandarit lib. III cap. 19 & alibi: eundemque lib. VII cap. 16, *crassius intestinum perforatum conglutinari interdum*, animadvertisse, id quod Abr. Cyprianus epist. ad Millington. denuo confirmavit. Docet porro, quid sit *filanus* candens lib. III cap. 18, nempe tubulus aquarum seu fistula: item verbi *comprehendere*, pro utero concipere, notionem, lexicographis huc usque incognitam. Emendanda

p. 2.

3. ff.

7. 8.

10.

12. 13.

14-19.

- danda præterea cenfet nonnulla, ut initio citati cap. 18 lib. III τὸ non repouendum & legendum esse judicat: *superfunt vero alii corporis affectus, qui huic superveniunt, ex quibus eos, qui certis partibus assignari non possunt, protinus jungam.* Ejece- rant editores e textu Celsi particulam non, freti hypothesi & experientia Medicorum recentium, apud quos morbi, de quibus sermo est, in eorum sunt numero, quibus corporis quædam pars tanquam sedes certa afficitur. Celsus vero, una cum veteribus reliquis, insomnium, lethargum, apoplexiam, paralyfin, comitalem, cordiacum aut regium morbum, certis partibus non assignaverant. In lib. IV cap. 21, ubi de nimia seminis profusione agitur, se reperisse indicat in libris aliis hanc scripturam: *præcipue ex aceto rutam vitare, etiam ne supinus dormiat.* Inde, interpunctione leviter mutata, veram eruit hanc: *neque alienum est—cataplasmata imo ventri inguinibusque circumdare, præcipueque ex aceto rutam: vitare etiam, ne supinus obdormiat.*
32. Medetur loco Celsi lib. IV cap. 24, pro *hi legens his: majorem vero curam adhibere debent his,* (temporibus podagrici,) *quibus id revertitur.* Ex lib. V cap. 28, de carcinomate, obscura fatis verba folius interpunctionis ope planissime restituit. Legebatur nullo sensu: *Et quo major vis adhibita est, eo magis quidam usi sunt medicamentis adurentibus.* Notterjta: *Et quo major vis adhibita est, eo magis,* (intellige ἀπὸ τῆς κοινῆς, *irritantur.*) *Quidam usi sunt medicamentis adurentibus; quidam ferro &c.* Porro lib. VII cap. 26 legit: *quocunque autem modo cervix patrefacta est:* ubi scriptum erat: *ea parte facta est;* aliis legentibus, *facta.* Hæc dum ita pleraque ex ingenio emendasset Cl. Morgagnius, incidit forte in Alexandri Paduani, medici olim doctissimi, bibliotheca in exemplum Celsi membranæ inscriptum; eoque probari vidit plerasque emendationes, quas dicta Epistola priori perscripserat. Ita cum Epist. I p. 30 suspicaretur, quæ cap. 20 lib. IV in fine adduntur de urinæ nimia profusione, male a librariis contrusa, & loco posita esse plane alieno, eo quod non mulieres tantum, (de quibus præcesserat,) sed viros etiam hoc malum corripiat: jam Epist. II ex indice capitum, qui in codice membranaceo libris præfigitur, indicat,
- post

post verba: *Si maligna purgatio est, subjicienda sunt coercentia*, lacunam deprehendi duorum capitum. Capita enim hoc ibidem ordine enumerari: *CX Vulva exulcerata est; CXI de vesica; CXII de calculis in vesica; CXIII de omni dolore vesicae*. Idem confirmat Epist. III ex codice Veneto chartaceo, in quo capitum ordo idem est, numero licet variante: *CII Vola (Vulva) exulcerata est; CIII de Vesica; CIV de calculis in vesica; CV in omni dolore vesicae*. Sed & præterea margini codicis hujus adscriptum legit: *desunt in vetustissimo exemplari duo folia*; cum vix unum hæcenus alterumque verbum ibi excidisse crediderint editores. Eadem epistola II ex lib. VIII cap. I, ubi legitur: *superius autem humeri caput rotundius, quam cetera ossa, de quibus adhuc dixi, verticillati scapularum ossi inferitur ac majore parte extra id situm nervis deligatur*: vocem fictam, *verticillatus*, re anatomica adjunctus, e civitate Latina proscribit, legendum esse docens: *vertici lati scapularum ossis inferitur*. Denique Epistola III Viri Cl. Jacobi Facciolati animadversiones doctissimas e codicibus dictis confirmat, inter voces barbaras aut saltem dubias reputantis, *confractus, humidare, alternus, inconfectus, mutilatio, abapista, terebella, intepidus, conserveo, superungo*, quæ Celsi auctoritate a lexicographis receptæ erant inter voces probatæ & indubiæ Latinitatis. *Dimovere* autem in notione verbi simplicis, pro *movere*, Celso frequens est. Ceterum in hac Celsi editione in margine omnia illa loca, quibus medicina est adhibita, indicantur, & remittuntur lectores ad has Epistolas, ut ex iis de sensu & scriptura verborum judicent. Laudanda quoque Cl. Editorum industria, quam tum in notulis, quæ singulis paginis subjectæ sunt, tum in locis parallelis, quæ in ora libri adscriptæ, augendis posuerunt. Quod a Indice, eum ordinatius instructum, non nihil auxerunt; sed &, quod miramur, ex eodem expunxere nonnulla, ea cum primis, quæ ad veterum autorum, a Celso laudatorum, notitiam pertinere videbantur. Hos si in unum quendam catalogum voluissent colligere, aut certe eum adjicere, quem Cl. Jo. Alb. Fabricius Bibliothecæ Lat. Volum. II p. 444 inseruit, atque demum indicem adornare in Celsum, qualem dedit Joan. Rhodius in Scribonium

bonium Largum, omnibus numeris absolutissima foret editio hæc Patavina.

Restat, ut pauca pariter ex Epistola in *Serenum Samonicum* delibemus. In hac judicium suum justus rerum æstimator interponit de editionibus Francisci Asulani pag. 2-16; Joannis Cæsarii pag. 17-22; Gabrielis Humelbergii pag. 22-30; Roberti Constantini pag. 31-36; Henrici Stephani p. 37, 38; Roberti Keuchenii p. 39-42, & quid in singulis vel probandum censeat, vel improbandum, ingenue modesteque enuntiat, tandemque Vulpio suo autor est, ut vitam, elogia & fragmenta ex Keuchenii potissimum prolegomenis, notulas autem aliquas ex Cæsario, multo plures ex Humelbergio & Keuchenio, non paucas tamen ex ipso etiam Constantino sumat, a quo & variantes lectiones plerasque mutuandas, hujusque brevitate ad imitandum proponendam esse suadet. Ast unam tantum Roberti Constantini editionem, uti inscriptio libri præfert, sequi maluerunt Editores. A p. 49 ad finem usque Epistolæ de quibusdam Sereni locis, quid ipse sentiat, aperit: ubique autem modestiæ ita litat, ut dubites, utra viri virtus major sit, modestia, an eruditio. Temperare nobis non possumus, quin & ex eruditissima hac Epistola quædam seligamus. *Bestia melis*, non *bestia melus*, ut Asulanus habet, *taxus* esse perhibetur. In antidoti Mithridatis compositione non, *terno cum corpore ficus*, sed *totidem* vel *geminò* legendum esse, probat auctoritatibus Emilii Macri, Plinii Valeriani & Plinii majoris Hist. Nat. lib. XXIII c. 8. Æmilium Macrum, libelli de herbarum virtutibus autorem, qui Walafridum Strabum citat, neque Ovidium, neque Plinium juniorem habuisse æquales, neque ante sæculi V initium, sed decimo fere sæculo scripsisse evincit: atque annotat, e Macro in scholam Salernitanam, cujus autor est Joannes de Mediolano, integros versus esse translatos. Horatii studiosum fuisse Serenum, exemplis probatur. Constantinum notat, partim quod in capite *de vulneribus ferro &c per currentem undam* intellexerit *διαβήτην*, de qua Celsus lib IV cap. 20, cum sermo sit de profluvio sanguinis, non de profluvio urinæ: partim quod in capite *de serpentium moribus* veram scripturam, *nondum doctis*, loco movere & legere malit, *nondum tactis*. Veram illam priorem

P. 3.
5.

30.
31.

rem de podagra explicat, cui, ex observatione Plinii lib. XXVIII cap. 6, urina virilis salutem asserat. At neutram Constantini notulam expunxere Viri doctissimi, neque alibi, ut par erat, monere lectores suos, ut ad ea animum advertant, quæ ad hunc locum Cl. Morgagnius monuerat. Vindiciani versus, Sereno adjudicatos a Constantino, tanquam essent peroratio hujus opusculi, eidem abjudicat, eo quod Vindicianus peregrina, Samonicus vero paratu facilia medicamenta cantaverit, & quod dispar fuerit iudicium Vindiciani & Sereni de viribus carminum ad mendendum, utpote quibus Serenus parum, Vindicianus omnia tribuat. Eam vero perorationem non Vindiciani, sed Marcelli Empirici esse, ostendit. Poematis, quod Sereni Samonici nomen præfert, filium potius, quam patrem esse autorem, agnoscit, & illius Julium Capitolinum in Gordiano, hujus Ælium Spartianum in Caracalla mentionem facere, observat. Denique vulgatam defendit lectionem in capite *de fellis vomitu & phthisi*, nempe *carne asina*, non *lacte*. Illam enim prodelle phthificis, memorant Plinius major & Plinius Valerianus.

p. 33.

43.

44.

AUGUSTINI FRIEDERICI WALTHERI,
M. D. Anatomæ & Chirurgiæ in Academia Lipsiensi
Professoris Publici, de Lingua Humana, novis inventis
octo sublingualibus Salivæ rivis, nunc ex suis fontibus
glandulis sublingualibus eductis, irrigua,
Exercitatio.

Lipsiæ, literis Immanuelis Titii, 1724, 4.

Plag. 6 cum fig. æn. Tab. III.

CUM glandulas, quæ salivam fecernunt, exponere novisque illustrare ductibus Autor Clarissimus suscipit, a parotide orditur, & hujus compositionem ductumque excretorium describit, longiori sæpe parotidis lobo ad usque finem masseteris musculi involutum. Postea de maxillari loquitur glandula ductuque hujus excretorio, quem Warthonus detexit, & inter alia, quæ huc faciunt, notat, ab hujus glandulæ corpore assurgere

gere processum vel lobum, qui Warthoni ductum tegit & vincit. Plerorumque ita pertractatorum mensuras suppeditat, quas, ut quodammodo de omnium proportione iudicium ferri possit, e cadavere adulti sumsit. Jam vero ad præcipuum tractationis argumentum glandulas sublinguales se convertit, easque, sicut utrinque sub lingua tam in vivis quam in cadaveribus sitæ sunt, describit, ut, quæ ita cognita fuerunt, ad novos harum glandularum ductus postea explorandos conducant. Utraque lato principio a linguæ freno porrigi incipit, inter linguam & inferiorem maxillam pansa; postea vero tenuiori productione ad ligamentum linguæ laterale fertur, ac in lobum terminatur. Jam ubi Cl. Autor in cadaveribus observavit maximam anteriorem glandulæ latitudinem, tum digitum cum aliquot lineis confecit; eandem vero latitudinem sicubi minimam reperit, aliquot lineis digito minorem æstimavit. Quæ observationes Cl. Autorem commovibile videntur, ut infra duorum generum glandulas totidemque novorum diversorumque ductuum excretorios classes stabiliret. Lingua his tanquam pulvinaribus mobilibus, laxiusve sub oris integumento hærentibus ac prominentibus superincumbit. Et hæ eadem cuniculorum instar sub ea protuberant, & utriusque linea recta juxta linguæ latus excurrunt, jam elatae magis, jam depressæ, prout lingua vel reclinator vel in longum protenditur. Quæ glandularum prominentias lineasque linguæ proximas ideo sedulo notat, quod in his cruribus novi excretorii ductus ab ipso detecti fuerint. Glandulis qua situm suum nexumque descriptis æstimatisque, jam proprios assignare ductus excretorios Autor sibi proponit. Quidquid vero ante ipsum Anatomici de his tradiderunt, id in eo consistere asserit, ut alii unum ac simplicem hujusmodi ductum, alii plures excretionem glandulæ sublingualis perficere existimaverint. Isti brutorum exemplo commoti ita senserunt. Nam in brutis quidem, sed nunquam in hominibus ductum unum atque insignem, qui toti glandulæ, more Warthoniani prospiciat, invenisse August. Quirin. Rivinum, & postea Caspar. Bartholinum, ex horum virorum scriptis confirmat. Inter reliquos vero Anatomicos, qui plures supposuere ductus excretorios, allegat Stenonem, Verheyenum

heyenum atque Morgagnum. Hi quales proferant ductus, comprehendere & declarare verba arbitratur, quæ commemorat Cl. Morgagnus in Adversar. Anatom. VI; siquidem ex his simul patere contendit, quid Cowperus & Nuckius sentiant. Omnes autem a veris ductibus aberrasse, ex eo arguit, quod a Stenone propositam brutorum anatomicæ iconesque isti approbent, & quos hic suppeditavit ductus exiguos, qui e minoris notæ glandulis orbicularibusve ad gingivas assurgunt, pro veris insignis glandulæ sublingualis ductibus excretoriis in homine habuerint. Quem errorem Stenonis, sicuti jam Caspar. Bartholinus detexit, ita Autor alios verosque, qui in adverso glandulæ latere, quod linguæ proximum est, orificiis suis h'ant, & ad mediam porriguntur glandulam, amplosve & longos, ordine egregio numeroque conspicuos, se demonstraturum promittit. Proinde linguas humanas alias, latas admodum circa mentum subnexas, habere sublinguales glandulas, permultarum indagine expertus est, aliis vero, ut supra jam mentionum fuit, tenuiores magis & oblongas subjici, invenit. In utrisque novorum octo lateralium ductuum excretoriorum differunt a papilla Warthoni & distantia, & aliæ ipsorum mensuræ. In primo namque genere latisque glandulis, primi lateralis orificium vix unius lineæ tanquam $\frac{1}{2}$ digiti spatium a papilla jam dicta abest, cujus alte intra glandulam pervestigati, cum Warthoniano connexi & mercurio repleti, exemplum suppeditavit & delineavit; in altero vero tribus circiter lineis idem inde distat. In isto genere anteriores postremis majores; in hoc vero anteriores ultimis minores Autor deprehendit. Utrorumque exempla additis mensuris profert, postquam annotavit, omnes & quotquot invenire licet, ita coarctari suis finibus & angusta exhibere orificia, ut non sine tædio & difficultate in cadaveribus inveniuntur; quibus nihilominus orificiis inventis ipsi ductus postmodum flatu aliterque repleti, ampli ac insignes conspiciuntur canales.

Quatuor ductus in glandula sublinguali ac insigni detectos sæpius se demonstratos sicut æque ac numero profunditateque sua in utroque linguæ latere inter se mutuo convenire observat, & vix minorem ferre usum copiamque salivæ largiri, opinatur,

atque Warthoni glandula per simplicem suum ductum reddit; id vero ita suadere contendit aptissimum laudatarum glandularum ductuumque situm ac nexum & tot canalium cum amplitudinem tum longitudinem. Ex quo demum falsum esse pronuntiat, unum universæ sublinguali glandulæ humanæ, utpote longe aliter in ore hominum ac brutorum prominenti, competere ductum excretorium. Ceterum hic pariter ac aliis in locis cavendum esse monet, ne in explorandis exquirendisque novis ductibus, adhibeantur rigidæ nimis crassæque setæ, quarum vi justo majore aditus paretur ad cellulosum glandulæ involucrum, atque sic flatu adacto ob glandulam inde agitatam falso quis existimet, se in vero ac naturali versari ductu excretorio.

Porro linguæ superficiem inprimis postica parte glandulosam perinde ac spongiosam esse, ex eo comprobatur, quod & mollis tactu, & digitis in vivis aut non ita pridem demortuis pressa, humorem ea reddat, qui in ipsa superficie, tanquam in spongiis undique foraminulis pertusis, continetur; monet vero, eundem humorem minori copia e poris tam singulis quam in papillas congestis inde in vivis effluere, quam ut cum ista quantitate comparari debeat, quam aut ductus Warthonianus aut sublinguales novi fundunt. De novis jam inventis sensu in vivis hoc cognosci proponit, cum lingua levatur, linteoque sublinguale latus abstergitur, & siccatur, tum enim conspici, quod stillent, quæ prominent orificia ductuum sublingualium novorum, restituantque humorem; quæ humoris restitutio frustra expectatur, ubi lingua protenditur, ejusque superficies altiori loco siccatur. Nihilominus ex aliquo humore, infert, qui in linguæ continetur superficie, quæ & glandulosa est & spongiosa, inde pariter rigari, quæ proxime sub linguæ superficie latent, tam vasa & membranas, quam musculos; siquidem ea hoc beneficio ita illiniri & humigari contendit, quo in tanta motuum varietate numeroque, in debita ad flectendum aptitudine conserventur. Cui liquori potius decurrenti superfluoque quam exitus per poros in linguæ superficie concedatur; attamen observat, providam naturam sæpe uno, quandoque duplici hiatu orificioque, majori minori que ab epiglottide intervallo, pro eructando

stando isto superfluo humore linguæ prospexisse. Hunc enim excipere tunicam quandam cellulosam arbitratur, quæ proxime sub glandulosa linguæ superficie imprimis postremæ panditur, perinde ac ad reliquas protrahitur fauces, & quasi radices transmittit ad utrumque laryngis latus glandulamque thyroideam connexam; deorsum vero quasi propagines inter linguæ musculos demittit ad maxillarem usque glandulam extensas & cum sublingualis glandulæ involucro supra notato connexas. Quam tunicam cellulosam esse, Autor flatu per orificia ante dicta immisso detexit, eandemque æque ac radices modo dictas flatum tam subito promptequè recipere annotat, ut inde commotus, non ut alii existimarunt, expansum inde faucium ambitum glandulosum, sed potius e vesiculis compositum aut cellulosum esse sibi persuadeat. Id porro factis in linguæ postremæ incerto loco incisuris, postea flatu adacto comperit, cum linguæ radix inde similiter intumesceret, ac ubi per sinus ante dictos aut orificia aer inferebatur. Ipsam vero telam mollem flexilemque ac cellulosam, tot partibus interjectam, irroratamque, optimo artificio consilioque linguæ connexorumque motus egregie juvare, inde concludit. Addit ad argumentum, quod hactenus pertractavit, duos ductus, quos in portione laryngis & asperæ arteriæ cum glandula thyroidea connexæ observavit, qui serpentinum tractum, ubi flatu distenti fuerunt, retulerunt. Quos ductus tene-ritate vasorum lymphaticorum conspicuos, etsi post glandulam incisam hujus intrare substantiam intellexit, attamen solos & præcipiti nimis consilio pro excretoriis vasis hujus glandulæ venditare non audet; sed sibi aliisque autor est, ut tales pluresque investigentur, qui excretioni in hac glandula celebratæ, ad hoc usque tempus subitæ visæ, præesse putentur.

Tandem istis observationibus, quas ad propositum spectare judicavit, ad finem perductis, ductum recenset ingentem salivalem communem novumque, nuperrime ab Anatomico quodam prolatum, cujus rami ad maxillares & sublinguales glandulas, & fere reliquæ linguæ fauciumque loca porrigantur. Hunc propter alios ductus excretorios qui magis eminent, & glandulis istis abunde prospiciunt, superfluum, & insuper ab
indole

indole ductuum excretoriorum, qui e glandulis conglomeratis provenire solent, alienum propterea reputavit, quod horum rami alte intra glandulas a truncis secedant, nec ita superficiem perreptare consueverint, ac ille verbis & icone inferre videtur. Quamobrem in lingua, quæ Tab. II delineata extat, cum recens esset, ac Autor noster inquireret & expenderet, an ibi vas reperiatur, quod cum trunco ramisque ab illo consignatis ullo jure conveniat: tum nullum reperit, præter venam lingualem

TAB. II. H, quæ ramum h ad linguæ radicem ablegat, & maxillari in O resectæ jugularique venæ interponitur. Hæc statu per orificium, quod apud O constituitur aut locum vicinum incisumque tumida facta, ita sita & in ramos dispersa apparuit, ut illius Anatomici ductum ramosque, cum trunco ramisque solius venæ hujus H convenire Autor inde judicaverit. Quam Tabulam a Clarissimo Walthero suppeditatam cum L. B. communicare integrum duximus.

Explicatio Tabule.

Exhibet hæc linguam cum octo novis lateralibus ductibus, in alterius generis glandulis sublingualibus majoribus latioribusque, fetis notatis.

A. A. Setæ in ductus Warthonianos immissæ.

B. B. Primi & anteriores novorum lateralium ductuum sublingualis glandulæ excretoriorum.

C. C. Secundi.

D. D. Tertii.

E. E. Quarti.

e. e. e. e. Obliqui exigui posteriorum rami, rarius observati.

F. F. Glandula sublingualis lobum versus extenuata.

g. g. Lobus maxillaris glandulæ.

G. G. Corpus maxillaris glandulæ.

H. Vena lingualis trunco maxillaris venæ & jugularis externæ interposita, ramum ablegans, versus


h. radicem linguæ, & porro prospiciens maxillari glandulæ, & ramos tribuens sublinguali glandulæ.

I. Nervus a pari quinto deductus.

K. Arteria lingualis cera repleta.

L. Mu-

TABIII ad A. 1724 A B B A M. Jul. p. 297.





L. Musculus Mylohyoideus super laryngem & connexas partes reflexus.

M. Musculus Geniohyoideus reflexus.

N. Musculus Ceratoglossus.

O. Musculus Genioglossus.

P. Nervus paris noni.

JOH. BERNOULLI EXPLICATIO ANAGRAMMATICIS, quod dedit in Actis Lips. 1723 M. Febr. in se continentis Descriptionem Curvæ inter omnes algebraicas Trajectorias reciprocas simplicissimæ. Accedit Epicrisis in Solutionem problematis de Trajectoriis reciprocis, editam in Actor. Suppl. T. VIII Sect. VI.

Edidit de hoc argumento Anonymus Britannus Geometra, ut apparet, acutissimus, cum quo plures commutavi epistolas, schediasma aliquod insertum Suppl. T. VIII Sect. I, ubi meam solutionem videndi desiderio se teneri testatur (quam autem non unam tantum sed varias alias jam diu antea ad prælum paratas habueram, sicuti constat ex Appendice annexa iisdem meis solutionibus exhibitis in Act. 1722 M. Aug.) tum & suam solutionem prolixo logogripho involvit, qua certe opera inutili, ut nunc patet, superfedere potuisset.

Tertia vice ad me datis literis novam proposuit quæstionem, ad quam solvendam me invitavit aut potius provocavit, exigens scilicet, ut dicerem, quænam inter omnes Curvas algebraicas, problema de trajectoriis reciprocis solventes, sit simplicissima; modumque eam delineandi docerem. Etsi non putaverim, me obligari cuicumque interpellanti respondere, tales inprimis quæstiones moventi, quas vel ipse non solvit, vel non nisi fortuito casu solvit, sicut videtur contigisse nostro Anonymo, qui, si de industria hanc sibi enodandam quæstionem proposuisset, & reapse enodasset; nullum est dubium, quin eam ab initio statim & non post tanti temporis moram fuisset obrufus-

rus, nil quippe intentatum relinquens, quo me in angustias cogi posse sperabat; volebam tamen hac occasione obtemperare, eo-que magis, quod viderem, id tantum agendum esse, ut generales meas solutiones anno 1722 traditas perlustrarem, atque ex illis seligerem, quæ ad desideratum accommodari possent. Haud sane in opinione mea deceptus detexi sine magno temporis dispendio, Curvam quæsitam esse *Parabolam cubicalem secundam*.

Neesse autem erat, ut hoc statim innotesceret Anonymo meo, ne se solum tanti arcani possessorem existimaret; quamobrem sub finem ejusdem anni 1722 significavi illi per literas privatas, quas ad aliquem Bibliopolam Londinensem ab ipso mihi indicatum direxeram, me solutionis, quam abs me postulabat, factum esse compotem; atque ne de rei veritate dubitaret, solutionem meam ipsius more anagrammati involutam perscripsi: quod anagramma eodem quoque tempore Lipsiam transmissi Actis inferendum, in quibus postea comparuit mense Febr. anni superioris pag. 78 & 79. Ita faciendum esse statui, quia epistola mea Londinum amandata potuisset in itinere perire, vel etiam potuisset non redditam esse simulari: vix enim satis caute procedere possumus, ut ignotorum hominum clandestinas insidias evitemus.

Respondit tamen Anonymus per literas 22 Febr. h. e. 5 Martii 1723, ubi inter alia dixit (nescio an ex animi sententia) *sibi nihil displicere, quod curvam petitam invenerim*. Ipse vero cum in iisdem his literis nominaverit curvam, & quidem nomine *Parabolæ semicubicæ*, censebam non amplius differendum esse, quin illi darem anagrammatis antea transmissi explicationem: dedi autem sine mora in Epistola secunda ad eum exarata 22 sequentis Aprilis, his verbis: „Quia video te nominasse pro „simplicissima algebraica curva in quæstione Parabolam semicubicam, quam ego *Parabolam cubicalem secundam* appellare „consuevi; lubet nunc tibi quoque aperire sensum anagrammatis mei in postremis meis literis communicati; videbis, me „non tantum curvam indicasse, sed & modum docuisse, quo sit „describenda, ut satisfaciat, tuum est examinare, an hæc mea „cum tuis conspirent; Anagramma autem meum se habebat

9abbycde4eg4izlmnopq3r5j3tu : 2oab6c6d6æ14e2fg6i7l6m7n3o,,
 9p2q3r4s7t2u ; 6abccdd3æ8efghii3l4mnn3o4pqr6j8t6u. 14. ab8c,,
 dduæb6i6l4m4nuto4p4qur9j3t4u : 16a4b3c3d3e3g0i7j5m6n3o4,,
 p4q5r12s12t3u.,,

Ista (literis in suum ordinem positis) sequentem fundunt sensum: Curva quælibet est Parabola Cubicalis secunda semi-,,
 rectangula: quæ ut optatum effectum præstet, ducendæ sunt,,
 duæ rectæ parallelæ perpendiculariter ad ordinatim applica-,,
 tas, quarum una transeat per verticem, altera tangat Parabolam,,
 quo fiet ut hæ duæ parallelæ a se invicem distent octo vigesi-,,
 mis septimis partibus parametri. Dico Parabolam inter has,,
 Rectas parallelas reciproco situ positam & ultro citroque mo-,,
 tam se constanter ad angulos rectos secare. Quod si angulus in-,,
 terfectionis debeat esse obliquus, mutabitur saltem applicata-,,
 rum angulus, sed ita tamen ut Parabola sit semper acutan-
 gula.,,

Alia occasione hujus propositionis demonstrationem pe-
 culiari schediastinate communicabo una cum aliis inventis huc
 spectantibus, Lectori curioso & intelligenti non displicituris.
 Anonymus interim visa hac anagrammatis interpretatione, de-
 scriptionem meam curvæ simplicissimæ algebraicæ, quam a me
 poposcerat, non improbavit in literis dehinc ab eo postrema vice
 acceptis, quæ datæ erant 13 Maji ejusdem anni 1723, asserens,
verba mea cum inventis suis probe convenire; hoc tantum mira-
 batur, quod parabolam nonnisi acutangulam in solutionem ad-
 mittam, cum tamen omnis parabola semicubica duos habeat ra-
 mos, quorum uno existente acutangulo, alter necessario sit ob-
 tufangulus. At vero in Responsione mea die XVII Mensis Julii
 ad eum data reddidi rationem hujus distinctionis, monstravique,
 ramum hujus parabolæ obtufangulum non posse quadrare in
 strictissimo problematis sensu, sed alterum tantum ramum acu-
 tangulum, immo ne hunc quidem totum, siquidem ex meo sol-
 vendi modo clare pateat, aliquem tantum ejus arcum rei quæ-
 sitæ esse idoneum, qui nempe comprehensus sit inter verticem
 & punctum contactus rectæ parallelæ parabolam contingentis.
 An datæ, responsioni notter Anonymus acquiescat, nescio,

nam ex eo tempore nihil amplius literarum ab illo vidi.

Interim videre tandem licuit, promissam ejus diuque expectatam clavam ad prolixum illum logogrimum, quem dederat in Supplem. T. VIII Sect. I. Comparuit hæc clavis in eodem Supplementorum Tomo Sect. VI, quæ Sectio, quod notandum, non nisi post mensē Julii anni proxime elapsi, ut colligi potest ex eo, quod in calce illius mensis dicitur, est impressa: ipsum t. tum schedisma, ut ex titulo constat, excerptum est ex Transactionibus Philof. A. 1722. Fatetur Autor in exordio, se vidisse meas solutiones ac constructiones in Actis Lips. ejusdem anni, priusquam suas typis mandasset; poterat adeoque, si voluisset, mentionem eorum facere (sunt autem bene multa) quæ ipsi & mihi sunt communia, a me vero prius occupata citiusque edita.

Clavis ad scripturæ suæ occultæ intelligentiam consistere debet in usu, quem describit Tabulæ alicujus statim in fronte exhibitæ; sed descriptionem ipsam vix satis intelligo, hebetudinis meæ an obscuritatis culpa. Quis nunc dabit clavam ad clavam? possem fortassis in tricas istas penetrare, si otio & patientia abundarem, sed cui bono? an, ut experiar, utrum logogrimum data sit fidelis & sincera interpretatio? at malo id credere, quam in singulis literis extricandis, quod totum operis vix integro die absolveris, ad sudorem usque macerari. Video Autorem singulari studio & labore id operam dedisse, ut sollicitè absconderet mysterium illudque vel sagacissimo Wallisio, magno quondam literarum steganographicarum interpreti, redderet imperscrutabile, non secus, ac si ab ea re magnæ Britannicæ salus pependisset, quamvis non credam, ullum in toto mundo fuisse hominem, qui curiositate ductus tentaverit in hoc Autoris sacrarium penetrare.

Voluit ergo ipsimet sibi reservare interpretationis gloriam, nemine invidente; sed posito, interpretationem, quam dedit, conformem esse logogrimum tam operosa subtilitate tamque singulari circumspectione extracto, certe non video, quid Lector ex ipsa illa interpretatione multum proficere queat ad solvendam quæstionem propositam, sunt enim, quæ ibi continentur,
 generalia

generalia tantum & ad solutionem viam sternentia, non autem ipsam solutionem exhibentia. Id quod haud dubie in causa est, cur Autor suæ interpretationi subjunxerit novam explicationem, quæ forsan apud multos Lectores alia iterum explicatione indigebit. Ut enim libere dicam, quod res est, usque adeo intricatum deprehendi Autoris modum demonstrandi, ut a patientia mea impetrare non potuerim, tantam attentionis vim adhibere, quæ requiretur ad examinandas omnes longissimi scripti minutias; adde sarraginem figurarum exilissimarum innumeris lineis oneratarum, ubi literulæ tam græcæ quam latinæ plerumque male formatæ adeo confestim sibi invicem inequant, ut microscopio opus sit omnia distincte discernere, & forsan ne sic quidem semper pateat, ad quæ puncta singulæ literæ pertineant, nisi ex sensu divinaveris ipse & omiſſa quoque suppleveris. Monmortius certe si viveret, nunc vel maxime, quod solebat, quereretur, se malle in triremibus remigare, quam talia perplexa legere.

His non obstantibus perspexi tamen, multa ab Anonymo proferri, quæ jam a me fuerant prolata, ipsique visa, antequam suum scriptum parasset, quod, ut supra innuimus, ipse fateatur. Ex. gr. Id, quod demonstravi in Actis 1722 M. Aug. §. 2 & 3 tanquam fundamentum solutionis, idem quoque in suum usum vertit, in hoc scilicet consistens, quod sumtis in utramque partem a communi initio abscissarum cuiusque quæsitæ abscissis æqualibus, rectangulum sub elementis utriusque applicatæ æquetur quadrato elementi alterutrius abscissæ. Deinde usurpat modum solutionis meæ primæ §. 4 expositæ, facitque formulas illis ibidem traditis similes. Nec minus in ejus scripto conspicitur generalissima mea solutio secunda §. 10 & sequi. ad longum explicata, per quam inveniuntur Curvæ innumeræ quæsito satisfaciens, algebraicæ & transcendentes, & hæc quidem per curvarum algebraicarum extensionem construibiles. Alia utriusque nostrum communia, quæ reperi, nunc non commemoro. Inter illa quæ ipsi sunt propria, unum est, quod immediate ex prædicto fundamento fluit, scilicet nominatis y & $-u$ binis applicatis a communi abscissarum initio æqualiter hinc inde distan-

tibus fore $\frac{ddy}{dy} = -\frac{ddu}{du}$; quid autem opus est confugere ad differentio-differentiales seu ad fluxiones secundas, ubi primæ sufficiunt?

Cetera prætereo; sed ex privatis Anonymi literis aliquid adhuc habeo quod moneam: in literis nempe 22 Febr. 1722 ad me scriptis mihi persuadere conatur, se non in animo habuisse mecum inire certamen, alioquin potuisset se difficiliorem problematis casum mihi proponere; ille autem casus in hoc consistebat, ut inveniretur Curva, quæ una eademque in diversis positionibus pro quibuscunque intersectionis angulis problemati satisfaceret: cujus quidem casus constructionem aliquam descripsit in fine literarum suarum, sed sine demonstratione & sine ulla analysi. Ego, ut monstrarem hunc casum minime fuisse idoneum, ut propterea certamen mecum iniret, siquidem spes victoriæ, qua forsitan fretus esset, ipsum fallere posset, dedi in responsionibus meis non tantum plenariam hujus casus solutionem & analysin, sed ea occasione alium non minus difficilem proposui casum, cujus solutione me potitum esse asseverabam: petii nempe *curvam, quæ una eademque in diversis positionibus, non quidem infinitis, sed numero datis pro determinato numero angulorum intersectionis problemati satisfaciat.*

Ad hoc in postrema sua epistola nihil aliud reposuit, quam *sibi in aliquid ejusdem generis incidere contigisse*, quod transpositis literis hoc modo descripsit *ua3e7b4c6dne3g15i8l4m12 n803p4q8r13fst19u6v;10a6æ2bzcδ8fgb8i3l4ms1303p2qpr4f715uv;4a zabzc2d7e2gb7i2lm8nsopqsr7fst7u2v : 5a3æ2bzc4d6egb1zi4l3m3 n6o4p99rio3t8u2vx*, significans, se id aperte indicaturum, simul ac meas Curvas sibi indicavero. Quare in subsequente mea Responsione, ejus exemplum imitans, anagrammati involutum dedi fundamentum inventi mei, quod ita se habet: *7a3æbb4cd 8eb6i4lmoo4pp2q6r7st1ou ; 6ab.e4b5c3d13egb1zi4l6m6ns03pp7r9f 10t9uy*; cujus sensum me detecturum pollicebar statim ac ipse suum detexerit; sed quia eadem opera monueram, ut simul nomen suum indicaret, alias me non amplius ad ipsius literas esse responsurum, nunc ipse silet: interim videbimus, num forsitan

forſan malit ſcripto publico quam per literas privatas fidem datam liberare.

Schau-Platz der Waſſer-Bau-Kunſt.
hoc eſt,

THEATRUM MACHINARUM HYDRO-
technicarum; Autore JACOBO LEUPOLDO, Ma-
thematico & Mechanico, Pot. Regi Boruſſiæ a Conſiliis
commerciorum & diverſarum Societatum Scien-
tiarum Sodali.

Lipiæ, ſumptibus Autoris, 1724, fol.
Alph. 2 plag. 5 Tabb. æn. 5 r.

Siſtimus hic Theatrum machinarum hydrotechnicarum, quod
a Cl. *Leupoldo* promiſſum annuſciavimus in Actis hujus au-
ni p. 120. Poſtquam de utilitate aquarum pauca quædam præ-
fatuſ eſt, varias variorum opiniones de fontium origine recen-
ſet, ſuumque calculum illis adjicit, qui eam ab aqua pluviâ arceſ-
ſunt. Mòdum quoque adumbrare conatur, quomodo fontes ex
eadem procreentur. Fundum conſtare ex terra argillacea, quæ
aquæ tranſitum non permittat, una atque altera obſervatione
probat. Eadem ratione fontium cum vicinis fluminibus com-
municationem confirmat. Unam alteramque deſcribit metho-
dum quærendi fontes ſub terra deliteſcentes, de bonitate aqua-
rum ex terræ qualitate judicium format, puteorum artiſcioſam
conſtructionem docet, *Staricii* ſecretum aquam ex aere elicien-
di recenſet, atque in medio relinquit, & de variis aquæ qualita-
tibus differit. Progreditur inde ad commemoranda examina
aquarum, a *Leonbardo Thurneiſero* in præclaro de aquis opere A.
1612 Argentorati in fol. edito tradita, & libellarum hydroſtati-
carum ſeu aræmetrorum varia genera delineat, quibus in exa-
minanda aquarum falſedine & liquorum gravitate ſpecifica
utuntur. Prolixe agit de libellatione aquarum & vario inſtru-
mentorum huc pertinentium apparatus. Addit terebram metat-
licam Cl. *Lehmanni* noſtri, de qua alias diximus in his Actis.

c. I.
2.

3.

4
5.

Jungit

- P. 6. Jungit eidem instrumentum affine, nempe terebram, quam in Batavia ad puteos fodiendos usurpatam ex descriptione *Hugenii* communicat *Marinus Mercennus* in *Phænomenis* hydraulicis p. 219. Breviter delineat omnem utensilium apparatus in terra fodienda usitatum, & ex *Agricola* lib. 6 de re metallica his gemina instrumenta addit, quorum in metalli fodinis est usus. Exponit etiam modos, quibus saxa adiguntur, ut vel instrumentorum, vel pulveris pyrii vi succumbant, & machinam ex propria penu sistit, qua trunci arborum radicitus evelluntur. Hæc absolutis, quæ in puteis parandis usum habere possunt pro varia soli qualitate, ad ea progreditur, quæ circa aquæductus occurrunt. Primo itaque loco prolixè depingit tubos sive canales, per quos aqua ex loco uno in alterum derivatur, ligneos, argillaceos, ferreos, plumbeos, nihil prætermittens eorum, quæ vel in iis parandis, vel in eorum usu utilia. Inprimis etiam docet, quomodo iidem a sordibus purgandi, quas successive ab aquis contrahunt, & quomodo aqua per plures canales in data ratione distribuenda, ubi simul instrumentum describit ad altitudinem aquarum salientium dimetiendam. Cum non minima sæpissime cura sit, ut terra effossa ex locis profundis promatur & aliorsum transportetur, ne in vicinia obstaculo sit; varias machinas variaque instrumenta producit huic usui inservientia, quorum alia ab aliis autoribus descripta, alia usu comprobata a Nostro literis mandantur. In posteriorem censum venit machina Dantiscana, etsi ingenio Autoris tantisper variata, qua terra per liberum aerem ex fastigio montis ultra flumen & agros fossamque urbi circumdatam in vallum munimenti transportata. Succedunt machinæ, quibus in purgandis fluminibus & in eorum alveis ad majorem profunditatem excavandis utuntur: ubi non solum illæ comparant, quas *Cornelius Meyerus* in præstanti opere de restituenda Tiberi navigatione, olim in his Actis commendato, laudat, verum etiam eas, quibus Batavi utuntur, & quæ Autoris ingenio debentur. Proximum ab his locum tuentur machinæ, quibus palis defiguntur, ex *Meyero* aliisque Autoribus, ubi etiam non prætermittit Cl. Autor, quæ de palis ipsis in praxi notanda sunt, cum curæ cordique habeat praxim hydrotechnicam reddere familiarem.

miliarem. Unde non contemnendam industriam collocat in exponenda aggerum contractione, quibus aquæ fluentes coercentur & flumina coarctantur: quod argumentum maximæ utilitatis in architectura aquarum operi non exiguum pretium conciliat. Quoniam vero *Gautierius*, Gallus, in suo de pontibus Tractatu varia habet, quæ ad præsens institutum referuntur, in iis excerpendis & operi suo inferendis non ingratum industriæ specimen exhibet. Et ne quidquam eorum prætermittat, quibus architecturæ aquarum studium, hæctenus non satis excultum, juvare possit, varias observationes non inutiles de impetu aquarum fluentium, & remediis contra eundem subnectit. Speciatim deinde aggeres Batavorum describit, quibus aquarum impetum coercent & quos singulari cura contemplatus, cum ante editionem operis rerum mechanicarum gratia in Bataviam excurreret. His jungit aggeres juxta latitudinem fluminum excitari solitos ad cursum aquarum aliorum derivandum: id quod potissimum fieri suevit, ubi molendina aquarum vi agitanda juxta flumina excitantur. Quoniam vero iidem navigationi per flumina inimica sunt, ne ea prorsus impediatur, cum cataractæ, tam pontes versatiles construi solent. Noster igitur commodam hanc occasionem nactus de utrisque cum cura agit, atque proluxa hæc tractatione operi utilissimo coronidem imponit. Cum hæctenus opus ad Architecturam aquarum illustrandam adeo proficuum, in vernacula præsertim, desideratum fuerit, non vano consilio hanc Theatri Machinarum universalis partem primo loco cum publico communicavit Cl. Autor, in *Theatro Machinarum hydraulicarum* edendo nunc occupatus, cujus pars prior proximis nundinis in publicum prostabit. Ceterum obiter monemus, in numerandis capitibus a Cl. Autore errorem fuisse commissum, cum post sextum statim numeret octavum, ne quis credat, argumentum capitis septimi a nobis studio fuisse prætermisum.

NOVA PHILOSOPHIÆ PLANETARUM
 & Artis Criticæ systemata, adumbrata ab A. R. R. D.
 EUSEBIO AMORT, in antiquissima & celeberrima

ma Eccles. ad S. S. Crucem & S. S. Salvatorem in Poling superioris Bavariæ Canonico regulari Lateranensi, Philosophiæ Professore. Pars prior Philosophiæ complectens Logicam & Metaphysicam.

Norimbergæ, typis Joannis Andreæ Lochmann, 1723, 4.

Alphb. I plag. 10.

TRia Cl. Autor offert systemata, quorum primum Philosophiam Planetarum, secundum Artem criticam, tertium Philosophiam complectitur. Tertii nunc prodit nonnisi pars prior, quæ Logicam & Metaphysicam continet. Præter has vero disciplinas in conspectu totius philosophiæ, quem præmittit, etiam refert Physicam seu cognitionem Naturæ, Ethicam seu actionum humanarum ad civilem ac beatam vitam institutionem, Oeconomicam seu Artem curandi res domesticas, Politicam seu Artem administrandi Reipublicam, Mathesin seu Artem numerum, vires, motum ac magnitudinem corporum dimetiendi, & Medicinam seu Artem curandæ sanitatis. Inter ea, quæ nunc publico sistit, systemata potissimum, quo quies Terræ adversus *Copernicanos* nova ratione stabilitur. Monet in præmio, *Urbanum VIII*, Pontificem maximum, solenni bulla doctrinam de motu terræ ex scholis proscripsisse: addit tamen, quod ex Rescripto *P. Fabri S. J. Pœnitentiarum* ad *S. Petrum Romæ* colligatur, decretum istud non niti contra evidentiam, & si quando *Copernicani* motum Telluris firmiter demonstraverint, sponte sua fore licitum, quod antea ob temeritatem ac scandalum fuerat prohibendum. Cum igitur ignoraret, plerosque hodie Astronomos Ecclesiæ Romanæ addictos, quos inter *Casinum* juniorem in Gallia, *Joannem Polenum* in Italia nominat, systema *Copernicanum* sectari, immo ab amico in Gallia certior factus fuerit, systema istud ibidem a nonnullis solum pro hypothese in reverentiam tantummodo decreti Pontificii vendi, neque tamen vi dictorum contra istud sola hujus decreti autoritas opponi possit; rationibus adversus *Copernicanos* agendum esse duxit: quod facturus in systema incidit, quo ulterius exculto, per rationem solam

folam credibile futurum sperat, Terram quiescere. Judice igitur Nostro Terram in medio universi immobilem ambit aer ad Lunam usque altitudine 63 semidiametrorum terræ extensus, quæ in atmosphæra terræ natet, quam ideo *atmosphæram lunarem* vocat. Eam circumdat alia subtilior 34000 semidiametrorum terrestrium a centro Telluris computatarum, in qua Sol natat, & quam idcirco *Atmosphæram Solarem* nominat. Sequuntur *atmosphæra Martis* altitudine 52000, *Jovis* altitudine 179259 & *Saturni* altitudine 327544 semidiametrorum terrestrium, continuo subtiliores, quibus planetæ circa Tellurem circumferuntur. Sexta ordine atmosphæra est *Cometarum* & septima denique *fixarum*. Planetæ secundarii Mercurius & Venus, Circumjoviales & Satellites Saturni in propriis atmosphæris circa suos primarios gyrauntur. Sumit autem de atmosphæris primariorum, 1 quamcunque superiorem eam habere proportionem ad inferiorem, quam habet aer ad aquam; 2 omnes atmosphæras esse ellipticas, sed ea lege ut 3 in foco superiori sit centrum atmosphære, in quod omnes ejus partes gravitent, in foco autem altero seu inferiori 4 lunaris terra, 5 solaris centrum atmosphære lunaris, 6 Martialis centrum solaris & ita porro. *Primum mobile*, quæ octava atmosphæra est, ab oriente in occidentem intra 24 horas movetur & omnes reliquas atmosphæras secum rapiendo circumnagit; sed ejus motum atmosphære Planetarum eo magis assequuntur, quo eidem viciniore & contra: videntur igitur moveri in orientem ab occidente, quatenus motum primi mobilis non assequuntur. Motus planetarum ab occidente in orientem ceteris paribus est proportionalis distantis planetarum a centro terræ aut primo mobili in densitatem cujusvis atmosphære ductis: in secundariis revolutio circa primum eo tardior, quo major a primario distantia in densitatem atmosphære suæ ducta. Sequuntur autem planetæ velocius motum primi mobilis, quam ipsa atmosphæra, in qua deferuntur. Quia instar globorum ligneorum dimidia sui parte atmosphære inferiori, dimidia vero superiori merguntur, utraq; autem atmosphæra non eadem celeritate circumfertur, instar trochleæ circumvoluti motu vertiginis gaudent. Eodem modo producit motus atmosphærarum planetarum secundariorum. *Apogæum* est punctum atmo-

sphæræ planetariæ, quod linea a terra vel planeta primario per centrum atmosphæræ ducta ad peripheriam determinat, quia atmosphæra ibi distenditur vehementi affluxu partium in centrum suum confluentium. Maxima planetæ superioris distantia est in conjunctione cum Sole, quia ob hujus viciniam atmosphæra planetaria per rarefactionem distenta cum Planeta attollitur: unde omnium maxima fit, conjunctione in Apogæo celebrata. Movetur Apogæum ab occidente in orientem, quia centrum atmosphæræ ob compressionem partium ibi confluentium ceteris partibus densius motum primi mobilis difficilius sequitur: unde Apogæa eo difficilius sequuntur motum primi mobilis, quo atmosphæræ sunt densiores. Apogæum lunare maximam in syzygiis a terra distantiam habet ob majorem atmosphæræ rarefactionem a radiis solaribus directis factam. Distantia Solis a terra a rarefactione potissimum atmosphæræ solaris pendet, quæ ubique Solem sequitur, cum alias in perigæo vix 8000 semidiametris terræ ab eadem distaret, si Mars in oppositione 13000 ab eadem distare supponatur. Mars, Jupiter & Saturnus fiunt retrogradi circa oppositionem ad Solem ob refractionem radiorum solarium ex atmosphæra rariori in densiorem instar torrentis subtilissimi prorumpentium & in conum radiosum collectorum, in quo propter subtilitatem materiæ planetæ motum primi mobilis facilius assequuntur. Formatur conus iste radiosus tantum ex oppositione Solis, quia ex parte conjunctionis Soli tanquam in centro cujusvis atmosphæræ planetariæ spectari potest. Est autem majoris diametri in atmosphæra Saturni, minoris in Joviali, adhuc minoris in Martiali: unde retrogradationum tempora diversa. Initio & fine retrogradationis Planetæ sunt stationarii, quia circa latera conii radiosi radii nondum sunt tam collecti, quam circa medium, ita ut illi nec libere progrediantur ob subtilitatem materiæ, nec omnino cedant impressioni primi mobilis. Retrogradatio omnium velocissima in oppositione ob radios magis collectos & majorem hinc emergentem fluidi subtilitatem. Directio contra velocissima est in conjunctione, quia motus atmosphæræ ab oriente in occidentem tardissimus circa conjunctionem ob vias ampliores.

Plane-

Planetæ superiores in oppositione cum Sole sunt terræ viciniores, quia atmosphæræ ex opposito Solis condensatæ in angustius spatium coeunt, vel etiam quod Planetæ in cono radiofo subito profunde merguntur, ut adeo opus non sit interfectione atmosphærarum Solis & Martis. Phænomena retrogradationum & stationum Mercurii & Veneris distincte non explicat Autor. Phænomena latitudinis solvit per torrentem materiæ subtilissimæ circa æquatorem a summo cœlorum usque ad terram omnes Planetarum atmosphæras pertranseuntem, cujus latitudo physice quidem decrescat in atmosphæris inferioribus ob decrementum partium & refractiones, quas subit a convexitate cujuslibet atmosphæræ, optice tamen crescat ob viciniam, in qua sub majori angulo cernitur. Fixarum fines commemorat sequentes: 1 ut fiat subjectum impetus, qui primo mobili imprimitur, a fluido subtilissimo alias non tam diu conservandi; 2 ut dentur centra materiæ subtilis, quæ a concavitate cœlorum reflexa tanto impetu in inferiora rueret, ut omnia dissolveret, nisi in stellis colligeretur; 3 ut materia subtilis a primo mobili in stellas impulsæ moderate ac diversimode in inferiora reflectatur: putat enim ab hac reflexione præcipuos naturæ effectus pendere, v. gr. gravitatem, omnes generationes, corruptiones, alterationes tam in fossilibus, quam plantis & animalibus. Hoc systema legibus naturæ & Scripturæ Sacræ conforme esse contendit.

Per artem Criticam Cl. Autor intelligit artem determinandi gradum probabilitatis cuius rationi aut auctoritati convenientem & inveniendi sensum verborum a quovis autore intentum. Ideam probabilitatis ac criterium non cum *Aristotelicis* a iudicio prudentum, nec cum *Jacobo Bernoulli* ex legibus combinatoriis, ut in lusu alex; sed cum legum peritis a communiter contingentibus desumit, *probabile* appellans, quod frequentius verum est. Agit igitur in hoc Tractatu de probabilitate & certitudine humani iudicii, utriusque gradibus & graduum mensuris, de auctoritate cum in genere, tum de qualitate idonei iudicis ac testis in specie; de interpretatione & de regulis Criticis autorum modernorum. Dignum argumentum de probabilitate, quod ulterius excolatur.

In Philosophia has leges observandas inculcat; 1 ut in eadem attendamus solam rationem ac experientiam, quæ tamen veritati divinitus revelatæ nunquam opponatur; 2 ut dimittamus quæstiones ad veram felicitatem parum conducentes, & negligamus illas eruditionis minutias, sine quibus solida ac salutaris scientia facile obtineri potest; 3 ut contenti simus qualicumque earum rerum notitia, quarum scientia haberi non potest, in incertis nil affirmando, sed dubitando; 4 ut omne studium transferamus ad doctrinam e cœlo hominibus traditam, postquam agnoverimus, humanam rationem de reperanda suis viribus felicitate desperantem ad eandem nos dirigere.

In Compendio Logicæ communia artis præcepta succincte explicantur, additis ex recentioribus, quæ e re visa sunt. In Metaphysicis tractat Autor de ideis, quid sint & an existant, num sint perfectissima rerum imago, quænam sit idearum & rerum inter se distinctio. Progreditur ad explicandas ideas existentia, entis, negationum ac privationum, entis intellectualis & realis, possibilis & actualis, creati & increati, corporei & incorporei, substantiæ & accidentis, quantitatis, qualitatum, loci, temporis, actionis, præsertim liberæ, relationis & habitus, compositi denique naturalis, accidentalis & moralis. Cum Scholasticorum principiis recentiorum subinde placita conjungit & novo quodam modo plurima concipit. Monet tamen lectorem, se verbis ambiguis eum sensum subicere, qui ad mentem D. Thomæ & Scoti quam proxime accedit, nec in alio sensu verba sua ut explicantur, petit.

Anmerkungen über die vernünfftigen Gedanken
von Gott, der Welt und der Seele des
Menschen ꝛc.

hoc est,

ANNOTATIONES IN MEDITATIONES
Metaphysicas de Deo Mundo & Anima, ac entibus in
universum; Autore CHRISTIANO WOLFIO, Con-
siliario

*siliario aulico Hassiaco, Mathematicum & Philosophiæ
Professore primario in Academia Marpurgenſi,
Societ. Reg. Britannicæ & Borussicæ Sodali.*

Francofurti ad Mœnum, sumtibus Andreanis, 1724, 8.

Alph. 1 plag. 19.

ETIAM Auctori has annotationes conscribendi ansam dederint infidix clandestinæ, quas sub controversiarum adversus ipsius Meditationes Metaphysicas in Actis A. 1720 M. Aug. p. 371 recensitas motarum prætextu ad subvertendas ipsius fortunas struxerunt nonnulli; a scriptis tamen eristicis abhorrens non aliud agit, quam ut uberius declaret, quæ intellectu difficilia videri poterant, genuinum dogmatum suorum sensum ex definitionibus suis & integri systematis connexionione derivans, ubi ex perversa interpretatione doctrinæ a mente ipsius alienæ eidem fuerunt affictæ. Indicavit etiam ubique, qua intentione hanc vel istam thesin systemati suo inferuerit, ut ejus appareat usus & malevolorum innotescat abusus. Dubia solvit, quæ lectoribus inde vel suborta esse intellexerat, vel suboriri posse judicavit. Turpimis autem cum cura ostendit, quemnam dogmata sua usum in firmanda religione naturali ac morum scientia habeant. Monuit subinde, quænam in Metaphysicis adhuc invenienda supersint, & passim docuit, qua cautione opus sit, si quis de argumentis philosophicis judicium ferre decreverit, ne ex præcipantia & cum propriæ autoritatis detrimento controversiarum inanum autor existat. Atque has annotationes vicem responsi præstare adversus omnes objectiones, quæ vel a rerum metaphysicarum ignaris, vel ab invidis ac malevolis formari possunt, ut adeo ipsi minus consultum videatur cum adversariis tempus fallere, quod in studiis mathematicis ac philosophicis perficiendis utilius a se collocari posse arbitratur, præsertim cum metuat, ne scriptis eristicis intentus donum pretiosum amittat, non plura scilicet affirmandi, quam quæ ex antecedentibus demonstrari possunt, nec dictioni admiscendi, quæ ad notiones terminorum non spectant. Momenta controversiæ in Actis anni superioris mense Novembri commemoravimus, quæ passim in his annotationibus
uberiori

uberiori luce collustrantur. Ostendit, quam absona sit imputatio, quasi atheismo patrocinetur, quod demonstrativa ratione existentiam Dei probaturus non probet, talia precario sumi, quæ atheus gratis non largitur. Etsi enim concedat, argumenta non sufficienter evoluta posse in assensum rapere homines methodi demonstrativæ ignaros; non tamen ex hoc assensu probari posse, quod formam demonstrationis legitimæ tueantur & acuminem utentes convincant. Se a contingentia universi existentiam Dei demonstrare voluisse, non modo, quod athei a fatali necessitate ejusdem adversus eam insurgant, verum etiam, quod hanc mundi proprietatem esse intellexerit, in qua existentia Dei tanquam in speculo repræsentetur, & quod methodus demonstrativa omnium optime ad hoc argumentum accommodetur. Se in Theologia naturali ex contemplatione affectionum generalium universi vi rationis deduxisse existentiam & attributa divina, quæ in Scriptura Sacra revelata fide tenemus; in altera autem Physicæ parte de finibus rerum argumentis a contemplatione mundi speciali petitis eadem a posteriori confirmare, ut Deus omnibus viribus agnoscat, nempe fide, ratione & experientia. Docet passim, quanta circumspectione in demonstranda existentia Dei usus fuerit, ut doctrina tanti momenti fundamento satis firmo superstrueretur, v. gr. quod ideo noluerit in demonstranda existentia Dei uti harmonia præstabilita, quam Idealistæ, Materialistæ, atque influxus physici & causarum occasionalium defensores inter Dualistas non admittunt, atque in genere non probet, existentiam Dei ex hypothesebus inferri, quæ adhuc disceptationi obnoxie sunt, nisi quatenus earum ab impietate contra malevolos vindicandarum nexus cum existentia Numinis commonstretur. Non minus absorum esse ostendit, ob assertam difficultatem demonstrandi ex principiis rationis creationem in tempore factam, aliquem atheismi suspectum reddere, cum non æternitas, sed aseititas mundi, hoc est, ejus in essendo & existendo independentia atheismi fundamentum sit, nec moribus Ecclesiæ nostræ talis accusatio conveniat, quoniam teste *S. heibleri*, Professoris Giessensis & postea Superintendentis Tremoniensis, Metaphysica in Academiis nostris mundi creatio possibilis

possibilis ab æterno & ejus in tempore factæ creationis ex lumine naturæ demonstrandæ impossibilitas cum D. *Thoma* aliisque scholasticis citra hæreseos impactæ maculam defensa fuerit. Absolum esse ostendit, ob essentiarum necessitatem, receptum Theologorum dogma, aliquem fati *Stoici* vel *Mahumetani* defensores appellare, cum doctrina de essentiis arbitrariis absoluti decreti, quale a *Mahumetanis* defenditur, & pendentis hinc inevitabilis necessitatis mater existat. Absolum esse ostendit, ob assertam actionum moralitatem intrinsecam, receptum Theologorum nostratum dogma, criminari, quod omnis morum honestas cum omni religione tollatur, quoniam justitia arbitraria, absoluti decreti *Mahumetani* proles, cum dogmatibus Ecclesiæ nostræ non consentit. Sed hæc & gemina capita in controversiam adducta minimam annotationum partem absolvunt: alia his utiliora in iisdem continentur, quorum aliqua specimina in medium adducemus.

Duplicis generis cum sint veritates, necessariæ atque contingentes, duplex earum agnoscit principium, necessariarum scilicet principium contradictionis, contingentium principium rationis sufficientis: quod utrumque tanquam notio universalis in specialibus, immo singularibus, contineatur. Rationem sufficientem efficere quidem, ut intelligatur, quomodo possibile intrinsecum contingens actum consequatur, non autem ut necessario ad actum traducatur, cum ipsæ etiam liberæ hominum voluntates inter rationes determinantes seu requisita ad veritatem habeant locum. Ex principio rationis sufficientis oriri nexum rerum in universo cum quoad spatium, tum quoad tempus, ita ut nihil sit, nec contigat, cujus non sit aliqua ratio, unde intelligatur, cur ita potius fit & contingat quam aliter; ast hunc nexum nullam inferre absolutam necessitatem, sed sapientiam divinam & veritatem in rebus arguere, propterea quod non fit nisi dependentia a causis finalibus & efficientibus. In omni ente distinguit possibilitatem intrinsecam, vi cujus ex notione ipsius omnis repugnantia ad existendum exulat, & possibilitatem extrinsecam, quæ quasi quædam ad existendum dispositio est; actum ipsum & denique futurationis certitudinem, quam necessi-

tatem hypotheticam vulgo appellant. Inde rerum omnium a Deo dependentiam deducit, nimirum quoad possibilitatem intrinsecam ab intellectu divino; quoad extrinsecam a voluntate libera, sapientia, omniscientia; quoad actum ipsum a potentia, & quoad necessitatem hypotheticam ab immutabilitate divina. Atque ideo attributa divina esse prima possibilis & diversitatem dependentiæ rerum a Deo ad diversa ejus attributa cognoscenda nos manu ducere. Ex necessitate essentiæ, quæ ab intellectu divino errare nescio derivatur, nec absolutam rerum, nec causæ primæ in creando necessitatem inferri posse, cum inde nec creationis decretum sequatur, nec existentia possibilis intrinseci determinetur. Non modo hoc, sed & aliis speciminibus probat, principia Philosophiæ suæ hac prærogativa gaudere, quod cum notionibus communibus connectantur & in attributa divina tanquam prima possibilis resolvantur, ita ut concipi non possint, nisi admissis Deo iis perfectionibus eminente, quas de ipso prædicat Scriptura sacra. Exempli loco sunt substantiæ simplices, rerum materialium elementa, quovis momento cum inter se, tum a se ipso differentes, pulcherrime tamen in diversitate conspirantes, ut in relatione omnium ad omnes sit veritas: unde inter alia creationem mundi ex nihilo probat, propterea quod alius mundus alia requirat elementa & materia ad omnes formas recipiendas apta sit fœtus imaginationis. Plures autem mundos esse posibles probat, quod præter ea, quæ existunt, dentur plura intrinsece possibilis, quæ non minus ita inter se combinari possunt, ut constituant causarum seriem, qua actus eorum determinetur. Ordinem autem præsentem rerum non esse absolute necessarium inde quoque conficit, quod leges motus per corporum essentias minime determinentur: id quod & *Leibnizius* dudum observavit, & illi agnoverunt, qui cum *Bernardo Connor*, Medico Anglo, miracula a suspensione legum motus arcessiverunt. Deum tanquam causam primam necessario existere, cetera contingenter actum consequi vi causæ primæ, animas quidem & elementa rerum materialium per creationem, composita per seriem causarum secundarum. Notiones disciplinarum primas, in ipsa etiam Mathesi, non diversas agnoscit ab

scit ab iis, quas vulgus in iudicando sequitur, nisi quod in disciplinis distinctæ reddantur, quæ vulgo confusæ sufficiunt: quo ipso earum usus longissime extendatur. Immo, quod magis, Mathematicos in suis demonstrationibus notiones eodem profusus modo evolvere, quo vulgus in iudiciis discursivis easdem evolvit: quod ad ipsam inveniendi artem extendit, observato tantum ubique discrimine, quod inter distinctas & confusas notiones intercedit, in Logicis præsertim ab Autore explicato. Veritatem determinatam contingentium, præscientiæ divinæ juxta Theologos orthodoxos fundamentum, a principio rationis sufficientis intelligibili modo derivat: quod cum veritatum contingentium fons sit, mirum non esse, quod ea nec contingentia, nec libertati præjudicium creet. Ex notione veritatis determinatæ fecundam probabilitatis notionem deducit. Omnis nempe veritas in esse veritatis determinatur per plures rationes particulares, quæ simul sunt *rationem sufficientem* absolvunt & *requisita ad veritatem* commode appellantur. Quodsi omnes illas rationes particulares, consequenter rationem sufficientem, perspiciamus, veritatem evidenter cognoscimus; sin aliquas saltem rationes particulares novimus, ob quas ceteras adesse suspicamur, probabilis cognitio enascitur, cujus gradus e numero requisitorum ad veritatem patentium æstimatur. Atque hæc sunt fundamenta probabilitatem a priori æstimandi, ex quibus apparet, quod probabilis cognitio in casu particulari præsupponat cognitionem demonstrativam in universali, requisitorum scilicet ad veritatem. Essentiarum quoque notionem altius rimatur. Observat, in omni ente dari nonnulla, quibus determinatis cetera una determinantur. Determinationes primas, ceterarum veluti basin, essentiam rerum absolvere: ceteras independentes vel esse necessarias, utpote unicas; vel mutabiles illis invariantis. In iis attributa, in his modos consistere, quorum adeo variatio extrinsecam causam postulat. Ut appareat, qua via ad simplicium cognitionem perveniatur, etsi de iis non sumatur, nihil quod partibus careant, in oppositione ad composita; in genere docet, ex notione privativa positivum deduci posse, tum quatenus contradictorium ejus convenire debet, quod per notio-

nem privativam excluditur, tum quatenus illud ens, cujus notio datur privativa, continetur sub genere notionis positivæ. Neglectui Metaphysicæ ac in prius Philosophiæ primæ tribuit, quod *antropomorphismus* sensum sensumque hodie invalescat, quo Deum imaginantur ad modum animæ humanæ, non attento discrimine, quod inter ens finitum atque infinitum, inter perfectiones limitatas & absolute summæ intercedit. Ad eundem refert, quod nexus rerum quoad spatium & tempus, vano quodam metu, ne in fatalem necessitatem incidamus, negetur, quod superiorum vi perinde est ac dependentiam a causis finalibus & efficientibus negare, hoc est, non admittere, quod rerum naturalium una sit propter alteram atque id a Deo prævisum & æterno consilio expensum fuisse, nec largiri, quod omnia phænomena naturalia suas habeant causas naturales, essentia ac regulis motus convenienter operantes, prout per statum præcedentem ad hanc operationem disponuntur: quod essentia rerum arbitrarie fingantur ex erroneo de arte inveniendi conceptu: quod decreta in Deo multiplicentur juxta multiplicationem objectorum & cum Socinianis decreta particularia & temporaria fingantur: quod Deus finem ante media cognoscat & illum intendens hæc quasi eodem prælucente excogitet: quod in finium numerum perperam referri existimetur, quæ ex essentiis rerum consequuntur, & respectu Dei fines ac usus distinguantur: quod ad providentiam specialem explicandam Deus fingatur instar animæ mundi, atque determinata contingentium veritas negetur: quod contra canonem antiquum humano more interpretentur, quæ in Scriptura de Deo humano more dici observant: quod justitia arbitraria defendatur, ac voluntas superioris ultimum obligationis principium statuatur &c. Autor *antropomorphismum* ut evitaret, cum cura attendit ubique discrimen entis finiti & infiniti atque perfectionis limitatæ & absolute summæ: illud enim canone antiquo inculcari arbitratur, qui, *quæ de Deo dicuntur ἀνθρωποειδῆς, ea intelligi jubet θεογενῆς*. Cum in systemate harmoniæ præstabilitæ *Leibnitiano*, quod in explicando commercio inter mentem & corpus ceteris systematibus prætulit, omne præsidium collocent adversarii, ut
suas

suas de fato ac subversione omnis religionis & morum doctrinae imputationes incrustent; Autor differentiam systematum profundius rimatur, simulque monet, in Philosophia morali ac civili nullius rationem haberi, sed ibidem sufficere, quae de commercio inter mentem & corpus experientiae testimonio constant. Monet quoque, in oppugnando quocumque illorum systematum perperam sumi, a defensoribus negari, quae per experientiam manifesta largiuntur, per systema autem, quod amplectuntur, non satis commode explicare valent. Si quid enim contra eos concludendum, non aliud inferri posse, quam ipsos hypothese minus genuina uti. Nec in genere consequentias ex hypothesebus fluentes Autori imputari posse tanquam dogmata, sed tantum urgeri ab intelligentibus adversus hypotheses ad earum falsitatem ostendendam. In specie circa systemata ad explicandum commercium inter mentem & corpus excogitata observat, quod Theologus qua talis nulli subscribat, cum ipsius non sit explicare modum, quo operationes animae & corporis a se invicem dependeant, sed perinde ac Ethico & Politico sufficiat posse per experientiam, quatenam operationes animae & corporis a se invicem dependeant. Salse igitur ridet consequentiarum fabros, qui magno fervore adversus hypotheses philosophicas insurgunt, quae ipsorum iudicio phaenomenis contrariantur, quasi v. gr. omnes ante *Antonium de Dominis & Cartesium* iridem negasse, dicendi sint, quia insufficientes hypotheses dedere eam explicandi, & inde ulterius inferri debeat, quod negaverint, quae autoritate Scripturae Sacrae constant, iridem nempe esse a Deo signum gratiae constitutum, negata autem Scripturae Sacrae autoritate, omnem religionem christianam convelli. Hypotheses philosophicas non esse ab idiotis supprimendas, sed intelligentium examini submitendas, ut earum veritas, vel falsitas amica collatione tandem innotescat. Curiam Romanam esse istiusmodi zelotis moderatiorem & saniozem, quae systemate *Copernicano* permittat uti tanquam hypothese, cum inveniendi etiam fictionibus subiinde locus sit, qua de causa ingeniosi in arte inveniendi praerogativa quadam gaudeant, & tantummodo prohibeat, ne pro dogmate Scripturae Sacrae con-

formi venditetur, quamdiu veritas demonstrata non sit. Quod differentiam systematum attinet, ostendit Autor, quomodo operationes animæ in omni systemate ex unica vi representandi univcrsum pro ratione situs corporis organici & mutationum in organis sensorii explicari possint, hac sola differentia, quod in systemate communi influxus vis illa determinetur in specificatione idearum a corpore, spiritibus nempe animalibus per impressiones in organa sensoria factas ad motum in cerebro concitatis; in systemate *Cartesii* ab ipso Deo immediate; in systemate denique harmoniæ præstabilitæ mediate a causis secundis, nempe per essentiam & naturam animarum, quæ etiam ratio sit, cur a sensu ceteræ operationes mentis ortum ducant. Similiter in corpore omnia eodem modo procedere, quocumque systemate utaris, nisi quod denuo in systemate communi influxus spiritus animales ad influendum in musculos determinentur per animam, in systemate communi influxus a Deo immediate, in systemate harmoniæ præstabilitæ per causas secundas, nempe alios spiritus animales vi impressionis in organa sensoria factæ ad motum concitatos. Vis autem illa, quæ agendi conatum involvit, non confundenda cum facultatibus, quæ sunt nuda agendi possibilitates ex essentia resultantes, nec nisi per illum ad actum deducuntur eo, quem Autor explicavit, modo. Ex confusione illa enatæ sunt adversariorum imputationes, quod Autor nonnisi facultatem unam eamque infimam, nempe impressiones in corporis organa sensoria factas, admittat, consequenter ens mere passivum efficiat animam, omnique activitate sublata libertatem & cum ea omnem virtutem, omnem religionem cum naturalem, tum revelatam, omnemque politicam subvertat. Ex istiusmodi consequentiis probat Autor, earum fabros affectus suos & nocendi studium una exprimere, & consequentiis suis hypothesium abusum promovere, scientiæ incrementa impedire. Difficillimum in experiendo judicat, ut vitium subreptionis evitetur, quod plerumque committatur, dum judicia intuitiva modificentur per discursiva ex hypothesibus deducta, & quo experientia lubricum cognitionis fundamentum evadat. Idem in causa esse, quod in experientia non valeat

valeat provocatio ad multitudinem. Systematis harmoniæ præstabilitæ possibilitatem pendere a determinata veritate contingentium, cum intuitu animæ, tum intuitu corporis, & præscientiam divinam: in determinatam veritatem contingentium respectu animæ, liberarum etiam voluntatum, influere quoque phænomena rerum materialium, quæ ansam appetendi, vel volendi præbeant. Fieri autem posse, ut veritas determinata in corpore contingentis respondeat veritati in anima contingentis, in cujus determinationem influit libertas, quia corpora non operantur secundum leges necessarias per rerum essentiam determinatas, sed per leges libere a Deo præscriptas, et si cum ratione summa & sapientiæ suæ convenienter, ita ut in systemate harmoniæ præstabilitæ corpus determinationes suas habeat a libertate divina, sed non immediate ut in systemate *Cartesii*, sed mediantibus causis secundis sicut naturalibus, quarum ope Deus effectus naturales producere constituit. Immo cum libera animæ decreta in systemate harmoniæ præstabilitæ supponantur, qualia per experientiam supponi possunt, & in systemate communi defenduntur; nexum rerum naturalium non alium in natura supponi posse, quam qui libertati humanæ convenit. *Indifferentium* quoque *exercitii*, quam Scholastici vocant & quidam animam libertatis appellant, tum in electione mundi optimi a Deo facta, tum in systemate harmoniæ præstabilitæ locum habere monstrat, quippe quæ consistat in possibilitate non appetendi, dum appetimus, & non averfandi, dum averfamur. Observat etiam, ab iis, qui præter materiam vim motricem in corporibus concipiunt, non destrui, sed demonstrativum reddi argumentum, quod a motu pro existentia Dei desumitur, cum vis illa observet regulas per essentiam materiæ minime determinatas, sed ad altius principium, sapientiam nimirum Numinis, referendas. Mittimus alia, quæ commemorari poterant. Ceterum cum Autor in his annotationibus mentem suam abunde explicaverit & adversus pravas interpretationes ac inde sine omni ratiociniorum filo deductas consequentias dogmata sua defenderit; non opus esse arbitratur, ut cum adversariis, in quibus rerum metaphysicarum & methodi notitiam, subinde
etiam

etiam candorem, desiderat, ferram contentionis reciprocando tempus inutiliter fallat, quemadmodum jam supra monuimus. Decrevit igitur, finita parte tertia Physicæ de usu partium, quam prelo subjectam, antequam Hala discederet, proxime continuabit & ad umbilicum perducet, animum ad Philosophiam idioma Latino edendam appellere, ut etiam exteris de dogmatibus Autoris & genio adversariorum judicare liceat. Enimvero cum plurimum annorum labor sit, quem animo meditatur; interea huic usui inservient *Institutiones Philosophiæ Wolfianæ*, quas Cl. *Thümmigius* in usus Academicos Castellis prelo submittit.

FRIDERICI HOFFMANNI, COLLEGGII
Medici in Academia Halensi Senioris, de Fato Physico
& Medico, ejusque rationali explicatione
Disquisitio.

Halæ Magdeburgicæ, typis Christiani Henckelii, 1724, 4-
Plag. 7.

NOTUM est vel ex his Actis, ob assertum in Meditationibus Metaphysicis nexum rerum sapientem in universo seu dependentiam a causis efficientibus & finalibus, Cl. *Wolffio* defensionem *fati Stoici* ab adversariis fuisse imputatam, & ob prærogativam, quam systemati harmoniæ præstabilitæ *Leibnitiano* in explicando commercio inter mentem & corpus præ ceteris hypothefibus tribuit, eidem fuisse exprobratum, quod ipsam animam fato Stoico subjiciat, sicque omnem morum ac civilem doctrinam cum religione tam naturali, quam revelata tollat, & ad atheismum viam sternat. *Cel. Hoffmannus* itaque suam de hac controversia sententiam publice expositurus probat, quæ de nexu rerum sapiente in universo docuit *Wolffius*; sed circa harmoniam præstabilitam adhuc hæret, in medium allatis rationibus, cur eidem subscribere recuset. Docet primum, quid veteres de fato docuerint, quod eos definivisse per inevitabilem eventuum necessitatem, ex *Seneca*, *Cicerone*, *Hippocrate* aliisque probat. Hanc necessitatem *Chaldaeos*, *Assyrios* & *Ægyptios* eosque

eosque secutum *Platonem* derivasse ab astris: quod *fatum astrologicum* etiam inter Christianos multi defenderint, aliis in contrarium euntibus, veluti *Diodoro* Tarfi Episcopo, *Cbryso-stoma*, *Eusebio*, *Augustino*. Cl. Autor id rejicit, quod inde sequatur, omnis philosophiæ moralis, pietatis & doctrinæ cœlestis studium vanum esse. Expendit deinde *fatum Stoicum*, quod *Seneca* per seriem implexam causarum, *Cbrysippus* per naturalem quandam ordinem & connexionem rerum ab æterno, aliis ab aliis consequentibus, sed immutabili manente hujus complicatione, definiiverit. Monstrat Autor testimonio *Ciceronis*, Stoicos quoque voluntatem fato alligasse, & ex *Seneca*, quod ipsum Deum eidem subjecerint. Hunc errorem inde profluxisse arbitratur, quod mundum æternum & materiam pure passivam statuerint: quæ tamen conjectura cum verbis *Seneca* adductis non satis convenit, asserentis scilicet, non posse Deum e factorum lege quicquam derogare, quia necesse sit, ut eadem illi semper placeant, neque ob hoc illum minus liberum & potentem esse, quia ipse sit necessitas sua. Scripsisse illum omnium conditorem & rectorem quidem fata, sed sequi: semel scripsisse, semper parere. Ex *Stoicorum* placitis & *Cartesii* doctrina de materia universi mere passiva prodiisse *Spinoza* errores. Ipse igitur *fatum physicum* stabiliturus, ad nexum rerum a *Wolffo* defensum confugit, & *fatum physico-morale* subjuncturus, ad leges morales provocat, quas anima in determinanda voluntate sequitur. Universi contingentiam cum *Wolffo* probat, quod structura & ordo universi etiam alio modo sit possibilis: id quod sumit, quia dubio procul supponit, suppositum hoc a *Wolffo* sufficienter esse probatum. Ex hac contingentia (quemadmodum a *Wolffo* factum est) existentiam Dei adversus atheos validissime demonstrari affirmat, suumque calculum iis adjicit, quæ ille de attributis divinis ex contemplatione universi a posteriori demonstrandis in Tractatu de finibus docuit. Fatetur igitur, *fatum physicum* admitti debere, si per ipsum intelligatur necessitas aut, si mavis, certitudo eventuum & effectuum in universo a certo rerum & causarum ordine, nexu ac serie dependens, cum Deus non modo potentia, sed etiam sapientia rationem habens

(quemadmodum denuo ex *Wolffii* Meditationibus Metaphysicis tanquam probatum supponit) nihil absolute fieri voluerit in universo, sed ex sapientissimo, ab ipso tamen libere dependente rerum & causarum ordine, serie ac nexu. *Fati* hujus *physici*, quod cum *Aristotele* appellat, exemplum in macrocosmo præbere siderum cursus ac inde pendentem in sublunaria influxum; in microcosmo motum cordis. Usus hujus doctrinæ monstrat, dum inde rationem reddit, cur inévitable sit moriendi necessitas, cur terminus vitæ diversus, cur anni climacterici sint infestissimi, cur dies dentur critici in morbis. Talia sequi ait ex immutabili necessitate a causis physico-mechanicis, corporum mole, figura, situ, motu, quæ ex vi insita aliter agere nequeant. *Fatum* deuique *physico-morale* agnoscit in iis, ubi liberæ hominis voluntati locus est, ipsumque definit per seriem causarum physicarum cum moralibus junctarum, ut si quis ab altero lethally vulneretur. Agnoscit cum *Wolffio* in determinatione voluntatis ordinem moralem, quem *Moralismum* vocat in oppositione ad mechanismum, & qui in motivis consistat. Hac vero occasione incidit in quæstionem, utrum voluntati animæ tribui possit actio physica in corpus, nec ne. Ubi monet, se systemati harmoniæ præstabilitæ subscribere non posse; 1 quoniam pro termino ignorantæ habet, seu specioso nomine, nullum realem & possibilem causalem conceptum involvente, sed idem per idem explicante: 2 quod nullam adesse causam suspicetur, quæ fluidum nerveum determinet ad arbitrium mentis in hunc præcise musculum influendum: 3 quod harmonia præstabilita nullo modo nec concipi, nec demonstrari, nec explicari possit: 4 quod causalis animæ influxus ob rationem hanc in dubium vocari non possit, quod modus, quo fiat, ratione capi nequeat: 5 quod quam plurimæ male sanæ consequentiæ in moralibus, politicis & physico-medicis elici possint, si liberis entibus influxus in humanum corpus causalis non concedatur. Ad primum dubium jam respondit *Wolffius* in Meditationibus Metaphysicis §. 766; alterum ibidem sustulit §. 788 & seqq. ubi distincte exposuit, quomodo directio fluidi nervei in musculum movendum sequatur ex motu ejusdem fluidi in cerebro præexistente. De

tertio

tertio §. 838 jam rationes in medium protulit, cur fieri non possit, ut singula distincte satis explicentur; sed ideo eandem rejicere velle perinde judicavit, ac si quis Mechanisimum corporis rejicere velit, quod nondum omnia, quæ ibidem ex mechanicis rationibus fiunt, ex iisdem distincte explicare possimus. De quarto §. 762 diserte monuit, nec a *Cartesianis*, nec a *Leibnitio* influxum physicum ideo negari, quod ejus nullum habeant conceptum, sed quod omni ratione a priori, & a posteriori destitutus legibus motus, quibus continetur naturæ ordo, repugnat. Male sanas consequentias in moralibus & politicis denique ab adversariis deductas, quæ *Cartesii* systema hodie in plurimis Academiis receptum perinde ac *Leibnitianum* feriunt, ex male intellecto systemate *Cartesii* atque *Leibnitii* fluere, docuit Cl. *Wolffius* tum in annotationibus ad Viri cujusdam celeberrimi censuram in philosophiam *Wolffianam*, tum in annotationibus ad Meditationes suas Metaphysicas, de quibus paulo ante ex inutilitate diximus. Quæ vero Medicus arguari possit, ad ea jam respondit in ipsis Meditationibus Metaphysicis §. 816, 817. *Fortunam secundam* tanquam causam felicitatis Cel. Autor per prudentiam atque sanam & rectam rationem disponendi res per congrua media ad certam finem explicat: quemadmodum e contrario *fortunam adversam* imprudentiæ ac depravatis affectibus adscribit. Ceterum cum *Wolffio* ordinem naturæ in se non immutabilem esse, sed a Deo per miracula mutari posse, statuit. Hæc potissimum in exterorum gratiam commemorare libuit, ad quos factorum *Wolffianorum* fama pervenit ex defensione nexus rerum sapientis & harmoniæ præstabilitæ enatorum.

BERNARDI PEZII THESAURUS ANECDOTORUM Novissimus, seu veterum Monumentorum, præcipue Ecclesiasticorum, Collectio.

Tomus IV.

Aug. Viindel. & Græcii, sumpt. Ph. Mart. & Jo. Veith, 1723, fol. Alph. II plag. 18.

DUm in Gallia *Edmundus Martene*, post vulgatos *Thesauri novi*

novi Anecdotorum Tomos V, in edenda propediem *Veterum monumentorum ac diplomatum amplissima Collectione*, quæ novem Volumina complebit, occupatur; nobili æmulatione apud nos R. P. *Bernardus Pezius*, excussis omnibus Bibliothecarum Germanicæ loculis, continuando *Thefauro* suo *novissimo* vacuas a sacris negotiis horas collocat. Etenim postquam de tribus prioribus Tomis dictum est in Actis A. 1722 M. Jan. p. 1 sq. nunc quartum quoque, tribus Partibus divisum, perlustrare par est. In Parte I primo loco compareret *Remigii Autissiodurensis Ord. S. Ben. Commentarius in Genesim*, e Codice Garstensi, cum Tegernseensi collato. De quo Autore, Seculo IX illustri, dum variorum elogia recenset Noster, simul nuntiat, & doctum quendam in Italia Virum Remigii Commentarios in omnes pœne Scripturæ libros feliciter detectos prelo apparere, & R. P. Felicem Wyrtemberger in eruendis Herrici Monachi Autissiodurensis, qui Remigii præceptor fuit, Homiliis elegantissimis versari. Succedit 2 *Irimberti*, Abbatis Admontensis, *Comm. in Libr. Judicum & Ruth*, vergente Anno 1152 concinnatus, e membranceo Codice Admontensi, a doctis virginibus Regilindi e Irmingardi, quæ ex ore Autoris pleraque exceperunt, exarato. 3 *Walafridi Strabonis*, Abbatis Augiæ divitis, *Expositio XX primorum Psalmorum*: etli enim Noster ab Augiensibus descripta acceperit omnia, quæ illic in LXXVI Psalmos reliquit (cetera deperdita videntur,) attamen cum cuncta fere cum ejusdem Walafridi Glossa Ordinaria convenire observaverit, hæc tantum speciminis causa prodere voluit, cetera, si operæ pretium visum fuerit, non invisurus eruditibus. Parte II primo exstat *Severini*, Episcopi incerti, sed Seculo V vel VI haud junioris, de quo alium apud Bibliothecarios Eccles. silentium, *Doctrina Sapientia*, ex Hilariensi Austriæ codice descripta; qua jam typis excusa, monuit Nostrum Celeb. Gentilottus, librum multo auctiorem apud Sirmondum Oper. Tomo II p. 910 jam extare. 2 *S. Bonifacii*, Martyris, Sermo de Baptismate, e Codice Mellicensi Sæculi saltim X. 3 *Rabani Mauri* opusculum *de Passione Domini*; ubi simul Autor illius operis de virtutibus & vitiis e Bibliotheca Cæsarea in lucem protrahendi spem facit. 4 *Zacharie*, forte

forte XXIII Sabionensis Episc. Sermo gravis de S. Gregorio M. 5 Obscuri pariter Autoris, *Gente Constantis* dicti, *de passione S. Emmerammi* Tr. 6 *Arnolphi* seu *Arnoldi*, Decani Emmerammi Seculo XI, Homilia *de VIII Beatitudinibus S. Emmerammi*, e Codice coevo Emmerammenſi. 7. 8. 9. 10. *Bernonis*, Abbatis Angienſis, A. 1048 defuncti, varia, de celebrando Adventu Domini, ejusque initio, de IV temporum jejuniis & Prologus in Tonarium seu librum de Musica; cujus autoris librum quoque *Epistolarum ad diversos*, nuper detectum, in lucem se producturum R. Pezius sperat. 11 *Anselmi*, Ep. Havelberg. liber *de Ordine Canon. regularium*. 12 *Algeri* & 13 *Engelberti* libellus *de libero arbitrio*. 14 *Stephani*, Prioris Cartusiae Olomuc. Sec. XV, *Anti-Wicleffus*, ut & 15 *Anti-Hussus*, & 16 *Dialogus*, quem vocat, *volatilis*, seu inter aves, aucam, qua Hussus, & passerem, quo autor designatur; denique 17 ejusdem *liber epistolaris ad Hussitas*. Pars III magnam partem Leodiensia complectitur, quae cuncta Noster accepta refert Coelestini Lombardi, Bibliothecarii S. Laurentii Leodii, industriae. Exstant vero 1 *Ludovici Sen. Diac. S. Laurentii*, liber *de adventu Reliquiarum B. Laurentii Roma Leodium*, cui ipse A. 1056 interfuit. 2 *B. Johannis*, Monachi S. Laur. Leod. *visio status animarum post mortem S. Miraculum S. Laurentii*. 3 *Reineri*, coenobitae Laur. Leodii, qui A. 1182 vixit, *de claris scriptoribus Monasterii sui* Libelli III, haecenus nondum editi, quamvis J. G. Olearius in Bibl. Script. Eccl. eos in collectione rerum Leod. a Jo. Chapeauvillo vulgatos crediderit, tum ejusdem 4 *Comm. in novem Antiphonas*, item 5. 16 *Vita S. Pelagia, S. Mariae virginis Cappadocis, S. Theobaldi*, tum *Evrachi & Reginardi* Episc. Leodiensium, *Labrimarum Libri III, de profectu Mortis Libri II*, & alia quaedam minoris momenti, etiam poetica. Sed his plerisque ut facile caremus, ita grati excipimus 17 *Andreae* Presbyteri Ord. Canon. Regul. Ratispon. *Chronicon generale* a C. N. ad A. 1422, cujus Autoris *Chronicon speciale*, seu *de Ducibus Bavariae*, jam tum A. 1602 M. Freherus Ambergae cum notis edidit, Chronico generali in eodem Monſeensi codice, e quo Noster illud produxit, subjunctum, in quo pariter multa Andreae de Concilio

Constantiensi collectanea exstant. Secutus vero est Autor ordinem Chronologicum, & seorsim sub Pontificibus de rebus eccl. & sub Imperatoribus de politicis egit, usque est præter alia veterum Chronicis, Herimanni, Ratisbonæ ad S. Emmerannum, & Magistri Conradi de Monte puellarum, passim in Baviaræ Bibliothecis exstantibus. 18 *Aenea Sylvii*, postea *Pii II Pont. Pentalogus de rebus Ecclesie & Imperii* hætenus ineditus, quo, colloquio inter quosdam ejus temporis viros illustres instituto, consilia Imperatori suppeditare voluit ad pacandam Ecclesiam, ut ipse loquitur, petendamque Italiam. 19 *Ermanrici*, Abbatis Elwacensis Sec. IX, *Dialogus de vita & miraculis B. Hariolphi* Ep. Lingon. fundatoris monasterii Elwacensis, cujus operis recentiores scriptores, Cave, Olearius, Oudinus &c. haud meminerunt. 20 *Chronicon Elwacense* integrum & genuinum a N. C. ad A. 1474, nobile historię Germanicæ, & præcipue Suevicæ, monumentum, cujus Epitomen, non uno loco turbatam, hiulcam & perplexam, a Mattheo Mareschailo confectam & ad A. 1477 productam, M. Freherus T. I Scr. rer. Germ. ediderat. Quod cum magnam partem desumptum sit e Chronico Monasterii Neresheimensis, illud sibi pariter cum duobus monumentis antecedentibus a Cl. Magno Ster, Bibliothecario Neresheimensi, communicatum, proxime a se sperari jubet.

GEORGII ANDR. VINHOLDI, RECTORIS

*Schole Cygnæ Notitia Scriptorum Juris Naturæ,
quorundam Elogiis condecorata.*

Lipsiæ, apud Jac. Schuster, 1723, 8.

Plag. 8.

Non vulgari studio in Jurisprudencia Universali excolenda versatum esse Virum Clarissimum, libellus hic, quantumvis mole exiguus, utilissimus tamen, documento esse potest, quem ita instruxit, ut Scriptorum Juris Nat. & Gent. non solum ordine literarum enumeret, variasque editiones sedulo indicet, verum & singulorum diversa principia, methodumque cujusvis propriam, nervose recenset, subjectis plurimorum elogiis brevibus,

vibus, quæ velut characterem ipsorum depingunt. Id verò dum agit, non instauratores modo hujus doctrinæ principesque autores, nec Systemata tantum aut compendia, quibus integra hujus Juris disciplina proponitur, sed scriptores omnes, scriptaque, quotquot ipsi reperire licuit, etiam minora, quibus specialia argumenta pertractantur, controversiæ agitantur, quæstiones singulares evoluuntur, hac notitia completi studuit, ita ut in hoc opusculo 288 autores, scripta vero longe plura, compareant. Insperlit præterea in elogiis istis non pauca, quæ ad Historiam Jur. N. & G. faciunt. Denique duplex specimen addidit, alterum, quo recensitos autores inter se confert, eosque ad certas classes, pro diversis Juris Nat. principiis dispositas, revocat; alterum, quo eorundem conciliationem tentat, annotatis præcipuis quibusdam momentis, in quibus omnes, & vel maxime dissentientes, conspirare animadvertit. Ceterum & ipse Vir Clariss. ad numerum horum autorum accessurus est, *Nucleo Juris Naturæ*, in quo ex dignitate hominis naturali omnia hominis & civis officia demonstrare allaboravit, cujus editionem ipsum jam parere, accepimus.

JOH. VOGTII, PAST. HORNEBURG. PRIMI, *Bibliotheca Historiæ hæresiologiæ &c.*
Tomi I Fasciculus I.

Hamburgi, apud Jo. Christ. Kifnerum, 1723, 8.

Plag. 13 $\frac{1}{2}$.

Licet hæreticorum & hæresium historia a multis jam tradita sit, quos Autor plurimum reverendus, qui Horneburgi in Ducatu Breinensi doctoris evangelici munere cum laude defungitur, in præfatione recenset; opus tamen accuratum de hæreticis, præcipue antiquis, de eorum ortu, progressu, affinitate, dogmatibus, duratione &c. quum adhuc desideretur a Caveo, Sagittario, Ittigio, Meichelio aliisque; dissertationes selectiores & rarius obvias, ad hæreticorum hæresiumque historiam pertinentes, quæ hæresiologiæ universali

fali concinnandæ inservire possunt, aliquot fasciculis conjungere, & præmissis conspectu subjunctisque annotationibus illustratas, cum historiæ ecclesiasticæ studiosis communicare constituit, quibus hoc institutum & apprime utile & perjurandum fore nulli dubitamus. Nostrum est, primi hujus Fasciculi contenta paucis indicare, ut, quid in sequentibus expectandum sit, vel ex brevi hac recensione colligi queat. Habentur scilicet in hoc fasciculo quatuor dissertationes optinæ notæ, quarum prima est *Jacobi Basnagii* historia Apollinaris, in qua tum illius hæreses præcipuæ, tum discipulorum dogmata recensentur, cum Chrysoptomi epistola ad Cæsarium Monachum Trajecti ad Rhenum primum edita A. 1687 in 8 & in Actis nostris ejusdem anni pag. 563 excerpta. Altera est *Joh. Mabillonii* de Berengarii multiplici damnatione, fidei professione & relapsu, deque ejus pœnitentia, quæ seorsim quidem non produit, sed ex ipsius veterum Analectorum Tomo secundo pag. 477 - 494 integra est desumpta. Tertia est *Samuelis Andreae* de Bogomilis, in Academia Marpurgensi A. 1687 ventilata, & ab Herm. Witfio exercitata, in Orat. Dominic. pag. 99, itemque a Caspare Sagittario in Introd. ad Hist. Eccles. Tom. I pag. 899 summopere commendata, quam tamen ob raritatem doctissimus Wolfius, cum in Bogomilorum historia conscribenda versaretur, frustra se quæsisisse testatur. Quarta & ultima est Summe Rev. *Georg. Henr. Gazii* de Macedonianis, Wittebergæ A. 1688 habita, cujus vestigia secutum se esse, non diffitetur ipse Sagittarius l. c. pag. 1040. Primæ & ultimæ dissertationi doctissimus Editor non solum eruditæ subjecit annotationes; sed etiam primæ indicem Scriptorum & veterum de Apollinari ac contra ejus hæresin, & recentiorum Apollinaris historiam illustrantium, atque ultimæ indicem Conciliorum contra Macedonium & Macedonianos, nec non Scriptorum de Macedonio & contra Macedonianos subjunxit: secundæ vero & tertiz notas adjecit parciores, diffusiores alteri fasciculo reservaturus.

ACTA ERUDITORUM,

*publicata Lipsia
Calendis Augusti Anno MDCCXXIV.*

ECCLESIASTICAL MEMORIALS, RELATING
to Religion and the Reformation of it, and the Emergencies
of the Church of England &c.

h. e.

JOHANNIS STRYPII MONUMENTA EC-
clesiastica ad religionem ejusque reformationem & ca-
sus Ecclesie Anglicanae, sub Henrico VIII, Eduardo
VI & Maria I, pertinentia.

Tomi III.

Londini, apud Joh. Wyat, 1721, fol.
Alph. 24.

Felicem demum Historiam, cum vindices nanciscitur & interpretes ejusmodi, qui cum sinceritate atque judicio summam conjunxerunt industriam! Ita velut propria sibi virtute se commendat *Cl. Strypius*, inter Anglorum Historicos imprimis conspicuus. Aliquoties jam Volumina satis spissa commemoravimus, quibus Sacram Angliæ Historiam & eam præsertim periodum, quæ Reformationis primordia complectitur, illustravit. In eodem stadio adhuc decurrit, & quamquam in extrema senectute, indefessus. Num enim spiritu defectum dicemus eum, qui propemodum octogenarius tria simul Volumina emittit, quæ ut prodirent, tot chartæ perlustrandæ, tot minutæ ordinandæ, infinitus labor fuit tolerandus? Velut in irriguo solo ex aliquot rivoꝝ inundationibus unum aliquod æstuarium, ita ex abundanti anteriorum libroꝝ materia is,

T t

quem

quem nunc proponimus, fuit collectus. Quicquid enim olim *Cl. Autor*, ne prolixior justo fieret, seposuit, id nunc seorsum his Voluminibus juxta antiorum seriem disponere, memoranda inde deducere, chartas ipsas & documenta, quæ sua manu cuncta descripsit, singulis Tomis addere, ipsi visum est. Neque adeo plenam Ecclesiæ Anglicanæ Historiam, sed quædam quasi excerpta ad supplendum, corrigendum, amplificandum aliis dicta sistit. Paralipomena proin sunt maximam partem, quæ tradit senex diligentissimus, ante se dicta non repetens, nisi cum narrationis nexus postularet aut aliter a se dici posse deprehenderet. Duo inprimis sollicitè curata fuisse vidimus, tum, ut memoriæ personarum utriusque sexus, quarum aliquæ in religionis negotio fuere partes eximia, non illustrarentur solum, sed & sæpe nunc primum eruerentur, tum, ut librorum in isto temporis decursu editorum circa res Ecclesiasticas diligens fieret mentio & conspectus plerumque sisteretur. Equidem non negamus, *Cl. Autorem* sæpe in rebus exilibus & inquisitionibus ad eo minutis versari, ut vix appareat, quid inde momenti sit expectandum ad Historiam. Verum, quæ in Gallo serimus & sæpe cum planctu probamus, cur in Anglo fastidiamus? Deinde multa, quæ ad externos nihil habent speciei vel usus, civibus suis potuit grata scripsisse atque utilia. Denique, siquidem ab extremis non semper cavere sibi possunt mortales, tolerabilius profecto peccat Historicus curiositate quam securitate nimia.

Tomus primus ad res *Henrici VIII* pertinet & ab A. 1513 inchoatur, qui, per errorem typographicum haud dubie, octavus *Henrici* annus dicitur, cum quintus fuerit. Ab isto tempore Regis erga *Volsesum* favor indies crescebat, quapropter & plurimus in eo labor ponitur, ut, quæ ad ipsum pertinent, illustrentur, quanquam fatendum sit, ab initio quædam ad eum ex conjectura tantum referri, quoniam jam tum gratiosus valde apud Principem suum fuerit. Notari meretur *Epistola Regis* admodum familiaris ad *Volsesum*, qua ei spem de uxoris graviditate conceptam nuntiat, quamque ita concludit: *Written with the Hand of your loving Prince*. Id vero miramur, quomodo hæc *Epistola* cum quibusdam aliis, in quibus Cardinalitia dignitas

Volsesio

Volsejo tribuitur, ad annum 1514 relata sit, cum constet, hunc honorem in eum mense Septembri 1515 demum fuisse collatum. Notus est factus, quo se offerre solitus est rebus prosperis Volsejus, ita sibi placens, ut sæpius in literis se Regi jungeret, negotia *ad Regem & se* relata, *Regi sibi que* ministrorum diligentiam probari, *Regem & se* Principum exterorum commodis favere, scriberet. Quod autem vulgo narratur, quod solenni velut formula *Ego & Rex* usus fuerit, ejus se nullum usquam exemplum in scriptis Volsejanis invenisse testatur *Cl. Autor*. Præterea cum ad ipsum Regem literas daret, quarum aliquot specimina extant, nihil modestiæ ministrum decentis desiderari passus est. Adversus Lutherum & ejus doctrinam acer erat Volsejus, Regem etiam suum incitans, ut libro de *septem sacramentis* calumniam ostentaret. Eum confectum fuisse Noster dicit adversus novissima Lutheri contra indulgentias & alios Romanorum errores scripta. Accuratus definiturus erat controversiam, si libro Lutheri *de captivitate Babylonica* Regem suum Tractatum opposuisset scripsisset. Observamus etiam in recensione errorum Lutheri, ex Bulla Leonis X, quæ unum supra quadraginta numerat, facta, septimum in duas partes non satis bene divisum, & uno adeo syllabum hunc errorum auctum esse. Ad annum 1523 mentionem facit *Cl. Strypius* libri, quem anno dicto *Fischerus Rossensis* Episcopus adversus Lutherum sub titulo *Affertionis Lutherane confutatio* emisit. Nescimus vero, quid obliterit, quo minus & reliqua ejus scripta, suo quodvis loco, commemoraverit, sc. *Affertionum Regis Angliæ adversus Lutherum defensionem; de veritate corporis & sanguinis Christi in Eucharistia adversus Oecolampadium libros V; Sacri Sacerdotii defensionem contra Lutherum; convulsionem calumniarum Ulrichi Veleni, quod Petrus nunquam fuerit Romæ; concionem habitam, cum Lutheri scripta Londini cremarentur igne; de unica Magdalena adversus Jacobum Fabrum libros tres; commentarios in Psalmos penitentiales; conciones duas de passione Christi & de justitia Phariseorum & Christianorum; Methodum perveniendi ad summam Christianæ religionis perfectionem, ex carcere scriptam ad sororem; Epi-*

p. 119.

26. sq.

33.

37.

40.

- folam de charitate Christiana; tractatum de necessitate grandi, additis ejus precattonibus.* Hæc omnia in unum corpus collecta & Wurceburgi 1597 forma majori fuerunt edita. Jungitur etiam huic collectioni ipse Regis adversus Lutherum liber, vel quod ejus edendi hortator & suator præcipuus fuerit Fischerus, vel ne solus inter Principes Rex Henricus alieno labore nomen ex literis quæsiuisse a suspicacioribus non putaretur. In eodem Volumine reperitur etiam *Regis ad Lutheri deprecatorias responsio*, cujus Strypius scriptum exemplar se vidisse perhibet, cui præfixa sint hæc verba: *Rex Anglorum Regi hæreticorum scribit.* Præfationis quoque summam refert, quam Würceburgenses plane omiserunt, & in qua Rex respondere se ad Lutheri literas scribit, ne quis eum adulatione *fatui fraterculi* capi existimet. Specimen odii, quo Rex Lutheri causam prosequetur, illa etiam legatio præbet, qua A. 1523 Periscelidis inlignia ad Ferdinandum Archiducem mittebat. Patet enim ex formula, qua legatis & rei peragendæ ceremoniæ & dicendorum ordo præscribuntur, ad excitandam adversus reformatores Ferdinandum totum istud negotium spectasse. Attamen cum *reformationem* aliquam necessariam omnes fere cordatiores isto ævo judicarent, eam non negligere prorsus videri volebat *Volsejus*: quapropter 1523 correctionem Ecclesiastici ordinis meditabatur. Rem a Burneto jam commemoratam propterea repetiisse videtur Cl. Autor, quod & Foxii Wintoniensis literas hac occasione scriptas, insignem puritatis amorem spirantes & nondum editas, haberet, & præterea Cardinalem bona fide hoc negotium suscepisse judicaret, cujus alias rationes ad Regis commoda spectantes dederat *Burnetus Histor. Reform. T. 3 p. 24.* Ad A. 1524 merito conservatur memoria *Georgii Staverdi vel Staffordi*, Dunelmensis, qui cum Theologiam profitendam Cantabrigiæ accepisset, primus in Anglia Scripturam publice exposuit. De causa divortii regii ex MStis reliquiis plura per aliquot paginas in supplementum aliorum Historicorum narrantur. *Misera in priinis Romani Pontificis conditio*, qua in Urbe Veteri (*Orvieto*) vivebat, cum Cæsareanorum custodiam evasisset, ex Anglicorum legatorum literis graphice depingitur. Præterquam enim quod
- p. 59.
- 41 sqq.
- 46 sqq.
Appendix
p. 18.
- 48.
- 88 109.

quod animo per timorem Cæsari adhuc erat obnoxius, cum omnium etiam rerum penuria conflictabatur. Iisdem legatis fassus p. 95. coll. est Pontifex, non esse in se satis doctrinæ ad dijudicandum hoc negotium, & quanquam in legibus dictum sit, quod *Pontifex habet omnia jura in scrinio pectoris*, sibi tamen a Deo clavem non concessam ad aperiendum hoc scrinium. Mirum scilicet infalibilitatis operculum! Ceterum legati Anglici omnia pro autoritate agebant, neque adversus timidum parcebant iniis, adeo, ut Gardinerus (ipse ille, qui acerrime postea cultum Pontificium propugnabat) his verbis aliquando Clementem conturbaret; App. p. 71. fore, ut, ab alienato Rege suo, *inclinata jam sedes Apostolica tota corrueret, communi consensu & applausu omnium*; alio vero tempore prolixius etiam minaretur, *in solenni confesso Pontificis & aliquot Cardinalium ita verba faciens; Sanctitas Vestra, hij reverendissimi Domini doctissimi Viri certum in hac causa respondere aut nolunt, aut non possunt. Si nolunt, inquit Angli, nec dignantur erranti monstrare viam, cujus curam a Deo commissam habent; atque adeo tanto Principi, tam bene merito: denique quod ultro & gratis facere debeant, non faciunt, tot beneficiis provocati; O! simul & ingratiſſimum hominum genus, & muneris sui negligentissimum. Imo, qui simplices esse debeant sicut columba, apertoque pectore, pleni omni dolo & perfutia & dissimulatione. Verbis omnia pollicentur, re ipsa nihil præstant. Itaque si quid ista moveant animos vestros, iterum atque iterum petimus, efflagitamusque, ut, si causa Serenissimi Regis nostri justa vobis videatur & bona, fiat, quod pollicitum est nobis, ut talis judicetur. Sin mala videatur & iniqua, efficit quantum potestis, ut ne is Princeps, quem tantum Patronum consuemini, in ea re versetur diutius, aut longius progrediatur, in qua ex animi vestri iudicio aut honor aut anima salus periclitetur. Nolite deesse ei vestris consiliis; qui vobis semper adsuit tum consilio, tum ope, tum auctoritate. Neque enim postulamus aliud a Vobis quam justitiam, quam ita amplexatur & colit Serenissimus Rex noster, ut quicquid sinistre suspicentur alii, illam omnino, sive pro matrimonio, sive contra matrimonium steterit, id quod & Vobis & Orbi testatissimum vult sua Majestas, animo*

- lubentissimo sit sequuturus. Quod si Regia Majestas, & Nobiles alii de voluntate vestra persuasi, an certum respondere possitis, dubitabunt, quod necesse est, faciant, quum aut nolle vos, aut non posse sit certissimum, animos sane durior subibit de hac sede cogitatio; clavem videlicet Scientia abstulisse Deum, atque adeo expiosa haecenus quorundam sententia incipiet non displicere, digna esse, qua mandentur flammis, Pontificia jura, quae ipsi etiam Pontifici & suis sunt incertissima. Tristissimum quidem & durissimum est id opinari aliquos, non posse vos nodum hujus causa explicare, quem ex rationibus Serenissimi Regis cernitis dissolutum. Gravius vero illud est, se, cum potestis, non vultis, quum sententia vestra, quaecunque sit, modo certa sit, favorem ejus Principis promereatur, qui jam olim de vobis, quod non diffitemini, summa quaque & plusquam omnia, promeritus sit. In
- App. p. 106. eadem causa Henricum VIII suffragia exterorum pecunia comparasse ex Epistola quadam Richardi Croci ad Regem Venetiis scripta patet, quo, ut eam rem curaret, missus fuerat. Per hoc negotium *Volses*i fortunam eversam fuisse, notum omnibus.
112. Id fortassis non æque, librum *Tyndali* de obedientia Christiani, quem *Anna Bolenia* cuidam ex suis legendum dederat, autoritate Cardinalis ablatum, odium Annæ in ipsum vehementer concitasse, & cum ea flagitante Rex librum repeteret, hunc eo lecto, comperisse primum, quantum Protestantium doctrina
123. præ Pontificia Principibus faveat. Ad res *Volses*i pertinet imprimis ampla descriptio *artium*, quibus omnem apud Regem & in regno *autoritatem ad se rapuit*, inter quas ceteræ sunt communes, hæc singulares, quod horoscopo Regis confecto inde didicerit, quæ res ejus animum sint inclinaturæ, quodque præterea per sculptas imagunculas secreto fascino vehementissimum amorem erga se apud Regem accenderit. In specimen *abjectæ humilitatis*, qua *Volses*us, amisso favore Regis, priorem fastum mutaverat, ad quasdam ejus Epistolas, etiam ad inferioris
- p. 114. sqq. longe conditionis homines scriptas *Cl. Autor* provocat, quasdam etiam integras exhibens. Eas sæpe rudi tremulaque manu animo turbato se exarasse testatur, illis, quibus eas mittit, indignis adulationibus tantum non arreperit, non pen quandoque suum ita subscri-
- coll. App. p. 90. sqq.

MENSIS AUGUSTI A. MDCCXXIV. 335

subscribit: *Thomas Cardinalis Eboracensis miserimus*. A. 1532
 Parlamento Anglici sanctione prohibitum est, Annatas, quas vo-
 cant, Romam mittere. Eam sanctionem Burnetus jam publica-
 vit. Addit nunc Cl. Strypius *scriptum Cleri Anglicani*, quo An-
natarum injustitia & incommoda exponuntur, sanctio dicta ef-
 flagitatur, & simul petitur, ut, si gravius aliquid Pontifex in
 Anglos propterea statuatur, obedientia illi plane renuntiatur. In-
 ter eos concionatores, qui peragrando provincias nascentem re-
 formationem opprimere laborarunt, commemoratur quidam
Hubbardinus, qui tanta cum corporis commotione publice lo-
 quebatur, ut tandem gestuum vehementia pulpitem disjice-
 ret, & ex calu tibiis fractis ipse mortem oppeteret. Idem a latro-
 nibus aliquando spoliatus, in eorum gratiam de furtorum & la-
 trociniorum laudibus sermonem habuisse commemoratur, quo
 facto ab iis præter ablatorum restitutionem, præmium etiam re-
 tulerit. *Thomam Morum* acerrimum Pontificæ religionis vindice-
 em & immitem persecutorem discedentium ab ea fuisse, plu-
 ra specimina demonstrant. Permultis tamen aliquando animum
 ejus ingeniosa rei cujusdam responsio. Cum enim cuidam no-
 mine *Silver*, hæreseos accusato, *Morus vivicomburium* his verbis
 minaretur: *Silver must be tried in the Fire*, hic haud moratus
 respondebat: *but Quick Silver will not abide it*; quæ animi fa-
 ceti præsentia sic placebat Moro, ut reum sine nota dimitteret.
 Quæ *inter Henricum Regem*, postquam Romanum Pontificem
 excusserat, & *Germania Protestantes* sæpe, sed frustra, sunt acta,
 capitibus aliquot, scilicet 32, 34, 43 & 45 commemorat. Ea
 dum cum *Sleidano & Seckendorffo* comparamus, quædam co-
 piosius, quædam aliter narrata deprehendimus. Ita de prima
 missione *Barnesii* (cui collegam jungit quendam *Derickium*) in
 Germaniam monet, inter causas ejus non minimam fuisse, ut
 Melanchthon ab itinere in Galliam, quo vocatus erat a Rege,
 averteretur, & ad Angliam potius invisendam moveretur, qua-
 propter & alii quidam in Galliam missi sint, si forte Melanch-
 thon hoc regnum jam adiisset. Invidisse autem Henricum Gallis
 virum hunc propterea, quod metueret, ne illius ope Protestan-
 tes & Gallia & ipsi Romano Pontifici conciliarentur. Porro for-
 mula

App. p. 107.

p. 159. 160.

205.

231.

232.

244.

- mula dicendorum apud Regem exhibetur, quæ pro legatis Protestantium 1536 in Angliam mittendis fuit concepta. In ea omissum observamus caput, quod tanquam præcipuum *Sleidanus* L. X solum inde excerpfit, ut, cum de fœdere forte decreverint, in rebus omnibus Imperium & Casarem claris verbis excipiant. Inter acta legationis A. 1538 a Protestantibus in Angliam missæ referuntur quædam minutæ confessiones aliquot Episcoporum de articulis, quarum causa cum legatis disceptabatur, quoniam, quoad doctrinam, plerique in Anglia, Rege ipso haud excepto, Papatum nondum exuerant. Eminet inter eas *Latimeri* de purgatorio, cui notas refutatorias addidit Rex Henricus, cujus & aliz duæ schedulæ exhibentur de purgatorio & Clericorum conjugio. Ad A. 1539, cum *Seckendorffius* L. 3 §. 73 n. 6, 7 unum tantum legatum Anglicum Christophorum Montium nominet, Noster illi Thomam Paynellum jungit, mandatumque illis fuisse dicit, Protestantibus denunciare, Regem ægre ferre, quod ipso inconsulto cum Cæsare pacisci velint, atque desiderare, ut de conditionibus certior fiat, quod non exstat apud *Seckendorffium*. Reliqua vero, quæ hoc anno inter Regem & Protestantes acta fuerunt, non satis accurate narravit *Cl. Strypius*. Nam non solum duas Principum legationes, quæ paucis mensibus interjectis se exceperunt, quarum una propter religionem, altera propter connubium Regis cum Anna Clivenfi missa fuit, in unam compegisse videtur, sed & liquido affirmat, legatos Protestantium in quosdam unionis articulos consensisse, qui partim subdoli sunt, partim fidei, quam profitebantur, aperte contrarii. Miramur, eum hic, quem paucis ante paginis a se lectum probaverat, *Seckendorffium* haud inspexisse. Videre enim non modo poterat apud eum, jam dudum L. 3 §. 75 Add. 2 lit. 5 sqq. hos articulos exhibitos fuisse, sed & ab eo discere, dolo malo a parte adversa fuisse suppositos, ut ipsi Protestantes causæ suæ diffidere putarentur. Infelicis Reginz *Annae Boleniæ* fata curiose satis annotaverat *Burnetus*, imprimis ejus dicta in carcere. *Cl. Strypius* illis jam quædam addit, (quæ, ut putamus, Ill. Præsul non satis momentosa judicaverat,) sperans fore, ut ex integrioribus hisce sermonibus aliud de statu Reginz judicium feratur,
- p. 331. coll. p. 339.
- App. p. 262. sqq.
- App. p. 264. sq.
- P. 339.
- 341.
- p. 280. sqq.

ratur, quam quod Burnetus tulit, qui vaporibus cerebrum ejus oppletum credidit. Verum fatemur, aut ex *Burneti* excerptis conjecturam hanc fieri non posse, aut, si possit, per *Strypii* reintegrationes cam non convelli. Magis nova sunt, quæ de repudio Annæ Clivenſi dato narrantur. Repræſentat enim Cl. Autor integra teſtimonia, quibus tum thori regii ſecreta fuere revelata.

p. 308 ſqq.
coll. App. p.
306 ſqq.

Tomo ſecundo, qui res *Eduardi VI* illuſtrat, principio ſtatim vera dies, in quam *Regiæ matris mors* incidit, indicatur.

p. 5.

Omnes ſcribunt, mortem hanc accidiffe die Octobris decima quarta. *Noſter* ex MS. vigefimam quartam ſubſtituit, & illud jure fieri, rationibus confirmat. Admirabilis ingenii inde ab infantia fuiſſe *Eduardum*, paſſim notum eſt. Neque tamen pœnit

p. 8. 9. 37.

tebit, apud noſtrum Latinarum & Gallicarum Epistoſularum, quas decimo ætatis anno ſcripſit, exempla legiſſe. Servavit etiam quædam ad inſtituendum Regem in Politicis a *Wilhelmo Thoma*, cui hæc provincia obtigerat, conſignata. *Paraphraſes Eraſmi* in N. T. Anglice in uſum populi translata & bis ſub Eduardo impreſſæ commemorantur. Ita translatio propterea maxime notanda,

p. 100 ſq.
App. p. 21.
ſqq. 59. ſqq.
p. 28 ſqq.

quod *Maria*, Henrici VIII filia, ipſa in partem laboris venerit & Evangelium Johannis vertendum ſuſceperit, de qua mireris, quod, cum alias tenaciſſima Romanarum opinionum fuerit, illam de non communicanda cum vulgo Scriptura propria quaſi praxi everterit. Suſcepta res fuit jam ſub Henrico, auſpiciis potiſſimum *Catharinæ Parriæ*, quam ultimam uxorem Rex iſte habuit. Dedit enim Cl. Autor hujus *Catharinæ* de hoc negotio

App. p. 32.

Epistolam Latinam ad *Principem Mariam*, qua percontatur, num paſſura ſit nomen ſuum edendæ Paraphraſi in Johannem præfigi. Imo ipſa quoque Regina manum operi admoviſſe conſicitur, cujus ſtudia in literas & pietatem pluribus commendat.

p. 130 ſqq.
coll. App.

De cauſa *Interimistica* Orator Anglus e Comitibus Auguſtanis quædam ad Ducem Sommerſetenſem refert, ſed magnam partem, uti ipſe fatetur, incertis rumoribus accepta, qualia ſunt, quæ de *Duce Württembergensi* narrantur, eum omniã feciſſe, quæ, librum *Interim* a ſe recipi, ſuadere potuerint, ſubito autem, re ipſa haud prohibita, edixiſſe, ut, quiſquis Miſſæ poſthac inter-

p. 82.
p. 110 ſqq.
coll. App.
p. 78.

- fuerit, octo nummos aureos solveret. Non nescivisset rem *Sleidanus*, qui L. 20 satis distincte refert, quomodo Dux in isto negotio ad Cæsaris nutum omnia peregerit. Æque temere sparsa fuere, quæ de duriori responso *Electori Saxonie Mauritio* a statibus provincialibus hac occasione dato narrantur. Constat enim, hunc Electorem nunquam serio nec vel in speciem acriter instituisse, ut apud suos decretum illud Cæsaris reciperetur. Quamquam studiose indicaverint *Oebini* scripta *Sandii* in Bibliotheca Antitrinit. p. 3 liq. & *Observatores Halenses* T. V. Obs. 1, 2, fugit illis tamen liber quicquam hujus auctoris a *Cl. Sirypio* commemoratus. Testatur enim, A. 1549 *Londini* apud *Gealterium Lynnum* forma quarta impressum esse Anglica lingua librum *Oebini adversus Papam* sub titulo: *a Tragedy, or Dialogue of the unjust usurped Primacy of the Bishop of Rome, and of all the just Abolishing of the same*. Totum opus continere novem *Dialogis*, quorum colloquuties sint; 1 *Lucifer & Beelzebub*; 2 *Bonifacius III & Dns. Sapientia* Imperatoris terba; 3 *Populus Romanus & Ecclesia Romana*; 4 *Papa & hominum opinio & Populus Rom.* 5 *Thomas Massuccius*, Præfectus stabuli, & *Lepidus Camerarius* Pontificis; 6 *Lucifer & Beelzebub*; 7 *Christus & Michael & Gabriel* Archangeli; 8 *Henricus VIII & Papista & Thomas* Archiepiscopus Cantuariensis; 9 *Eduardus VI & regni Protector*. Opus hoc ab autore Latina primum lingua consignatum, Eduardo Regi dicatum, a *Johan. Poweto* D. Theol. in Anglicam translatum, neque ante hanc versionem ulla lingua publice editum dicitur. Porro refert *Noster* ad A. 1550, *Sermones Oebini* XXV de prædestinatione & electione ex Italico in Anglicum sermonem translatis per *Annam Cookiam*, Nicolao Baconi postea nuptam, impressos fuisse apud *Johannem Dayum* forma octava, qui an diversi sint a se membris, quos dicti auctores allegant, nobis non satis constat. Quomodo *Petr. Martyr & Bucerus* diversa sentierint in *doctrina de S. Cæna*, ex mutuis ipsorum literis representatur. *Martyr* ita sententiam suam declaraverat: I *In Sacramento Eucharistiæ non est Panis & Vini Transubstantiatio in Corpus & Sanguinem Christi*. II *Corpus & Sanguis Christi non est carnaliter aut corporaliter in Pane & Vino: nec, ut alii*

ut alii dicunt, sub speciebus Panis & Vini. III Corpus & Sanguis Christi univertur & Pani & Vino Sacramentaliter. Bucerus vero optabat, *Theſin ſecundam* ſic eſſeri: Corpus Chriſti non continetur localiter in Pane & Vino, nec iis rebus affeum aut adjuvatum eſt ulla mundi ratione; ad tertiam autem hæc addi: Ita ut credentibus Chriſtus hic vere exhibeatur; fide tamen, nullo vel ſenſu, vel ratione huius ſeculi, intuendus. Ad A. 1550 ex tabulis ſeſatus regii (Council-Book) refertur, Marchionem Brandenburgicum per legatum petiſſe nuptias Mariae ex Henrico VIII genitæ. Hoc propterea monemas, quod alii Hiſtorici & imprimis Larrejus T. 3 p. 686 Duci Lunenburgenſi hanc legationem tribuant, & Brandenburgicem per errorem nominari aſſerant. Ceterum ex hac illuſtri gente nullum eo tempore liberum a conjugio fuiſſe reperimus, præter Albertum Alcibiadem. Melanchthonem in Buceri mortui locum in Angliam vocatum fuiſſe, literasque a Rege Latinas ad eum hæc de re menſe Majo 1553 biennio ſete poſt mortem Buceri miſſas, & venturum fuiſſe, niſi mors Regis interveniſſet, commemorat Noſter, quod a Camerario in ejus vita non annotatum vidimus. Quam triſtis Cæſaris conditio poſt frustra tentatam Metim fuerit, ex narrationibus legatorum regionum patet, quibus mandatum erat, ut de ſordere inter Carolum, Anglum & Germaniæ Principes agerent. Nunciant illi totius Belgii de nimis exactionibus & male locata pecunia murmura, commerciæ decremента, fidem mercatorum ſuſpectam, pecuniæ raritatem, Fuggerorum & aliorum Antwerpienſium ob debita ſibi non ſoluta in mutuo denovo dando tergiverſationes, ipſius denique Cæſaris morbum ex animi ægitudine contractum, qui ad phreneliu accedere publicis rumoribus ferebatur. De morte Regis Eduardi, qui veneno periſſe paſſim tum credebatur, quanquam iſti ſuſpicioni non vult videri locum dare Cl. Autor, duo tamen teſtimonia, quibus ea confirmatur, adducit. Alterum eſt ex *συγγόρις* Anonymi diario, ſub initium regni Mariae ſcripto, cujus verba Latine reddita hæc ſunt: *Julii 6 nobilis Rex Eduardus VI anno regni 7mo moriebatur. Veneno, ut narunt omnes, peremptus erat. Jam multi proditorum, quapropter Deum laudamus, juſte paſſi ſunt.*

p. 230.

244. 401.

403 ſyq.

429.

Et plures, ut a Deo spero, sequentur, cum indagati fuerint. Manifestum est, ad Duce[m] Northumbriae & aëcclesias respici. Alterum est Harveji, qui in *Musarum lacrymis*, mentione hujus mortis injecta, scripsit:

morbo tabescens aurea proles:

pulmonem absumtum Medici dixerunt. Quid ad nos?

Hujus Principis orationes quasdam & Epistolas ante decimum annum scriptas servavit Cl. Strypius, ut & memoriam libri Gallici ante duodecimum annum adversus Hierarchiam Pontificiam ab ipso compositi sub titulo: *L'encontre les abus du Monde*.

Tomus tertius de tristi rerum Anglicarum sub *Maria* catastrophe paralipomena exhibet, in qua, quæ crudeliter & inhumaniter acta sunt, paulo humaniores inter Romanos vix ipsi excusabunt. Scena fere semper eadem. Plerumque enim Protestantes sistuntur, judicia, carceres, exilia, omnia denique extrema ob religionem passi, de quibus si quid post alios commemorandum invenit Cl. Strypius, id omne sollicitè annotavit. Et ista quidem recenserè, multorum non interest. Pauca igitur alia, quorum usus magis communis videtur, indicabimus. *Mariæ cum Philippo Hispano conjugium* Anglos ita offendebat, ut Cantienfes, cum per eorum fines legati Cæsaris ea de re acturi transirent, viam adversus illos pararent, Egmondanum pro Philippo habentes. Inter procos Mariæ refertur *Comes Palatinus*, & acta de hoc negotio extare dicuntur in Cottoniana. Nomen Principis non indicavit Cl. Autor. Patet vero ex *Huberto Thoma in vita Eri-derici Palatini L. 12*, eum fuisse *Philippum*, Philippi ingenui Electoris ex Ruperto filio nepotem. De favore *Cardinalis Poli* in doctrinam Protestantium, & quod librum suum *de unitatis Ecclesiasticæ defensione* ad evertendum hanc suspensionem scripserit, alias passim fertur. Id nunc confirmat Noster ex præfatione interpretis, qui librum istum Anglice vertit. Narrat ille, Polum, cum in Germania esset, & Augustæ apud Pastorem Lutheranium diverteret, dixisse: se omnem Lutheranorum doctrinam valde probare, idque declaraturum, si Concilium œcumenicum congregaretur. Quod *Cramerus* Archiepiscopus Cantuariensis paulo

paulo ante supplicium adversariorum artibus inductus doctrinam scripto improbaverit, quam eo usque fuerat professus, satis notum est. Illud non meminimus legisse, quod sex formulas eandem ob causam nomine suo signaverit, quarum quinque priores nimis vel breves, vel ambiguae vix sint adversariis. Singulas exprimi curavit Cl. Strypius, prout post ultimum Crameri supplicium autoritate Bonneri editae inveniuntur, una cum oratione, qua confirmare suum a Protestantium doctrina discessum in loco supplicii debuerat, nisi haud expectantibus adversariis lapsus hunc suum accusare & condemnare maluisset. Circa medium seculi XVI sectariorum quorundam inter Anglos mentio fit, qui *Freewillers* vocabantur, eo quod humanis viribus ad instar Pelagianorum nimium in praceptorum divinorum observatione tribuerent. Mirum crimen *Ferrario S. Davidis Episcopo* objectum legitur, quod nempe apud Wallienses suos publice verba faciens dixerit: *eos ante Britannos fuisse, regnumque tenuisse, & si quid verum dixerit Merlinus, eos iterum fore Britannos & universam regionem nomine Magna Britannia venturam.* Ad inaequalem istis temporibus Hispanorum cum Anglis mixturam prolixum & a Nostro insertum scriptum pertinet, quo quidam *Bradfordus* (seu vero seu ficto nomine) ad Reginam & regni proceres consilia Hispanorum de opprimenda Anglia desert, nationis istius infames libidines, ipsiusque Philippi intemperantiam acculans. Denique qui de *Johannis Chiki* tristibus factis, quibus professione doctrinae Protestantium fuit motus, quaedam accuratius nosse cupit, eum *Cl. Strypius* multa docebit, formulam etiam, cui inter vincula subscripsit, exhibens.

p. 232.

p. 247. App. p. 113 sqq.

256.

p. 251. App. p. 127 sqq.

p. 315.

THE MONASTICAL HISTORY OF IRELAND.

i. e.

MONASTICON HIBERNICUM.

Londini, apud Wilh. Mears, 1722, 8 maj.

Alph. 1 plag. 6 Tabb. æn. 9.

Fidem Christianam seculo IV Hibernis illuxisse, communis fert opinio, quo tempore *S. Diarmitus* & *S. Liberius* vitæ integri-

U u 3

integri-

integritate inclaruerunt; attamen haud negandum, prognatos gente Hibernica pietate & doctrina antea jam aliis Europæ partibus innotuisse. Quis Hibernos veram fidem primus docuerit, nondum constat, verum gentem istam fidem semel agnitam constantissime retinuisse, fatentur omnes. Circa Seculi V primordia *S. Albeus, S. Kiaranus, S. Declanus & Iberus*, Monachi vel Presbyteri, proprio instinctu fidem propagarunt. Primus ad Hibernos Episcopus a Pontifice *Celestino* missus *Palladius*, cum ex voto omnia non fluerent, ad Britannos se mox recepit; quem secutus est, ejusdem Pontificis mandato, *S. Patricius, Magnus Hibernorum Apostolus*, & Episcopatum ac Monasteriorum plurimum fundator. Una cum Monachis, fidem christianam docentibus, varix Monachorum familiarum in Hiberniam concesserunt, Cœnobiorum & Abbatiarum conditores, ex quibus haud pauci sanctitate vitæ conspicui memorantur, utpote Seculo IV *Diarmitus & Liberius, Patricius, Albeus, Ybano, Declanus & Kiaranus*, qui primogenitus sanctorum Hiberniæ dicit; Seculo V *Palladius, Augustinus, Benedictus, Sylvester, & Solarius, Mocteus, Brigitta*; Seculo VI *Finianus, Columbanus, Brendanus, Colmanus, Congallus, Carthagius, Sincellus*; Seculo VII *Donanus, Menchinus* alique, quos silentio præterire necessum est, adeo ut ab abundantia Sanctorum Hibernia *Insula Sanctorum* fuerit appellata, quo titulo tunc meliori jure, quam adhuc Paganismi tenebris immerfa, Ogygia (sic enim antiquis dicta fuit) vel *sancta* celebrabatur. Ex ista enim Viri Sancti in universam Europam egressi, sacrorum ædificiorum fundatores, siquidem Hiberni, Angli, Scotique *S. Columbano* ultra 100 Abbatias, & Burgundi Abbatiam *Luxevil*, Itali *Bobiensis*, Lotharingi *Mansuensis* Tulli, Germani *Herbipolitanam*, nunc Episcopatu insignem, Monachis Hibernis debent. Inde Hibernus, vel quivis aliquantum in Hibernia moratus, quod exteris tunc ob famam Hibernicæ sanctitatis & doctrinæ solenne, Sanctus & dignus præ ceteris, qui Abbatiam conderet, existimabatur. Plures quoque sanctitatis opinione ducti, majorum nomina sibi cooptabant, unde Keledeus asserere non dubitat, 62 Clases Sanctorum eodem nomine celebrium ibi reperiri, nimirum 34 *Mochumios*,

MENSIS AUGUSTI A. MDCCXXIV. 343

mior, 37 *Molitanos*, 43 *Lafreanos*, 55 *Mochuanos*, 200 *Colmannos*, quorum omnium fata secundum Genealogiæ & Chronologiæ seriem describere se posse, Hiberni, frustra licet, gloriantur. Præterea Hiberni Abbatis & Monasteria ultra quadringenta, diversis regulis Monasticis disticta, jactant, immo, quod verbo monemus, unicum S. Patritium 150 Episcopos, & 5000 Presbyteros sacris ordinibus initiasse, & 700. Tempia extruxisse tradunt, ut universa Hibernia, quanta quanta est, vel totis Monachis continendis vix utique sufficere nobis videatur. Num vero Monachi Hiberni vetustiores Regulis S. Augustini & Benedicti fuerint adstricti, an, quod veri magis simile, S. Antonii, Pacomii, Basilii, & Carmelitarum instituta ipsis magis arriserint, certo non liquet. *Ufferius* in *Historia Antiqu. Britannicarum Eccles.* ex MS. authentico memorat, antiquissimos Hibernorum Sanctos tres Canonicorum Regularium Ordines instituisse, 1 *Sacratissimum*, autore S. Patritio, 350 Episcopis constantem, qui eadem tonsura & Liturgia usi Paschatos festum die 14 Aprilis una cum Judæis celebrabant, nec alloquium fœminarum respuebant; 2 *Sacratum*, quem plusquam 300 Presbyteri, pauci Episcopi, cooptaverint, Liturgia & ceremoniis in cultu divino & Missa inter se diversi, attamen in tonsura, celebratione Paschatos, & abstinentia a fœminarum colloquiis, concordēs; 3 *Sacrum*, cui ultra 100 Monachi, Presbyteri & Episcopi adscripti, cœnobia in silvis & locis desertis ædificantes, & aqua herbi que se nutrientes, in Liturgia tamen, tonsura & tempore Paschali discordēs; illosque ordines ab A. 433 usque ad annum 664 durasse. Ceterum notari meretur, Hibernis maxime S. Marci Liturgiam isto ævo fuisse usitaram, Græcam tamen & Romanam haud incognitam, denumque a *Gilberto Limmericensi Episcopo* hæc ceteris fuisse prælatam. Tonsura alia fuit a S. Petro, ut creditum est, introducta, qua crines in medio capitis ad similitudinem Coronæ tondebantur, eaque vel ad distinguendos Clericos a Laicis, vel ad formandam figuram Coronæ Salvatoris vel in signum servitutis more Romanorum est inventa; alia vero fuit S. Pauli & S. Joannis Hibernis præsertim, Scotis, Pictisque communis, qua crines

saltem

saltem circa aures abradi curabant, quæ postmodum in desuetudinem abiit. *Tempus Paschatis* quondam ex Judæorum & Græcorum consuetudine celebratum 14 mensis die, nulla ratione habita, utrum in Dominicum, an in alium diem incideret, verum *Tertius* Ordo Romanorum mores imitabatur, ut die solis tantum Festivalia Paschatis obirent, donec, Synodo congregata Seculo VI in Abbatia S. Laferii, Romani mores ritibus antiquis cedere cogentur. Præcipui Monachorum ordines sive potius Regule, ut innumeras taceamus, fuerunt *S. S. Colombi, Albai, Declani, Congalli, Carthagii, Molæ, Moctai, Finiani, Patricii, Colombani, Kiarani, Brendani, & S. Brigittæ*, quæ singulæ vestitu, tonsura, dixta & vita solitaria erant distinctæ. Postea plerique Monachi Regulas S. Augustini, pauciores S. Benedicti circa Seculum VII suas sibi fecerunt. Henrico VIII regnante, paria cum Anglis fata Monachi Hiberni sunt experti, & haud exiguus Monasteriorum numerus est suppressus; ab illo tamen tempore *Franciscani, Capuccini, Carmelitæ discalceatæ, Augustiniani & Patres Societatis Jesu*, alique recentioris ætatis pedem figere in Hibernia cœperunt. Interea quæ de vetustis Hibernorum Ordinibus in *Monastico Anglicano, Warei Monastereologia, vel Hanmeri Chronico Hiberniæ* deprehenduntur, minimam partem exhauriunt; MStæ gentis infelicissimæ plurima aut sunt deperdita, aut inventu difficillima; reliqua in voluminibus editis nimia brevitate obscura. Inde *Anonymus* noster, Vir perindustrius, in gratiam eorum, qui patriæ Antiquitates illustrare conantur, id sibi sumit, ut *Alemandi Historiam Hiberniæ Monasticam*, Gallico idiomate A. 1690 Lutetiæ Parisiorum forma, quam 12 vocant, vulgatam, nunc rarissimam, quam debitis laudibus extollit, Anglica versione donaret, & fide optimorum Scriptorum, ac documentorum, a mendis quam plurimis repurgatam, atque additionibus necessariis auctam, quasi novum opus, jure certe optimo adoptatum, publico jam sisteret. Ut vero elegantius prodiret opus, *Vestitum* Ordinum Monasticorum, qui præ reliquis in Hibernia floruerunt, æri incidi curavit, & *Chartam Geographicam Hiberniæ* accuratissimam, viis Regiis & distantissis locorum ubique indicatis, præmisit. In ipso opere ita versatus est,

est, ut omnium Abbatiarum, Prioratum, & Cœnobiorum tam monachorum, quam monialium, tempus & titulum fundationis, nomina & qualitates Fundatorum, Provincias, Comitatus atque Urbes, in quibus erant sita, ordines Regulares, quibus fuerant adscripta, una cum circumstantiis notatu dignioribus de illorum fundatione & destructione, summo studio demonstraret, iisdemque Historicas & Criticas Observationes subjungat. Plura ex ipso Opere lecto dignissimo cupidi harum Antiquitatum intelligent.

MYOTOMIA REFORMATA: OR AN ANATOMICAL Treatise on the Muscles of the human Body.

id est,


TRACTATUS ANATOMICUS DE MUSCULIS Corporis humani; Autore *GUILIELMO COWPER*, Chirurgo & Societatis Regiæ Socio. *Præfixa est Introductio de motu Musculorum.*

Lond. ap. Ro. Knaplock, Guil & J. Innys & rel. 1724, f. max. ch. reg. Alph. 3 Tabb. maj. 68 præter multas passim insertas.

A Deo large & effuse in editionem hujus libri omnia collata sunt, quæ ad augendam ejus pretium & splendorem pertinent, ut difficile sit statuere, utrum deterrere voluerint Angli Anatomicarum rerum studiosos, an allicere ad thesaurum istum, exornandis divitum bibliothecis quam publico usui multo magis accommodatum. Typi certe nitidissimi, charta augustissima & pulcherrima, æneæque figuræ, sive ad res ipsas iis illustratas, sive ad ornatum libri respexeris, cum abundantissimæ tum etiam elegantissimæ: nec quicquam aliud deesse videtur, nisi quod Autor, in his rebus apprime sine dubio versatus, ultimam manum operi suo adhibere non potuerit. Is enim jam ante annos XIII morte abreptus, cum tabulæ quidem ab ipso essent absolutæ, sed textus nondum in ordinem redactus,

curam edendi & perficiendi operis reliquit Viro doctissimo, *Richardo Mead*; quem eo etiam adhuc superstes adduxerat, ut de motu musculari aliquid introductionis loco commentaretur, sua ipsius, quæ hac de re extabat, dissertatione perfectius. Et socios quidem laboris nactus est *Richardus Mead* viros clarissimos, *Josephum Tanner*, *D. Pembertonium*, & *D. Jurin*; qui postremus chartas *Cowperi*, & annotationes ad priorem editionem manu exaratas, in ordinem digessit, non solum sententia, sed & verbis Autoris, quantum fieri potuit, servatis. Post brevem *Richardi Mead* præfationem ipsius *Cowperi* sequitur præcæmium, eo quidem, quod priori editioni (a nobis in Actis his Supplement. Tom. II Sect. XI pag. 506 recensitæ) præfixum est, aliquantum auctius, neque tamen prorsus absolutum. Et postquam methodum, qua Clarissimus *Cowperus* in explicandis musculis usus fuit, loc. cit. satis copiose descripsimus, ulterius eidem in hære non attinet. Quoniam autem Introductio illa *Richardi Mead* de motu musculari, quam modo laudavimus, non exigua totius libri pars est, nostrum omnino esse arbitramur, ut de ea paullo uberius diligentiusque verba faciamus. Ac principio quidem de vera falsaque methodo inquirendarum in physicis veritatibus autor disserit, crassioresque illas antiquorum qualitates occultas vix magis progressum in his rebus impedisse censet, quam subtiliores earundem qualitatum species, a recentioribus hypotheseum nomine introductas. Unicuique ait remedium esse, ut omnes istas hypotheses omnesque incomprehensibiles loquendi formulas penitus abiciamus, ac de operationibus fictarum incertarumque rerum haud solliciti, experimentis, & postea iustis ratiociniis ad Mathematicorum principia accommodatis, unice in hæreamus: illud enim pacto & genuinas repetiri causas, & causarum vires ad calculos vocari rite posse. His præmissis, quæ in extrema dissertatione fuse repetit atque inculcat, de musculorum natura & constitutione generationem quædam assertit, ostenditque, eos non aliter quam contractione munus suum exequi valere. Deinde ad præcipuas duas quæstiones circa actionem musculorum expediendas se accingit. Præmo enim in ipsam causam contractionis fibrarum muscula-

muscularium inquirendum, ac postea etiam de eo dispiciendum judicat, quomodo illa contractio tantos tamque varios efficere motus possit. Ceterum, inverfo ordine, posteriorem quæstionem, quippe expeditu magis promptam, priori, priorem vero posteriori loco pertractat. Cuique pars muscularum super unum, alii super duos, nonnulli etiam super plures articulos extendantur, de singulis generibus separatim differit, vires eorum ac directiones, juxta leges mechanicas, ad exemplum Borelli examinans. Hunc ipsum tamen meritissimum scriptorem, qui omnium princeps de arduis illis rebus doctissime commentatus est, quavis occasione carpere ac contemtim satis perconsere non omittit. Cujus rei hoc exemplum est: docet Borellus, de Motu Animalium Part. I c. X, si altera extremitas funis non ponderosi clavo alligetur, & altera a pondere vel quavis potentia trahatur, vim, qua funis distensionem resistit, duplam esse potentie trahentis, perinde scilicet, ac si altera illa extremitas non clavo esse alligata, sed ab æquali pondere vel potentia ad partes oppositas trahatur. Atque hoc lemma ad vim muscularum applicans, altero tanto majorem esse illam vim contendit, quam eadem paullo ante ab ipso fuerat ex principiis mechanicis computata; sexcentarum verbi causa librarum, quæ prius trecentarum erat reperta, & ita porro. Sed quid ad hæc Richardus noster? Iusum verborum judicat. Nam quo jure a Borello, inquit, asseritur, funem ab uno pondere non minus trahi ac distendi quam a duobus oppositis, proptereaque resistantiam funis, utroque casu, duobus ponderibus æqualem esse, eodem jure vicissim licet asserere, funem a duobus ponderibus non magis trahi quam ab uno, atque ideo resistantiam funis neutro casu majorem esse quam pondus singulare. At isto modo etiam in hoc pronuncia-





to lusum verborum erit, majorem esse vim librarum 600, quam 300; quod nobis certe non videtur. Rem clarius eloquemur. Trahatur funis ABCD circa trochleas B, C, a duobus ponderibus

X x 2

ribus


ribus æqualibus, *A, D*, quorum utrumque sit 300 librarum: tum funis discindi in *E* concipiatur, applicata mox potentia externa, quæ duas funis partes etiamnum continens utrumque pondus suffineat: hæc quantacunque invenitur, tantam quoque esse vim fatendum est, qua ipse funis tractioni ponderum ante dissectionem resistit. Jam remoto pondere *D* & clavo substituto, quo funis non dissectus circa *C* affigatur, cum funem ab unico pondere *A* non minus quam antea a duobus *A* & *D*, (vel mavis, a duobus non plus quam ab uno) distendi certum sit, quaeritur, an vis, qua funis, utroque casu, resistit, æstimanda sit librarum 300, an 600? ac denique an tota hæc quaestio pro lusu verborum haberi debeat? Atqui par est ratio alterius illius lemmatis Borelliani, de virga rigida, superne a pondere vel alia quavis potentia compressa, & inferne a soli duritie suffulta, cujus vis, qua compressioni resistit, iterum esse duplex comprimentis potentia docetur. Sed his longius insistendum non est. Postquam de musculis, unos pluresve articulos flectentibus, cum ratiocinando tum exempla afferendo, satis multa Autor disputavit, pauca quædam de alio musculorum genere, ad nullas partes solidas movendas facto, hoc est, de sphincteribus addit, quorum actionem virtutemque demonstrat, atque ita partem Introductionis priorem finit. Posterior inquirendæ genuinæ causæ motus muscularis, uti jam supra indicavimus, destinata est: quæ causa ut inveniatur, structura fibrarum carnearum potissimum pervestigari debet. Quod si recentissimos autores consulas, hæc fibræ ex meris conflatae sunt vesiculis, quarum inflatione ac distensione musculi contractio efficitur. Hanc hypothesin nullo quidem argumento directo probatam esse, sed tantum propterea receptam, Clarissimus Richardus Mead contendit, quod difficillimum videatur, aliam concipere rationem, explicandis effectibus idoneam. Principio igitur verisimilitudinem structuræ vesicularis expendere, ac deinceps præcipuas afferre conjecturas instituit, quo pacto istæ vesiculæ inflari soleant. Ut de verisimilitudine structuræ vesicularis recte judicari possit, de fibrarum totorumque musculorum necessaria intumescencia, quanta illa vi hypothesos esse debeat, atque an cum observationibus concordet, imprimis

primis disquirendum arbitratur. Observat autem, quod vesiculae, prout major minorve musculis contractio sit adscribenda, diversimode formatæ concipi queant. Si tribuenda fibræ est contractio, quanta fieri potest maxima, tum vesiculas perfectas esse convenit, tenuissima duntaxat parte inter se connexas; quo pacto contrahi fibræ in spatium minus quam dimidium licebit. Sin minor sufficit contractio, tum quidem non aliter formatam esse fibræ opus est, quam instar cavi alicujus cylindri *ABCD*, ope transversorum ligamentorum in partes sive



cellulas *ABFE*, *EFGH*, *GHDC*, distincti, ita ut post factam inflationem ejusmodi figura oriatur, qualis est *IKLMNOPQ*. Sed definiendum accuratius, quod genus figuræ ac curvaminis latera harum vesicularum expansa induant. Celeberrimus Jo. Bernoullius figuram iis omnino circularem tribuit: (vid. Act. 1694 p. 202) cujus calculos propterea non satis justos Noster arbitratur, quod consideraverit has cellulas Vir summus ut


figuras planas, non vero ut solida per revolutionem figurarum planarum circa axem generata. Qua de re ut melius constare possit, præmissis V propositionibus ad isoperimetros spectantibus, tandem sexta propositione hoc problema sibi solvendum fuit: *Ad datam axem AB, per duo data puncta C, D, curvam describere, cujus ea sit proprietas, ut demissis ex C & D ad axem perpendicularis, CA, DB, spatium ACDB, inter axem, curvam, & duo ista perpendicularia comprehensum, majus generet solidum, facta circa axem revolutione, quam si alia quavis curva, ejusdem longitudinis, & per eadem data puncta C & D transiens, fuisset designata.* Solutio in compendium redacta est hujusmodi: assumpta pro lubitu recta *EF*, sit curva *GH* talis, ut ducta quavis ordinata *IKL*, rectangulum ex *KL* in dimidiam circumferentiam circuli, radio *EF* descripti, sit æquale circulo ab ipsa *KI*, in revolutione spatii *ACDB* circa axem *AB*, generato. Eritque solidum



ista revolutione productum æquale solido, cujus basis sit spatium $AGHB$, & altitudo æqualis dimidiæ circumferentiæ circuli radio EF descripti. Et quoniam prius istud solidum majus est, quam si alia quævis curva, ejusdem longitudinis & per eadem data puncta transiens, in locum curvæ DC substituatur, hinc etiam solidum posterius, atque adeo ipsum spatium $AGHB$, majus erit, quam quodvis aliud, pari methodo ab alia curva CD derivatum. Porro quoniam circulus ab IK descriptus æqualis est non solum rectangulo ex dimidia circumferentiâ hujus circuli in ipsum semidiametrum IK , sed & rectangulo ex dimidia circumferentiâ circuli, radio EF designati, in rectam KL , ideo erit KL ad KI ut dimidia circumferentiâ circuli, radio KL descripti, ad dimidiam circumferentiâ circuli, radio EF designati, hoc est, ut ipsa KI ad EF ; proptereaque quadratum KI erit æquale rectangulo ex KL in EF . Assumatur in recta FE quodlibet punctum M , factaque $EN = KL$, & super diametrum EF descripto circulo, cujus centrum sit in O , erigatur normalis NP , &

ducatur

ducatur EP ; tum, propter $IKq = KL.EF$, & $EPq = FE.EN$, & $EN = KL$, erit $EP = KI$. In curva CD ex puncto Q agatur QR parallela ipsi AB , & in circulo EPF ducantur $ES = KR$, $EV = AC$, & $EW = BD$, demittanturque perpendiculara VX , WY , & jungatur VPT . Tum assumpta recta $\alpha\beta =$ arcui VFW , erectisque perpendicularis $\alpha\gamma$, $\beta\delta$, ita ut $\alpha\gamma$ sit media proportionalis inter MA & EF , & $\beta\delta$ media proportionalis inter MY & EF abscindatur $\beta\epsilon =$ arcui WFP , & erigatur normalis $\epsilon\zeta =$ medix proportionali inter MN & EF , describaturque curva $\gamma\zeta\delta$, transiens per omnia puncta ζ . Denique abscindatur $\epsilon\eta = PS$, & erigatur normalis $\eta\theta$; factoque $\alpha\gamma: ZF = EF: \alpha\kappa$, & $\beta\delta: ZF = EF: \beta\lambda$, itemque $\epsilon\zeta: ZF = EF: \epsilon\mu$, describatur curva $\kappa\mu\lambda$, transiens per omnia puncta μ . Quibus ita præparatis, demonstrari potest, esse rectangulum ex EF in summam ipsarum DI & $BK =$ spatium $\beta\delta\zeta\epsilon$, & rectangulum ex $\epsilon\eta$ in $\epsilon\mu$, live spatium $\eta\mu =$ rectangulo ex EF in IQ ; adeoque spatium $\beta\epsilon\mu\lambda =$ rectangulo ex EF in DI . Atque hoc modo, data qualibet ordinata IK , cum determinare abscissam respondentem BK , portionemque curvæ DI , tum ipsam curvam describere in promptu est, siquidem spatia $\alpha\gamma\delta\beta$, $\alpha\kappa\lambda\beta$, dimetiri non difficulter possunt methodi Newtonianæ periti. Addita sunt ab Autore huic propositioni IV corollaria, in quibus, ut & in propositione septima, de tangentibus curvæ quæsitæ nonnulla demonstrantur. Propositio octava hæc est: *Inter omnes curvas juxta prop. VI de-*



scriptas, & ad axem usque continuatas, ea, cujus tangentes, in ipsis punctis concursus A & C ad axem sunt normales, majus generabit solidum, facta revolutione, quam alia quævis curva, ejusdem longitudinis & circa eandem axem descripta. Denique propositio IX ita se habet: Si in curva exposita ABC, a qui-

busvis duobus punctis D & E, perpendiculara ad axem, DF, EG, demittantur, spatium, inter hæc perpendiculara & interjectam curvæ

curvæ portionem DE comprehensum, majus solidum generabit, quam quodvis aliud spatium, inter duo equalia perpendicularia & curvam aliam ejusdem longitudinis interceptum. Jam ope harum propositionum primo quidem investigat Autor, quantum cavitas fibrarum in hypothese vesiculari amplificari debeat, ut necessaria sequi contractio possit. Deinde illud sibi considerandum proponit, quantum inflari atque intumescere totus musculus debeat, propter amplificatas isto modo fibrarum cavitates. Atque hic, inquit, primus gradus est ad examen presentis hypotheseos: nam si musculus, opus suum faciens, non tantum inflari reperitur, quantum ista computatio postulat, utique abiurda & falsa videri possit hypothesis. Et quid multa? non inflatur; aut nulla certe notabilis inflatio, diligentissima inspectione, animadverti potuit, nedum tanta, quanta ad hypothesein vesicularem necessaria videtur. Adhuc tamen non rejicienda hypothesis est. Provocat enim Borellus, de motu Animalium, Part. II, prop. XIV, ad insignem musculi in actione constituti duritiem ac tensionem, quam esse argumentum evidens inflationis existimat, quamvis hæc inflatio propterea non cadat sub oculorum sensum, quod post laxitatem, quando tensæ sunt fibræ, magis illæ uniantur atque invicem restringantur, crassiores redditæ ob corrugationem. Atque hoc non modo cum ratione sed etiam cum experientia apprime convenire idem docet Borellus: nam in musculo cordis, licet externa ejus superficies, dum pulsat, non amplificetur, tamen totam substantiam carnosam magnopere inflari & augeri, cum ex eo constat, quod amplissimæ cavitates, quæ prius sanguine, nunc sola substantia carnosa, expulso sanguine, replentur, tum etiam ex illa observatione, quod immisso digito intra vulnus, in apice cordis incisum, vivente adhuc animali, qualibet cordis pulsatione digitus, tanquam a prelo, violentam constrictionem patitur. Haudquaquam tamen istiusmodi demonstrationes doctissimo Anglo nostro satisfaciunt: nam ex flacciditate musculi non necessario sequi putat, ut fibræ minus crassæ & unitæ sint, sed sufficere ad istum effectum, ut vi cuiusvis facile cedant fibræ laxæ & quietæ, tensæ autem & agentes fortius resistant; ceterum in cordis systole externam superficiem

em non modo non amplificatam, sed nec imminutam, sine iusto fundamento sumi arbitratur. Quo loco optandum quidem foret, ut vel propria vel aliorum Anatomicorum diligenti experientia ostendisset, externam cordis superficiem in systole revera tantum imminui, quantum repletæ & constrictæ cavitates interiores exigunt; itemque ut luculenter demonstrasset, qua via & ratione corpus musculi, quod ex partibus solidis, cavis, & flexibilibus fere totum constat, sine accessu novæ materiæ, aut proprii voluminis notabili contractione, aut inclusi laticis expansione, aut nescio qua forte congelatione, durius fieri & minus laxum posset. Interim hoc ipse ultro fatetur, musculum, cum propter alias quasdam causas, tum imprimis propter interspersa vascula sanguinea & nervea, itemque propter copiosam pinguedinem, aliasque particulas expansionis & contractionis expertes, multo minus inflari debere, quam fibrarum amplificatæ cavitates requirere videantur. Immo cum experientia constet, quo opere musculi in corporibus emaciatis, solius pinguedinis defectu, attenuentur, hypothesein hactenus expositam, quantumvis dubiam, ulteriori tamen inquisitione non oppido indignam censet. Quamquam cur musculi, saltem in corporibus huius generis vehementer emaciatis, non notabiliter intumescant, opus suum facientes, si verum est, quod in musculis pinguioribus id accidat non propter interceptas ante inflationem inanes cavitates, sed propter abundantiam pinguium particularum, vix prætextus aliquis videtur inveniri posse. Sed dispiciamus nunc de ulteriori Autoris inquisitione, cuius hæc quidem præcipua sunt momenta: Quicquid a Borello ad demonstrandam vesicularum in fibris existentiam afferatur, obscuritate & tædio plenum, illo tandem unico axiomatico niti, quod natura simplicissime & via brevissima agat, quodque ipse simpliciores aliquam hypothesein, in præsentis negotio, quam vesicularem, excogitare nequeat: indignam hanc esse methodum philosopho, cum & incredibile sit, Deum in formandis rebus ad imbecillitatem captus nostri respexisse, & sæpissime fieri queat, ut, quod nobis simplicissimum & cum primis obvium jure videatur, cum reliqua naturæ œconomia parum concordet. Quocirca

ab iis multo prudentius factum, qui in ipso musculo aliquid detegere conati sint, quod fibrarum structuræ vesiculari faveret: atque his potissimum oblata esse tenuiora illa & transversa filamenta, cum ad discriminandas tum etiam ad connectendas fibras carneas comparata: sed reapse nihil in his filamentis præsidii esse, cum non solum Cowpero sed & accuratissimo Morgagnio, diligenti facta inquisitione anatomica, non ita ambire fibras observata fuerint, ut Bernoullius quidem vellet, sed tantum ut tenuia quædam vascula ab aliis fibris ad alias progredientia. Nec magis ad rem facere membranulas illas, quas oculatissimus Leeuwenhœkcius per musculos pererrare, & ramulos suos, quam longus & crassus est musculus, per omnes subtilissimas fibrarum divisiones diffundere observavit, ita quidem, ut non modo singulas fibrillas, quæ majores fibras componunt, amplectantur, sed eas quasi tunica quadam circumvestiant, corrugationes efficiennes, spiræ vel cochleæ circumvolutionibus perfimiles. Itaque cum fibrarum vesiculas detegere immediata experientia nullo modo valeamus, ad imbecille illud Borelli argumentum fere redeundum esse; ad quod tamen paullo magis confirmandum duæ dentur viæ: aut, ut in ipso corpore aliquid deprehendamus, ad inflandas vesiculas, si quæ sunt, accommodatum; aut ut saltim ejusmodi aliquid concipere queamus, quod cum reliqua œconomia animali nullo modo pugnare constet. Nihil vero aliud reperiri aut omnino concipi posse, ad hanc rem idoneum, quam succos in ipsis fibris, & in nervis ad fibras pertinentibus, comprehensos. Et Croonium quidem ac Borellum non ulterius progressos esse, quam ut fermentationem in musculis fieri contenderent, a commixtione spirituum animalium e nervis exstillantium cum latice fibrarum; Bernoullium vero & Jac. Keilium, ad istud singulare fermentationis genus luculentius explicandum, duplicem excogitasse hypothesein: ab utroque assumi, globulos sanguineos nihil aliud quam tenues quasdam bullulas esse, vel aerem includentes, vel aliam quandam materiam elasticam, magis quam externum aerem compressam: hanc materiam ab ipsa bullularum tenacitate impediri, quo minus se expandere in amplius spatium possit: quo impedimento sublato,

lato, & expansionem oriri & inflationem fibrarum bullulas istas complectentium necesse esse. Et Bernoullium quidem spiritibus animalibus subtilissimorum spiculorum formam, atque adeo pungentem quandam vim tribuere, qua perforare & diffringere latera globulorum sanguineorum, atque insito aeri condensato exitum præbere valeant: ex Keilii vero sententia istos spiritus & globulorum latera sese invicem attrahere dicendum esse: Utramque hypothesein vel propterea parum satisfacere, quod vero sit finillimum, globulos sanguineos haudquaquam bullulas, materia elastica repletas, sed ejusmodi potius corpuscula esse, quæ per motum & calorem in statu fluido conservata, cum sero non facile commisceantur. Licere etiam aliam hypothesein comminisci, ad mentem magni Newtoni magis accedentem: dici enim posse, succum nerveum, seu spiritus animales, nihil esse aliud, quam partem subtilis illius, rari, atque elastici spiritus, per universum diffusi, *cujus vi & actionibus* (sunt ipsa verba Newtoni in extremo tertio de principiis Philos. Nat. mathem.) *particula corporum ad minimas distantias se mutuo attrahunt, & contigua facta coherent, & corpora electrica agunt ad distantias majores, tam repellendo quam attrahendo corpuscula vicina, & lux emittitur, reflectitur, refringitur, inflectitur, & corpora calefiunt, & sensatio omnis excitatur, & membra animalium ad voluntatem moventur, vibrationibus scilicet hujus spiritus, per solida nervorum capillamenta, ab externis sensuum organis ad cerebrum, & a cerebro in musculos propagatis.* Ceterum se non eum esse qui errorum & hypotheseium falsarum numerum, novo aliquo & proprio figmento augere velit: satis jam superque apparere, nos nec distincte concipere posse, qua via & ratione vesiculæ fibrarum inflentur, nec ullum in promptu habere directum argumentum, ad existentiam hujusmodi vesicularum approbandam: ex quo illud omnino consequatur, ut tota hæc hypotheseis nihilo præferenda sit ceteris illis conjecturis, quibus Cartesius atque ejus discipuli in contemplanda natura rerum luserint vanissime. Habes, benevole Lector, præcipuas Viri doctissimi, Richardi Mead, sententias. In quibus si quæ sunt, quæ desiderari possint, imprimis quod hypothesein, quam ipse inter fictas, vanas, noxias, & vero philoso-

pho penitus indignas numerat, tot foliis, tanto studio & ornatu, tantoque ex intima mathesi de prompto apparatu persequutus fuerit, ea prudentioribus dijudicanda relinquimus.

*JOH. BERNOULLI METHODUS COM-
moda & naturalis reducendi Quadraturas transcen-
dentes cujusvis gradus ad Longitudines
Curvarum algebraicarum.*

I. **I**N constructionibus problematum transcendentium res est magni momenti, æquationum differentialium indeterminatas separare, ut earum effectiones obtineri possint per quadraturas Curvarum algebraicarum: sed majoris momenti est, quadraturas illas reducere ad longitudes curvarum algebraicarum, & ita quidem, ut partes arearum quadrandarum sint simpliciter proportionales arcibus harum curvarum: id quod in hunc usque diem nemo præstitit.

II. Placuit quod hac de materia scripsit Cel. Hermannus, in Actis Erud. M. April. anni superioris, ubi modum exhibuit construendi curvam algebraicam, quæ cum linea recta una vel pluribus conficiat summam vel differentiam $= \int p dx$, hoc est, æqualem areæ Curvæ, cujus abscissa existente x , applicata ponitur $= p$, da:æ quomodocunq; per x & constantes, seu, ut more meo loquar, cujus applicata p denotat functionem algebraicam quamcunque datam ipsius x . Adeo ut per $\int p dx$ intelligi tantum possit quantitas transcendens primi & infimi gradus.

III. Etiam si modus iste se non extendat ad transcendentem superiorum graduum, habet tamen, sicut jam dixi, non exiguam utilitatem in constructionibus problematum simpliciter transcendentium, post peractam indeterminatarum separationem. Optandum esset, ut via, qua ea in re utitur, sit facilior & ad usum accommodatior: recurrere enim ad evolutarum naturam, atque auxilium petere ab inclinatione linearum ad se invicem, mihi videtur via indirecta ac parum naturalis, per quam in operosum abducimur calculum, ut fieri solet, si mere analytica eum Geometricis præter necessitatem commiscemus. Damnat

certe

certe Newtonus, tanquam insigne peccatum contra bonam methodum, consuetudinem illam Geometrarum unum cum altero confundentium, vid. *Algeb. Elem.* p. 282 & 315.

IV. Putat quidem Cl. Hermannus, hanc viam, quam iniiit, unicam dari, quæ pateat ad solutionem hujus problematis, vocatque eam *facilem, planam & evidentem*; sed inter legendum statim suspicatus, aliam posse applicari viam ab ea diversam, quæ ad scopum directe deducatur, ansam arripui rem istam quasi ab ovo perferutandi, quam antea nunquam tentaveram. Successus expectationem superavit, siquidem genuina methodus a me detecta sese porrigit ad quadraturas transcendentis non tantum simplices sed omnium ulteriorum graduum, quemadmodum patebit ex sequentibus. Incipiam a transcendentibus simplicibus seu primi gradus.

V. Sit p functio algebraica qualiscunque ipsius x , oporteatque invenire curvam algebraicam, a cujus longitudinis dimensione pendeat $spdx$. In hunc finem quæro coordinatas algebraicas, convenienti modo ex p & x derivandas, ut curvam reddant cujus elementi expressio includat pdx : verum haud difficulter video ad optatum perveniri non posse, si coordinatæ illæ designentur per novas functiones assumptas ipsius x , terminis finitis expressas; quæcunque enim assumerentur, forent differentiantæ, ut haberi possent eorum elementa; sint illa tdx & udx : adeoque elementum curvæ $= dx\mathcal{V}(tt+uu)$, quod comparandum esset cum pdx plus vel minus aliqua quantitate integrabili rdx ; unde resultaret $dx\mathcal{V}(tt+uu) = pdx + rdx$, hoc est, $\mathcal{V}(tt+uu) = p+r$, seu $r = \mathcal{V}(tt+uu) - p$; res itaque huc rediret, ut cognosceretur, quid pro t & u assumendum esset, ut salva integrabilitate ipsarum tdx & udx , etiam rdx oriretur integrabilis. Sed nemo non videt, hoc æque difficile esse quam id ipsum quod quæritur.

VI. Recurro itaque ad terminos infinitesimales, ex quibus ope divisionis pro lubitu componi possunt quantitates finitæ & algebraicæ: sic positis ex. gr. n & z quantitatibus algebraicis variabilibus quibuscumque, earumque differentiales ndz & zdz , dedi primus in Actis Lipsi. 1694 pag. 438, modum exprimendi $spdz$ per seriem terminorum infinitesimalium, qui ta-

men singuli constituunt quantitatem finitam & algebraicam; ostendi namque, assumta dz pro constante, fore $\int ndz = nz - \frac{zzdn}{1.2dz} + \frac{z^2ddn}{1.2.3dz^2} - \frac{z^3dddn}{1.2.3.4dz^3} + \&c.$ Quam eandem seriem postea Taylorus, interjecto plusquam viginti annorum intervallo, in librum, quem edidit A. 1715 de methodo incrementorum, transferre dignatus est, sub alio tantum characterum habitu, vid. ejus lib. p. 38.

VII Dehinc in mentem mihi venit, formare coordinatas curvæ quæsitæ ex hujusmodi infinitesimalibus, valores tamen finitos & algebraicos denotantibus; ad imitationem ejus, quod jam olim in materia haud abfimili feliciter executus, cum eruerem Theorema illud universale rectificationi linearum curvarum inserviens, vid. Act. Lips. 1698 p. 463. Quo in negotio id unicum curandum esse videbam, ut coordinatarum commoda assumptio institueretur, per quam resultans curvæ elementum comparatum cum proposito pdx determinaret assumptas infinitesimales. Processus ipse rem clarius explicabit.

VIII Assumo aliquam variabilem z , per calculum determinandam, ejusque elementum dz : ex his atque ex x & dx conficio coordinatas, commodo, ut dictum est, modo; fit igitur abscissa $= \frac{adx}{dz}$, & applicata $= \frac{zdx}{dz} - x$, quam ita pono, ut ejus differentiale unico exprimaturo termino, abbreviandi calculi gratia, quamvis alias id absolute necessarium non sit; differentientur itaque coordinatæ, supponendo alterutrum, ex. gr. dz , constans, & habebitur elementum abscissæ $= \frac{addx}{dz}$, elementum applicatæ $= \frac{zddx}{dz}$. Hinc curvæ elementum (suppositis coordinatis ad se invicem perpendicularibus) erit $= \frac{ddx}{dz}$ $\sqrt{(aa+zz)}$, adeoque ipsa curva $= \int \frac{ddx}{dz} \sqrt{(aa+zz)}$. Instituta integratione eum in modum, quem observavi in condenda mea

mea serie ex Actis 1694 allegata, habetur curvæ longitudo, quam voco L, seu $\int \frac{ddx}{dz} \sqrt{aa+zz} = \frac{dx}{dz} \sqrt{aa+zz} =$

$\int \frac{zdx}{\sqrt{aa+zz}}$ plus vel minus ea quantitate constante, quæ, evanescente alterutra vel utraque coördinarum, deest vel superest, ad quam vero brevitatis gratia non attendam. Restat nunc,

ut determinetur valor ipsius z ; quod fit ponendo $\int \frac{zdx}{\sqrt{aa+zz}}$

$= \int p dx$, seu $\frac{z}{\sqrt{aa+zz}} = p$; unde $z = \frac{ap}{\sqrt{1-pp}}$, adeoque

$dz = adp : (1-pp)^{3/2}$. His valoribus surrogatis in quantitibus affuntis coördinarum, prodibit $\frac{adx}{dz}$ seu abscissa =

$\frac{dx}{dp} (1-pp)^{3/2}$; & $\frac{zdx}{dz} = x$, seu applicata = $\frac{dx}{dp} (p-p^3) - x$,

ipsa vero curvæ longitudo $L = \frac{dx-ppdx}{dp} - \int p dx$; vel quia p

est functio algebraica ipsius x , differentietur illa, ut habeatur $dp = q dx$, erit q nova functio algebraice data ipsius x ; quocirca scribendo $q dx$ pro dp , emergent coördinatæ in meris terminis algebraicis, nempe abscissa = $\frac{(1-pp)^{3/2}}{q}$; & applicata = $\frac{p-p^3}{q}$

$- x$; sed curvæ longitudo $L = \frac{1-pp}{q} - \int p dx$; unde $\int p dx =$

$\frac{1-pp}{q} - L$. Sunt autem p & q quantitates algebraicæ per x datæ,

atque L est curva algebraica; ergo reducta est quadratura transcendens areæ $\int p dx$ ad dependentiam rectificationis alicujus curvæ algebraicæ. Q. E. F.

IX Hic modus viam sternit ad infinitos alios, qui totidem diversas præbent curvas algebraicas L , quæsito respondentes, pro infinita diversitate modorum, quibus $\int p dx$ exprimi potest, quod ita fit: per differentiationem ipsius p supposui prodire $dp = q dx$, differen-

differentietur nunc pariter q , & prodeat $dq = rdx$, postea r , ut habeatur $dr = tdx$, atque ita porro in infinitum, his ita factis erit.

$$\int p dx = px - \int x dp = px - \int q x dx$$

$$\int q x dx = \frac{qxx}{1.2} - \int \frac{xxdq}{1.2} = \frac{qxx}{1.2} - \int \frac{rxxdx}{1.2}$$

$$\int \frac{rxxdx}{1.2} = \frac{rx^3}{1.2.3} - \int \frac{x^3dr}{1.2.3} = \frac{rx^3}{1.2.3} - \int \frac{tx^3dx}{1.2.3}$$

$$\int \frac{tx^3dx}{1.2.3} = \frac{tx^4}{1.2.3.4} - \int \frac{x^4dt}{1.2.3.4} = \frac{tx^4}{1.2.3.4} - \int \frac{ux^4dx}{1.2.3.4}$$

Hinc per successivam substitutionem eruo valorem ipsius $\int p dx$ infinitis modis, ut sequitur.

$$1 \dots \int p dx = px - \int q x dx$$

$$2 \dots \int p dx = px - \frac{qxx}{1.2} + \int \frac{rxxdx}{1.2}$$

$$3 \dots \int p dx = px - \frac{qxx}{1.2} + \frac{rx^3}{1.2.3} - \int \frac{tx^3dx}{1.2.3}$$

$$4 \dots \int p dx = px - \frac{qxx}{1.2} + \frac{rx^3}{1.2.3} - \frac{tx^4}{1.2.3.4} + \int \frac{ux^4dx}{1.2.3.4}$$

Quæ si ita in infinitum continuata intelligamus, manifestum est, valorem ordine infinitesimorum ipsius $\int p dx$ prodire per seriem terminorum mere algebraicorum, $\int p dx = px - \frac{qxx}{1.2} +$

$\frac{rx^3}{1.2.3} - \frac{tx^4}{1.2.3.4} + \frac{ux^5}{1.2.3.4.5} - \&c.$ quæ ipsissima est series jam aliquoties ex Actis citata.

X Quod si ergo nunc aliam lubet invenire curvam algebraicam a priore diversam, cujus longitudo L habeat dependentiam communem cum area proposita $\int p dx$; seligamus aliquam ex formulis præcedentibus ex. gr. primam $\int p dx = px - \int q x dx$ tanquam simpliciore (quamcunque autem seligeremus, in aliam semper curvam L incidere) & resumamus ex Art. VIII longitudinem curvæ $L = \frac{dx}{dz} \sqrt{(aa + zz)}$

$-f \frac{z dx}{\sqrt{(aa+zz)}}$ ex suppositione coordinatarum $\frac{a dx}{dz}$ & $\frac{z dx}{dz} - x$ emergentem, ubi ad determinandum valorem ipsius

z poni jam debet $f \frac{z dx}{\sqrt{(aa+zz)}} = f q x dx$ sive $\frac{z}{\sqrt{(aa+zz)}} = qx$;

unde $z = \frac{aqx}{\sqrt{(1-qqxx)}}$, ac proinde $dz = \frac{aq dx + ax dq}{(1-qqxx)^{3/2}}$

(propter $dq = r dx$) $\frac{aq dx + ar x dx}{(1-qqxx)^{3/2}}$; reliqua observando, ut

in præfato Art. VIII reperiemus abscissam seu $\frac{a dx}{dz} =$

$\frac{(1-qqxx)^{3/2}}{q+rx}$, applicatam seu $\frac{z dx}{dz} - x = \frac{-rxx - q^3 x^3}{q+rx}$, atque

ipsam longitudinem curvæ L seu $\frac{dx}{dz} \sqrt{(aa+zz)} - f \frac{z dx}{\sqrt{(aa+zz)}}$

$= \frac{1-qqxx}{q+rx} - f q x dx = \frac{1-qqxx}{q+rx} + px + sp dx$: ex quo se-

quitur $sp dx = L + px \frac{1+qqxx}{q+rx}$. Quandoquidem igitur p ,

q & r sunt algebraicæ quantitates datæ per x , ipsa vero L est curva algebraica, liquet, quadraturam transcendentem areæ $sp dx$ iterum perductam esse ad dimensionem curvæ cujusdam algebraicæ. Q. E. F.

XI Sic tot diversas quot volumus formabimus curvas L intento convenientes, adhibendo semper aliam atque aliam ex formulis valoris ipsius $sp dx$; sed cum pro singulis singulari operatione opus sit, docebo jam modum una operatione innumeras curvas L determinandi: Esto π functio algebraica ipsius x pro lubitu formata, quæ differentietur, ut prodeat ejus elementum $d\pi$ quod vocetur θdx ; differentietur quoque θ , ut habeatur $d\theta$ quod sit ϕdx . His ita præparatis, ponatur abscissa $= \frac{a d\pi}{dz}$ & applicata $= \frac{z d\pi}{dz} - \pi$; sit,

ut ante, dz constans, erit elementum abscissæ = $\frac{add\pi}{dz}$, elementum applicatæ = $\frac{zdd\pi}{dz}$; adeoque elementum ipsius curvæ $L = \frac{dd\pi}{dz} \sqrt{aa+zz}$, cujus integrale = $\frac{d\pi}{dz} \sqrt{aa+zz} - \int \frac{z d\pi}{\sqrt{aa+zz}} =$ (suffecto valore ipsius $d\pi$ qui est θdx) $\frac{\theta dx}{dz} \sqrt{aa+zz} - \int \frac{z\theta dx}{\sqrt{aa+zz}}$. Fiat nunc $\int \frac{z\theta dx}{\sqrt{aa+zz}} = \int p dx$, hoc est, $\frac{z\theta}{\sqrt{aa+zz}} = p$, obtinebitur $z = \frac{ap}{\sqrt{\theta\theta - pp}}$ & $dz = \frac{a\theta\theta dp - ap\theta d\theta}{(\theta\theta - pp)^{3/2}}$ = (scribendo pro dp & $d\theta$ eorum valores) $\frac{aq\theta\theta dx - ap\theta\phi dx}{(\theta\theta - pp)^{3/2}}$. Hinc emergunt coordinatæ, videlicet abscissa seu $\frac{ad\pi}{dz} = \frac{(\theta\theta - pp)^{3/2}}{q\theta - \phi}$, & applicata seu $\frac{z d\pi}{dz} - \pi = \frac{p\theta\theta - p^3}{q\theta - \phi} - \pi$: ipsa autem curvæ longitudo L seu $\frac{d\pi}{dz} \sqrt{aa+zz} - \int \frac{z d\pi}{\sqrt{aa+zz}} = \frac{\theta^3 - p^3}{q\theta - \phi} - \int p dx$; id quod reddit $\int p dx = \frac{\theta^3 - pp\theta}{q\theta - \phi} - L$. Ergo & hoc pacto reducta est

quadratura transcendens arcæ $\int p dx$ ad extensionem curvæ algebraicæ, quæ infinities variabilis erit, magis minusve composita, prout functio arbitraria π , & ab hac dependentes θ & ϕ , quæ coordinatas ingrediuntur, majorem minoremve patiuntur compositionem. Q. E. D.

XII. Porro in immensum augeri potest hæc infinitarum solutionum methodus, ope formularum Art. IX expositarum, quarum quælibet subministrat peculiarem modum exhibendi una operatione infinitas curvas optatum præstantes, qua in re insistentium est vestigiis processus quem Art. X & XI monstravi: ut si ex. gr. formulam primam $\int p dx = px - \int qx dx$ adhibe-

adhibere libeat, faciendum erit $\int \frac{z\theta dx}{r(aa+zz)} = \int qxdx$, adeo-

que $\frac{z\theta}{r(aa+zz)} = qx$, unde $z = \frac{aqx}{r(\theta\theta - qqxx)}$ & $dz =$

$\frac{aq\theta\theta dx + a\theta\theta x dq - aqx\theta d\theta}{(\theta\theta - qqxx)^{3/2}} =$ (positis pro dq & $d\theta$ eorum va-

loribus) $\frac{aq\theta\theta dx + a\theta\theta rxdx - aq\theta\phi x dx}{(\theta\theta - qqxx)^{3/2}}$; ex his eliciuntur coor-

dinatae, & quidem abscissa seu $\frac{ad\pi}{dz} = \frac{(\theta\theta - qqxx)^{3/2}}{q\theta + r\theta x - q\phi x}$, & ap-

plicata seu $\frac{zdp}{dz} - \pi = \frac{q\theta\theta x - q^3 x^3}{q\theta + r\theta x - q\phi x} - \pi$; verum ipsa cur-

væ longitudo L five $\frac{d\pi}{dz} r(aa+zz) - \int \frac{z d\pi}{r(aa+zz)} =$

$\frac{\theta^3 - qq\theta xx}{q\theta + r\theta x - q\phi x} - px + \int p dx$; unde fluit $\int p dx = L + px$

$\frac{-\theta^3 + qq\theta xx}{q\theta + r\theta x - q\phi x}$. In his omnibus cum $p, q, r, \pi, \theta, \phi$ sint

quantitates algebraicæ, palam est, quadraturam transcendentem $\int p dx$ etiam hoc modo reduci ad rectificationem curvæ algebraicæ, infinitis casibus mutabilis pro diversitate arbitrarie functionis π . Haud aliter proceditur, si aliam quamcunque ex formulis Art. IX in usum vocare placuerit; atque ita habebimus infinitarum solutionum classes infinitas.

XIII. Tanta vero solutionum fecunditas non nisi infinitam constituit partem multitudinis earum, quæ de novo scaturiunt ex combinatione formularum Art. IX traditarum, combinando enim per additionem vel per subtractionem vel quocunque alio modo duas pluresve formulas earumve multiplica, manifestum est semper novam aliquam oriri formulam inter simplices illas non contentam, quæ per consequens in usum adhibita, ut hic docuimus, suppeditabit novam infinitarum solutionum classem: sic ex. gr. si formula prima $\int p dx = px - \int qxdx$ dematur a duplo formulæ secundæ $2\int p dx = 2px - qxx + \int rxx dx$ remanebit $\int p dx = px - qxx + \frac{1}{2} \int (rxx + qx) dx$ pro

pro nova formula in usum adhibenda ad modum Art. præced.

Nunc quippe poni oportet $\int \frac{z^{\theta} dx}{\sqrt{(aa+zz)}} = \int (rxx + qx) dx$,

adeoque $\frac{z^{\theta}}{\sqrt{(aa+zz)}} = rxx + qx$, unde habetur z & dz ,

ex quibus postea determinantur coordinatæ in terminis algebraicis ipsaque curvæ longitudo L ; unde resultabit $\int p dx = L$ plus aliqua functione algebraica ipsius x ex pluribus aliis functionibus tum datis tum ad arbitrium assumtis & ab iis dependentibus composita.

XIV. Cum vero modus combinandi formulas, ut & assumptio functionis π , sint res meri arbitrii; fortassis non erit difficile, alterutrum vel utrumque ita inter se accommodare & attemperare, ut functio illa ex aliis composita & ipsi L adjungenda in nihilum abeat, quod certe est operis pure analytici; e quo id utilitatis lucraremur, ut prodiret $\int p dx = L$, hoc est, ut inveniri posset Curva algebraica, cujus arcus sine linearum rectorum admixtione proportionales essent partibus areæ transcendentis $\int p dx$. Verum non vacat nunc hæc omnia ulterius proficere, sufficit me portam aperuisse, qua iter panditur ad sublimiora & ad ea præsertim, quæ in Geometricis hucusque credita sunt abstrusissima. Interim quod attinet ad formam quam adhibui coordina-

tarum $\frac{adx}{dz}$ & $\frac{zdx}{dz} - x$, tanquam fontem infinitesimorum solutionum inde propullulantium, sciendum est, etiam ipsam hanc formam mutari posse in alias licet non tam simplices, quæ tamen singulæ novam solutionum segetem non minus copiosam largiuntur; quod, nisi in his nimium me fore vererem, uno alterove exemplo comprobare possem.

XV. Progredior ad areas transcendentis superiorum graduum; ut vero pateat, quales hic intelligam, eas sequentem in modum definio; sit series Curvarum A, B, C, D, E , &c. communem abscissam x habentium, quarum una ex altera ita generatur, ut area curvæ A sit proportionalis applicatæ curvæ B , & area curvæ B proportionalis applicatæ curvæ C , dein area hujus C proportionetur applicatæ curvæ D , atque ita porro sequendum

cundam ordinem curvarum, quarum proin quælibet construitur per quadraturam ejus quæ immediate præcedit. Sit nunc prima *A* algebraica, habens pro applicata *p* functionem quamlibet abscissæ *x*, ita tamen ut areæ elementum *pdx* non sit integrabile; vocabo quadraturam primæ curvæ *A* *transcendentem primi gradus*: quadraturam secundæ *B* *transcendentem secundi gradus*; illam tertiæ *C*, quartæ *D*, quintæ *E*, &c. *transcendentem gradus tertii, quarti, quinti, &c.*

XVI. Probl. *Queritur modus investigandi Curvas algebraicas, per quarum rectificationem qualibet ex arcibus istis transcendentibus gradus cujuslibet construi possit.* Hujus problematis non parum ardui, ut prima fronte videtur, commodam solutionem daturus, duo sequentia notanda propono: 1 Ex arearum nostrarum generi habetur.

$$\text{Area prima } A = \int p dx$$

$$\text{Area secunda } B = \int dx \int p dx$$

$$\text{Area tertia } C = \int dx \int dx \int p dx$$

$$\text{Area quarta } D = \int dx \int dx \int dx \int p dx; \text{ atque sic deinceps in infinitum.}$$

2 Singulæ reduci possunt ad quadraturas transcendentem simplices seu primi gradus per modum integrandi hic mihi usitati ac jam olim in Actis 1694; inveno namque ut sequitur

$$1 \dots \int p dx = \int p dx$$

$$2 \dots \int dx \int p dx = x \int p dx - \int p x dx$$

$$3 \dots \int dx \int dx \int p dx = \frac{xx \int p dx - 2x \int p x dx + \int p x x dx}{1.2}$$

$$4 \dots \int dx \int dx \int dx \int p dx = \frac{x^3 \int p dx - 3xx \int p x dx + 3x \int p x x dx - \int p x^3 dx}{1.2.3}$$

Unde perspicitur, hanc regulam generaliter observari in reductione quadraturæ transcendentis gradus indefiniti cujus exponentis = $n + 1$, hac sc. lege, ut elevetur $x - 1$ ad potestatem n , cujus termini prodeuntes ducantur respective in $\int p dx$, $\int p x dx$, $\int p x x dx$, $\int p x^3 dx$, &c. totumque postea dividatur per factum numerorum omnium in n contentorum; sic quippe erit

$$\int dx \int dx \int dx \dots \int p dx = \left(x^n \int p dx - \frac{n}{1} x^{n-1} \int p x dx + \frac{n \cdot n - 1}{1.2} \int p x^2 dx - \dots \right) x^{n-2}$$

$$x^{n-2} \int p x x dx - \frac{n \cdot n - 1 \cdot n - 2}{1 \cdot 2 \cdot 3} + x^{n-3} \int p x^2 dx \dots \dots \int p x^n dx$$


: 1. 2. 3. 4. n.

XVII Jam nihil superest aliud, quam ut per methodum Art. XI aliamve ex præcedentibus areæ singulæ $\int p dx$, $\int p x dx$, $\int p x x dx$, &c. reducantur ad extensionem totidem curvarum algebraicarum cum sibi annexis quantitibus algebraicis; quibus substitutis in prædicta progressione resultabit quadratura transcendens quantivis gradus $n+1$ areæ $\int dx \int dx \int dx \dots \int p dx$ reducta ad rectificationem tot curvarum algebraicarum, quot sunt unitates in numero $n+1$. Quod erat ultimo faciendum.

CELEBRE CATENARIÆ PROBLEMA

Geometris denuo propositum, iis præsertim qui ex Soc. Reg. sunt, quæ Parisiis florent & Londini; Parisiis ad Collectores Actorum Erud. transmissum.

Sit ADB funis vel catenula non infinite quidem at mediocriter flexilis, scilicet non fictitia at realis, quam Clavi in $A B$ retineant, ut pondere innato versus tetram D figuram induat curvam ADB , quæ non per meras hypothesas at per facta sic videtur indaganda. Vestrum Viri Clarissimi esto iudicium.



Catenulæ illius puncta extrema $A B$ ita invicem ad se accedant vel recedant, ut tangentes in illis punctis sint inter se parallelæ, adeoque ad horizontem normales. Porro possibilem esse hunc casum facile demonstratur, nec haud dubie vos latet. Atqui in illo casu mera hæc videtur esse ovalis, & figura satis indicat. Atqui ille casus ceteros omnes includit, nam retineatur v. g. funis vel catenula in quibuslibet punctis EG resectis partibus $AE BG$, num hinc priorem figuram putatis immutandam partis residuæ EDG ? Valere. *LBC. Vea. drs. &c.*

JUSTI

MENSIS AUGUSTI A. MDCCXXIV. 367
JUSTI HENNINGII BOEHMERI, JC. PO-
tentiff. Regi Boruff. a Consil. intimis & Prof. Jur. Ordin.
in Regia Frideric. Jus Ecclesiasticum Protestantium,
Usum hodiernum Juris Canonici juxtâ seriem
Decretalium ostendens.

Volumen II.

Halæ, impensis Orphanotropei, 1717, 4. ed. secunda 1723, 4.
Alph. 6 pl. 9.

Volumen III.

Ibidem, 1723, 4. Alph. 8.

EJUSDEM JUS PAROCHIALE, AD FUN-
damenta genuina revocatum, cum Supplemento
novo. Editio tertia.

Halæ, impensis Orphanotropei, 1721, 4.
Alph. 3 pl. 9.

COmplevit Ill. Autor spes nostras votaue, quæ in Actis his
A. 1715 pag. III, pro continuando hoc pulcherrimo ope-
re concepimus, parique eruditione, pari industria, pari etiam
concinnitate & selectu doctrinarum alteram tertiamque Par-
tem Juris Ecclesiastici, illam jam abhinc septennium, hanc su-
periori anno, iterata simul illius editione, utramque elabora-
tissimam emisit. Est autem altera parte non integrum librum
III Decretalium complexus, prout quidem destinaverat, sed
ubertate argumentorum inductus, in Tit. *de Parochiis*, com-
mode satis deliis. Præmisit ei Dissertationem præliminarem, *de*
Jure circa libertatem conscientie, quam huic parti optime con-
venire judicavit. Post accuratam de libertate in genere & de
conscientia disputationem, asserit, eam conscientie singulorum
concedendam esse libertatem, ut nemo cogatur agere contra
præcepta & principia, quæ pro veris & ad salutem suam necessa-
riis habet. Huic oppositum dominatum in conscientias, quo
homines, pœnis malisque gravioribus propositis, ad aliter sen-
tiendum,

- tiendum, credendum agendumque, quam pro ratione & principiis religionis, cui quisque addictus sit, ostendit repugnare rectæ rationi, quippe imperium in intellectum, unde conscientia dependet, omnino respicienti, imo vero omnem religionem tolli, si mutabili Principis voluntati subjiciatur. Verum, sunt certi
- p. 17. fines, quos recta ratio suadet, quosque Scriptura S. præscribit, intra quos continenda est tanta libertas, nec ad actiones, quæ constitutis civitatibus imperio Principis subjectæ sunt, extendenda, siquidem ad cogitationes & religionem restringi debet, imprimis inter Christianos, verbo revelato instructos, ad cujus legem & testimonia, omnibus in aprico posita, pro agnita veritate credendum & agendum est. Hujus doctrinæ advocati recensentur, quos inter *Gerard. Noodt, Balus, Basnagius, Werenfelsius* eminent, impugnatores vero confutantur, omniaque exemplis illustribus & Scripturæ S. testimoniis confirmantur. Nunc in
21. specialius hujus libertatis examen descensurus, maxime secundum leges Imperii fundamentales, quibus ea tanquam e longævo exilio revocata & in pristina jura restituta est, fata ejus ex historia Reformationis nervose exponit, quibus usque ad Pacem Westphalicam deductis, naturam libertatis conscientiæ post hanc pacem describit, atque excussa ardua illa quæstione: *an libertas conscientia omnis, etiam minus plena, in Instrum. Pac. hæreticis sit denegata?* (ubi ipsi maxime cum *Saurinore* est,) officium Principis verum & genuinum circa dissonantes religiones definit, ac subditos etiam libertate conscientiæ per J. P. gaudere, docet. Singularia hujus doctrinæ momenta si ad idem
26. J. P. expendas, constabit, jurium communium commercio dissentientes non esse excludendos, neminem invitum ad religionem pertrahendum, mutationem religionis cuilibet libere esse permittendam, distinctione tamen inter Principem territorii & subditos, itemque inter Principes Seculares & Ecclesiasticos servata. Illis enim majori libertate relicta, hi Reservato Ecclesiastico adstringuntur, quod in quantum cum libertate conscientiæ pugnet, vel conveniat, excutitur. Cumque ista inter Catholicos & Protestantes obtineant, deinde, quid inter Lutheranos & Reformatos Principes, itemque eorum subditos, si mutaverint religio-

ligionem, iustum sit, dispicitur. Accedit solidum & circumspicuum de actionibus civilibus iudicium, quatenus vel ex intima religionis natura fluunt, ac proinde imperari nequeunt, vel non fluunt, nec sub prætextu conscientiae omitti possunt, quemadmodum & omisio talium recte imperatur.

P. 47.

Sed iustrabimus ipsam libri III Decretalium enucleationem, cuiusque de methodo Boehmeriana in Actis nostris l. c. subjectis speciminibus luculentissimis, satis jam dictum sit, nobis licebit hic esse brevioribus. Duo omnino hujus libri momenta esse, observavit Ill. Autor, primum quidem continere *jura Ecclesiarum Cathedralium, Capitulorum & Parochiarum*, alterum potissimum spectare ad *jura Liturgica*. Versatur itaque hoc tomo præcipue circa *Jura Capitulorum*, quibus tanto magis illustratione opus esse deprehendit, quanto studiosius Jus Canon. eorum secreta & arcana obvelat magis, quam recludit, quoque leviolem curam in iis describendis plerique adhiberunt. Et vero, singulari plane industria, ipsis Capitulorum statutis, antiquis diplomatibus, consuetudinum Ecclesiasticarum congestis monumentis, & inde deductis probabilibus conjecturis, nec minus actis judicialibus, passim ad collegium Jctor. Halensium transmissis, usus est, eaque ratione omnem Capitulorum & Canon. eorum historiam ab origine deduxit, præsentem eorum statum, mores juraque plenius collegit & hodiernam praxin solide demonstravit, præcipue in Tit. *de Vita & honestate Clericorum*, quo etiam in Decretalibus primario de Clericis Ecclesiarum Cathedralium & Collegiatarum agitur, quamvis in rubrica generaliter fiat mentio Clericorum; porro in Tit. *de Clericis non residentibus in Eccles. vel Præb. it. de Præbendis & Dignitatibus*, ut & Tit. *de his, que sunt a Præbato, sine consensu Capituli*, & tit. subsequenti. Nec minori cura evoluit titulos, qui *jura & beneficia Clericorum, bonorum Ecclesiasticorum qualitatem, administrationem & alienationem, contractus, quatenus circa bona Ecclesiastica iniri queant, successionem Clericorum testamentariam & ab intestato*, demum *sepulturam* concernunt, prout quidem, rectioris methodi legibus profus neglectis, eos com-

pilator disposuit. Sed ubi jura Parochiarum persequenda erant, id quod jam indicavimus, in ipso tit. *de Parochiis & alienis Parochianis*, subsistens, eum vix binis verbis tangit, cum specialem tractatum *de Jure Parochiali* adornaverit, qui instar commentarii hujus tituli inservire queat. Prodiit is primum anno hujus seculi primo, deinde anno sexto decimo duobus capitibus auctior & emendatior. Tertiam ejus editionem superiore anno ea forma excusam dedit, ut commode huic tomo II juris Eccles. velut accessorium quoddam, adjungi possit. In hac non pauca mutata deprehendas, si cum prioribus editionibus contuleris, in quibusdam Autorem mentem suam magis declarasse, in nonnullis etiam priorem sententiam, curis secundis solidius examinatum, correxisse. Auxit eam præterea *Supplementis*, quæ & sigillatim venduntur, in quibus præjudicia varia jus Parochiale illustrantia collegit.

p. 63.

Quæ alii sparsim & particulatim de statu, juribus ac privilegiis Parochialibus tradiderunt, justo ordine in isto tractatu per VIII Sectiones proponuntur, ita, ut duabus prioribus fundamenta genuina, deinde natura & origo juris Parochialis indagentur. Monendum est hoc loco, in origine Parochiarum investiganda Nostrum longe ab omnium eorum opinionibus recessisse, qui vel in genere Juris Paroch. capita illustrarunt, vel ex instituto de origine Parochiarum commentati sunt. Nam Parochiarum quidem originem a templorum Christianorum origine arcessit, templa vero ex Idololatria gentilium ortum traxisse, docet. Neque tamen exin parum magnifice de templis sentire censendus est, cum plurima, quibus nunc salus totius humani generis sustinetur, ut Civitas, proprietas, non melioribus profecta sint initiis, nec tamen ea contemnat, qui origines demonstrat. Longe diversa sunt, unde quid promanaverit, docere, & rem profus rejicere. Præterea multa contra abusum templorum ibi afferuntur, quæ ad legitimum eorum usum trahenda non sunt. In *Seçt. III de Parochis, Parochianis & Parochiis* ita agit, ut præmissis Jur. Can. placitis, varias Ecclesiast. ordinationum Constitutiones cum iisdem sedulo conferat. *Seçt.*

IV Jus

IV Jus Parochiale circa administrationem sacrorum ita evoluit, ut Hierarchiæ Romanæ principia, quæ sæpius in jure parochiali supposita animadvertit, caute declinet, tum quoque rigorem hujus juris, quatenus is ab exercitio Parochorum proficisci potest, ex regulis bonæ interpretationis & principiis religionis Christianæ temperare contendat. Sect. V Bonorum Parochialium originem & constitutionem, jura & privilegia deducit. Sect. VI eorundem bonorum Administratores, horum originem & constitutionem, officium, potestatem & rationes ab ipsis reddendas, sistit. Sect. VII Commoda & onera Parochialia lustrat, Sect. VIII de Ecclesia Parochiali vacante, generali consideratione, tum quoque speciatim de cura circa talem Ecclesiam gerenda, disserit.

Hæc de præstantissimo Tractatu interferenda erant, nunc ad tertium Juris Ecclesiastici Protest. Tomum progredimur. Et huic præfixam dissertationem videmus: *de Jure Liturgiarum Ecclesiastico*; quæ fere eadem est illa, quæ inauguralis loco A. 1717 Ill. Bœhmery Præsidi in Academia Frideric. publice proposita est. Nec enim multa hoc loco mutavit, varia tamen ex dissertatione: *de Jure Precum publicarum*, quæ A. 1705 prodit, repetita inseruit, unde & transfumta sunt, quæ post §. 78 pag. 70 accessere. Equidem ambæ hæc dissertationes in omnium manibus versantur, ac proinde suffecerit dixisse, præliminarem hujus Tomi Commentationem primum *varia Liturgiarum fata*, a primis Christianorum temporibus usque ad nostram ætatem descripta, deinde vero *Jus Liturgicum scriptum & non scriptum* recensere atque illustrare. Laudanda est imprimis accuratior doctrina, de potestate Principis leges, proprie sic dictas, super rebus liturgicis ferendi, quæ a *Reinkingianis & Carpovianis* objectionibus vindicatur, & Principi ratione Superioritatis territorialis competere, asseritur, explosa duplicis respectus, Principis & Episcopi, observatione, remota quoque disquisitione intempestiva, utrum hæc jura ad jura ordinis, an ad legem Jurisdictionis spectent? Nec silentio prætermitti debent monita quædam, per modum consilii proposita, secundum quæ

p. 61.

68.

F. 82.


res liturgicas in nostris Ecclesiis emendari & in melius efformari posse, existimavit. In V capita digessit illa *pia desideria*, quæ tamen veremur, ut se multis satis probent. Nobis sequentia ex his annotare visum: in baptismo omittendum esse exorcismum, & emendam Agendam Ecclesiast. si prælectionem ejus retinere velimus: porro, sexus habendam esse rationem, ita, ut infanti masculo non nisi mares, fœmellæ fœminæ præcise in patris cooptentur. Confirmationis quædam solemnitas ut inflauretur, peroptat, eamque describit. Circa privatam peccatorum confessionem desiderat, ut ea utendi, vel in publica acquiescendi, arbitrium cuique relinquatur. Circa cultum divinum publicum in genere monet, ut Musici concentus ex templis eliminentur, collectis precationum formulis & publice in unaquaque Ecclesia propositis, preces una voce & spiritu in concione fundendæ promoveantur: denique circa ordinationem ministrorum sacrorum urget, ut in ipsa Ecclesia, ad quam quisque vocatus, solemniter peragatur.

- Ipso Tomo III exorsus a Tit. *de Decimis, Primitiis, & c'lationibus*, libri III Decretalium enucleationem absolvit, ad quatuor capita institutam. Primum occuparunt *jura Monastica*, quæ ex intimis antiquitatis tenebris evolura, tanto uberius explicantur, quanto minorem operam Ecclesiæ Rom. DD. ad hoc argumentum attulerunt. Itaque Tit. *de Regularibus & transeuntibus ad relig.* originem, progressum & statum Monachorum tradit, unde potiora eorum jura promanant. Tit. *de Statu Monachorum & Canonicorum regular.* Jus publicum Monasticum sistit, quod in singulari regimine & structura universæ Reip. Monasticæ consistit, ac tam ample patet, ut alterum Papatum efficere videatur, seque ad Jura Imperii Rom. German. publica extendat, ac non leves accessiones ad ea constituat. Occasione Tit. *de religiosis domibus, ut Episc. sint subj.* Monasteriorum & reliquarum domuum religiosarum jura investigat, per Instr. P. limitata, correctâ, atque ad Germaniæ peculiarem usum composita, quatenus Protestantes inter Catholicosque concursus quidam circa ea deprehenditur. Tit. *de Jure Patronatus,*


p. 462.

natus, alterum libri momentum, *jura Patronatus* aggreditur, eaque exactius repræsentare studet, quam id communiter fieri solet, & ex principiis in Dissert. peculiari de *Jure Patronatus* A. 1720 propositis, speciales necit eruitque observationes. Tit. de *Censibus, Exactionibus & Procurationibus*, elegantissimam orditur commentationem de Visitationibus Ecclesiasticis, & quæ ad illas spectant, procurationibus, ob visitationem solvendis, censibus Ecclesiæ impositis, ac reliquis juribus commodisve Episcopalibus. Tit. de *Consecrat. Eccles. vel Altaris*, quartum hujus libri caput, *Jura Liturgica*, explanare instituit, cumque jam in præmissa dissert. de his juribus in genere dixerit, specialia themata eo felicius nunc tradit, juxta seriem titulorum: unde de Templorum & Altarium, tanquam liturgis inservientium, consecratione, ædificatione & refectione agit. Dispellendis vero præjudiciis & destruendis superstitionibus, quas inter Protestantes non omnino extirpatas vidit, maxime circa sanctitatem templorum, consecrationem & dominium eorum, omnem argumentorum vim admovit, docuitque, quantum detrimenti res nostræ Ecclesiasticæ ex his Papatus reliquiis capiant. Ipsam liturgiam non solum in Eucharistiæ celebratione, sed etiam in solemnibus Baptismi & confirmationis constituit, juraque ejus, exterminatis erroribus, quos in his doctrinis occurrentes Theologi nostri uberrime notarunt, doctrinæ repurgatæ accommodare allaboravit.

Tandem ad librum IV Decretal. quo *Matrimonialia* proponuntur, admota manu, tantum *Sponsalium* Jura Tomo præfenti exhibuit, quæ supersunt, hujus doctrinæ partibus ad ultimum Volumen reservatis, in quod & *criminalia* referentur, eoque usus Juris Canon. juxta seriem Decretalium in foris Evangelicorum, absolvetur. Maxime quidem efformando vero ac genuino de Sponsalibus conceptui operam impendit exactiorem, atque in hac doctrina integritati suæ restituenda, novam subinde ingressus est viam, ita tamen, ut neminem ad eandem sequendam obstringere præsumat. Ceterum quemvis patiamur ea moderatione prudentiaque, qua Vir Ill. utitur, suam



MICROCOPY RESOLUTION TEST CHART
 NATIONAL BUREAU OF STANDARDS-1963-A



1:24

ACTA ERUDITORUM
LEIPZIG 1724

DER MICROFICHE-REPRODUKTION LIEGT
DAS ORIGINAL DER STADTBIBLIOTHEK
BRAUNSCHWEIG ZUGRUNDE

SIGNATUR: M 612 w 4⁰

sententiam noviterque reperta proferre, si, quod ipse quidem agit, nihil ex talibus, quantumvis probabilibus maxime, principiis deductum, contra praxin & observantiam Ecclesiarum Protestantium cuiquam obrudat: hanc vero uti per omnes has Commentationes accuratissima ratione expressam videmus, ita non est, quod nonnulli doleant, Juris Ecclesiastici Protestantium inscriptionem respicientes, atque alium & ad naturam Ecclesię Evangelicę ubique directum ordinem peroptent, malintque, de Juris Canonici tam operosa illustratione esse aliquid omissum. Quin potius hanc peculiarem ac propriam Ill. Böhnero gloriam agnoscimus, quod, cum aliis Scriptoribus saltem in alterutro inclarescere contigerit, ipse utrumque Jus, Canonicum & Ecclesiasticum Protestantium, ita illustraverit, ut, in utrum majora ejus extent merita, dubium fere videatur.

NOVA LITTERARIA.

Parisiis nunc paratur novum Dictionarium *Dictionaire universel de la France ancienne & moderne & de la nouvelle France*, tribus in fol. Voluminibus edendum. Complectetur illud non tantum Geographiam & Historiam Gallię & aliarum, quę illi jure belli accessere, ditionum universam, verum & quę ad statum Ecclesiasticum, Militarem, Civilem seu Tribunalium & Parliamentorum, denique & ærarii & commerciorum pertinent. Pretium vero statutum est in charta mediocri 60 in grandiori 150 libr. Gall. uno e tribus librariis Paris. *Saugrain Sen. Jos. Saugrain & Petr. Prault* solvendę, qui se librum sub finem anni sequentis prelo absoluturos sperant. Cum constet, *Ludolphum Kusterum* Abbatibus *Sallier & Seuin*, quos diuturno necessitudinis usu sibi probe perspectos testamenti sui curatores voluit, adversaria sua omnia legavisse, ferunt, hoc doctum par amicorum sedulam impendere operam iis, quę *Kusterus* imperfecta reliquit: *Hesychii* tamen opus, tandiu ab Italis & Cisalpinis expectatum, primum sibi absolvendum delegerunt, de quo ea est opinio omnium voce confirmata, ut brevi prelo

MENSIS AUGUSTI A. MDCCXXIV. 375

prelo Amstelodami a Wetsteniis mandandum sit. Præter Supplementum Antiquitatum Romanarum *Montfauconii*, & Divi *Chrysoſtomi* Opera, per eundem recensita, quæ nisi mense Decembri non prodibunt, prelum nunc exercet *Dionysii Samaritani* Galliæ Christianæ Tomus III. *Petitdidier*, nomen in Republica literaria notum, librum gallice vulgavit *de infallibilitate Papæ*; tritum argumentum, nec loco nec tempori satis opportunum. Quidam ex Custodibus Bibliothecæ Regiæ *de Woolbouſe* publice ab eruditis postulavit, ut operum suorum duo exempla cum recensione eorundem ad se mittant, promisitque, se curaturum, ut alterum exemplum Bibliothecæ Regiæ rite inferatur, & recensio sive Diario Parisiensi, sive Trevolentiensi, sive Verodunensi, sive denique politico diario, quod *Mercure galant* inscribitur, inferatur.

Londini subscriptionis lege imprimitur *Bibliotheca Cleri Londinensis in Collegio Sionensi Catalogus*, duplici forma concinnatus; pars prior exhibet libros juxta ordinem *Scriniarum distributos* & ad proprias classes redactos, altera omnium *Autorum nomina* & rerum præcipuarum capita ordine *Alphabeticò* complectitur; Autore *Guilielmo Reading*, *Bibliothecario*. fol. Postquam maxima hujus Bibliothecæ pars fatali incendio A. 1666 consumpta fuit, ita tamen paulatim quatuor illustrium Bibliothecarum librorumque aliorum non exigua accessione instaurata fuit, ut, cum unica maxime Londini existat, quæ publice pateat, omnibus eruditis gratissimum futurum hunc Catalogum, minime dubitandum sit. Pari lege Anglica lingua prodibit *Historia Magnæ Britannia*, inde a primis ejus habitatoribus usque ad mortem *Cadwaladeri* ultimi Britonum Regis, omniumque *Scotiæ Regum* usque ad *Eugenium V*, una cum *Historia Regum, Ducum ac Comitum Britannia Minoris* ad ejus cum *Gallia* conjunctionem: quibus accedent varia poemata veteris *Poetæ Britonum Taliessini*, *Seculo VI* viventis, & defensio vetustatis gentis *Scotiæ*, aliæque antiquitates, Autore *Johanne Lewis*, ante annos centum descripta, nunc demum edita, variisque Supplementis e *Lhuydio, Hicessio, Wottono, Pezronio* aliisque instructa

structa. Inprimis & subscriptione absoluta, *Guidi Panciroli*, Jureconfulti præstantissimi, *Opera posthuma*, viz. Historia Regiensis, ex Autoris *αὐτογραφῶς*; Orationes sive formulæ, quas in Academiis Patavina & Taurinensi habuit, in Candidatis ad Doctoris gradum in utroque jure promovendis; Epistola de Titulis sive dignitatibus Italiae. Omnia ex instructissima Bibliotheca Thomæ Coke Armig. edet *Dominicus Ferrarius* L. L. D. præfixis Autoris vita, ejusque Operum Catalogo, Francisci Viduæ oratione in obitum Autoris; adjectis notis, inscriptionibus, Tabula Geographica Regii, iconibusque, quibus Historia tam Civilis quam Literaria illustratur. Conflabit opus duobus Voluminibus, pro quibus totidem Guineenses in charta mediocri, in grandiori vero quatuor prænumerandi sunt. Postquam *Th. Hearne* nuper *Hemingi* Chartularium Ecclesie Wigorniensis e Codice MS. edidit, duobus Voll. in 8, nunc in eo est, ut *Roberti Glocestriensis Chronicon* totidem Voll. in 8 edat, cui unius, & in charta majori duorum Guineensium pretium statuit. *Needhamus* mox *Columellam* de re Rustica, & *Bentlejus* Lucanum cum notis admodum prolixis prelo subjicient; *Davisi* vero editio Tusculanarum *Quæstionum Ciceronis* cum copiosis accessionibus, ex Codice Bibliothecæ Regiæ Parisiensis depromtis, jam prelum exercet.

Inter rarissimos utique libros hætenus numerata est *Antonii Sanderi*, Presbyteri, *Chorographia Sacra Brabantie* duobus in fol. Voluminibus divisa, quæ, cum exempla ejus prope omnia, (vix enim octo servata ajunt) cum tabulis æneis, injecto Bruxellis igne, conflagraverint, 300 vel 400 florenis hætenus æstimata est. Laudandum ergo Bibliopolæ Hagiensis *Christiani van Lom* institutum, qui librum recudere & non tantum 21 tabulis, sed & tractatu *Descriptio cœnobii Augustinianorum Antverpiæ* augere hac lege constituit, ut ante ultimum Septembris subscribentes, pro charta mediocri statim 10, pro grandiori 15, totidemque Volumen I, rursusque totidem Volumen II recipientes numerent. Quo opere absolutato, ejusdem *Sanderi Flandriam illustratam*, librum pariter rarum, aliaque ejus opera historica idem Bibliopola se editurum

pollicetur.

✠) o) ✠

ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsia
Calendis Septembris Anno MDCCXXIV.

RERUM ITALICARUM SCRIPTORES AB
Anno Æræ Christianæ D ad MD. LUDOVICUS
ANTONIUS MURATORIUS, *Sereniff. Ducis*
Mutinæ Bibliothecæ Præfectus, collegit, ordinavit
et Præfationibus auxit.

Tomus III et IV.

Mediolani, ex typogr. Societatis Palat. in Regia Curia, 1723, f.
T.I Alph.8 pl.14 T'abb.æn.5. T.II Alph.7 pl.4 Tabb.æn.8.

HAud impari industriæ suæ successu utilissimum institutum prosequuntur Mediolanenses Palatini Socii, qui jam tertium quoque & quartum Scriptorum rerum Italicarum Tomos una in lucem emittunt, superiori anno, ut vel titulus monstrat, jam absolutos, & in eo felices, quod incendio, quo Regiæ Curia Mediol. pars XVII Kal. Januar. ejusdem anni conflagravit, incredibili labore & fere per miraculum erepti sunt; quo tandem factum, ut, cum omnia confusa perturbatione illa & inverfa fuerint, plagulis ordine suo reponendis non parum temporis perderetur. Præmisit utrique Tomo nomine Sociorum dedicationem, tantis Viris & autore suo dignam, *Philippus Argelatur*, tertio, *Vitas Pontificum* complexo, ad *Antonium Folcbium de Cardona*, Archiep. Valentinum, & quarto, qui res imprimis Mediolanenses continet, ad *Sereniff. Principem Eugenium a Sabaudia*, quorum merita justis elogiis extollit. Primus in Tomo III exstat *Anastasius Bibliothecarius* de vitis Pontificum a B. Petro ad Nicolaum I, cum *Gulielmi Bi-*
Bbb *bliothec-*

bibliothecariis vitis Hadriani II & Stephani VI. Ne vero actum egisse videantur Editores, postquam Bibliothecarios hos vix quinquennio abhinc nobis dedit luculentissime Franc. Blanchini, docent, nec commode tamen omitti in collectione tam ampla potuisse, & novam Anastasio lucem e quatuor Codicibus MS. quos Saxius ex Ambrosiana sua productos cum Blanco & Argelato diligenter contulit, accessisse. Fuit in his unus imprimis pervetustus, ut vel ex specimine patet, non ab similibus illis, quorum alterum Labbeus tempore Caroli M. alterum Lambecius Ludovici Pii ætate scriptum asseruit, nec, ut hi, ultra Stephani II seu, ut alii volunt, III vitam producit, unde patet, non omnium vitarum autorem esse Anastasium. Id quod & Cl. Muratorio in sua præfatione verisimile visum, qui paucissimas Anastasio deberi autumat. simulque observat, in vita Leonis VIII, in aliis Anastasii editionibus prætermissa, sed a Baluzio Miscel. Tomo VII edita, & in duobus MSis Ambrosianis suo loco curatius inserta, Anastasium memorari e Græco in Latinum transtulisse *Hierarchiam Dionysii Areopagite, Passionem J. Petri Alexandrini Archiepiscopi, Passionem S. Agathæ Socorumque ejus, & vitam S. Joannis Elemosynarii*, quod e tot Scriptoribus, qui de Anastasio egerunt, vix quisquam hæcenus annotaverit. Dolet vero idem, quod notas *Petri Boerii*, Episcopi Urbevetani, qui circiter annum Christi 1380 Pontificalem Historiam ab Anastasio aliisque subsequens autoribus conscriptam illustrare conatus est, & quidem sat feliciter pro modulo illorum temporum, quas MSptas olim viderit, sed ob temporis penuriam paucula tantum descripserit, integras edere nunc non potuerit; ac postremo graviter faccenset nupero Scriptori, qui edito in ipsa Roma libro dicam grandem inpegerit Josepho Mariae Thomasio, Car. I. alii, quasi is Vitas illas ab Anastasio scriptas, dubitans, & clarissimam veritatis lucem extinguere tentans, gravi periculo exposuerit Ecclesiam Romanam; cui quidem responsum fuisse opusculo ita ite scripto & superiori anno 1723 Panormi edito testatur. Ceterum ne quid in hac Anastasii editione, quod ad rem facit, desideretur, præmittuntur ei *Emanuelis a Schelestrate* de antiquis Rom. Pontificum Catalogis &c. Disserta-

Dissertatio; *Jo. Ciampini* Examen Libri Pontificalis, & ipsius *Franc. Blanchini* in Anastasium Præfatio. Cum vero & aliæ Pontificum, etsi non omnium, vitæ passim exsint in MSptis, paucis forte, nisi Baronio, Raynaldo, Spondano, Baluzio, visa, haud abs re visum est Editoribus, eas Anastasio quodammodo continuando subjungere. Exsint ergo hic Vitæ Pontificum a Leone IX usque ad Johannem XXII, quotquot (ingens vero hiatus est inter Stephanum VI alius V & Leonem IX) a cœvis fere Scriptoribus, *Nicolao Cardinale Arragonia*, cujus vetustus Codex Estensis cum Ambrosianis hic collatus est, *Pandulfo Pisano*, *Bernardo Guidonis* & anonymis impari sed laudabili conatu conscriptæ, quibus interferuntur suis locis *Wiberti Æqualis* vita Leonis IX, *Pauli Bernvicdensis* vita Gregorii VII, utraque cum notis *Mobillonii*, *Constantini Cajetani* Comment. in *Pandulphi Pisani* vitam Paschalis II, *Arnulphi Sagiensis*, Episcopi Segoviensis, de schismate orto post Honorii II decessum, *Nicolai de Gurbio*, Episcopi Alsinatensis, vita Innocentii IV, ex Baluzio, Anonymi vetustissimi vita Gregorii X, e Petri Mariæ Campi Historia Placentina, & *Jacobi Cardinalis S. Georgii* ad velum aureum, cœvi & familiaris, vita Cœlestini V, e duobus Codd. MS. cum notis *Dau. Papebrochii*, in quibus omnibus digerendis & ad codicum fidem exprimendis laudatur iterum *Cl. Saxii* indefessum studium. Non dissimulant tamen Editores, nondum sibi, quod ad operis commendationem optabant, omnes Bibliothecarum loculos reclusos, eoque enixe rogant, ut *Pandulphi Pisani* Historiam Pontificalem auctiorem a *S. Petro* ad autoris ætatem, nempe *Innocentium III* eruditus non invidet *Vaticana Bibliotheca*, cui voto merito nos quoque accedimus. Ceterum imprimis lectu dignæ sunt vitæ *Cardinalis Arragonii*, prolixiores quippe & subinde etiam epistolis & actis publicis ornate, quod vel vitam *Alexandri III* Pont. evolventi patebit, in qua simul non ubivis obvia de *Friderico II Imp.* leguntur.

Tomo IV exhibetur primo loco *Arnulphi*, *Mediolanensis* historici, qui circiter 1085 floruit, rerum sui temporis Libri V, a *Leibnitio* quidem Tomo III Scriptor. Brunsv. inserti, sed nunc e probato Codice Estensi, quo ordo capitum accuratius distin-

guitur eorumque synopsis quoque exhibetur, cum Mediolanensi Metropolitano collato, recusi. Cl. Muratorius conjecturam Leibnitii, quasi quatuor Marchiones Estenses, *Hugo, Azo, Adelbertus & Obizo*, quos Arnulphus noster L. I C. 18 ab Henrico I Imp. captos testatur, cum tribus illis germanis fratribus Longobardis, *Hug, Hezil & Ecelin*, quos ab eodem Henrico captos scribit Ditmarus, iidem sint, solo Obizone omisso, minime probat, cum *Hezil & Ecelin* nimium distent a nominibus Azonis & Adelberti, & originis sint plane diversæ, simulque observat, *Ecelinum* tantum diminutivum esse nominis *Hezil*, uti *Tisonis Tisolinus, Alberti Albertinus*, & alia sexcenta, quæ mutatio apud veteres in more fuerit, ubi distinguendi essent ejusdem nominis pater & filius, sive nepos, & præcipue viventes: carpit tamen & Autorem Diarii Veneti, T. XI p. 390 Leibnitio inter peccata omissionis exprobrantem, quod non animadvertit, daos existisse inter historicos Mediolanenses Arnulphos, seniores illum, qui res ab A. 923 ad 1070 scripserit, ab ipso editum, & juniorem, qui recentiora multo tempora attigerit; neque enim Arnulphos, sed Landulphos quidem duos existisse scriptores rerum Mediol. Subjunguntur hinc *Landulphi Senioris*, Arnulpho synchroni, Mediolanensis Historiæ Libri IV, nunc primum e Codd. Metropolitanæ Mediol. editi. Cum vero Landulphus sæpe delirare videatur Nostris, quod conjugia clericorum defendit, tum & enormi in Pontifices Rom. & probos viros maledicentia laborat, nec a fabulis sibi temperat, non modo Muratorius in præf. erudita (qua simul sententiam suam de Chronicis Datii Archiep. Mediol. cum hac Landulphi historia consentientibus contra Eustachium tuetur) Landulphum exarmare, ut loquitur, tentavit, qui cetera autorem non parum utilitatis habere affirmat, verum & *Horatius Blancus* operæ pretium putavit, ut locis suspectis suas pariter & *Jo. Petri Puricelli*, qui librum editioni parasse videtur, notas, Codici olim adscriptas, immo & sub finem ejusdem Puricelli dissertationem, qua S. Ambrosium Clero suo Mediolanensi permisisse, ut virgini nubere semel possit, id quod sibi aliisque persuaserat Landulphus, invictis argumentis negavit, seorsim addidit.

didit. Cumque in altero Landulphi Codice adscriptus etiam fuerit Catalogus Archiepiscoporum Mediolanensium, eum pariter hic addendum censuere Editores. Sequuntur duo Chronica perexigua Regum Italicorum, a Cl. Muratorio jam olim in *Anecdotis Tomo II* publicata. Majoris momenti est, quod ultimum in hoc Tomo locum occupat, *Leonis Card. Episcopi Ostiensis* Chronicon Casinense, a *Petro Diacono* continuatum, ex ultima editione Parisiensi *Angeli de Nuce*, præmissio in Vitam S. Benedicti Patriarchæ spicilegio, recusum, cui ne quid desit, non tantum ejusdem Angeli de Nuce dissertationes & notas tum editas, tum nunc primum ex autographo Casinensi protractas, adjicere placuit, quamvis fateatur ingenue Muratorius, commentatorem hunc nimio scribendi & librum prægrandem edendi pruritu, præter utilia multa, non pauciora addidisse, quæ in iusta historia nemo quæsierit, qualia sunt, quæ de causis, cur surdi a nativitate etiam sint muti, de pareliis item, & dulcedine maris, fusius commentatus est. Ceterum moris sui tenaces Editores, ut nihil intermiserunt in his Tomis, quod ad ornatum & splendorem facerent, ita specimina MSptorum Codd. quibus usi sunt, subinde inseruerunt, & sub finem cujusque Tomi, ut in superioribus quoque factum, Indices luculentos addiderunt. Nec ignorare Lectores nostros volumus, jam quintum quoque Operis splendidissimi Tomum prodiisse, quem prope diem præstolamur.

THE HISTORY OF THE ANTIENT ABBEYS, MONASTERIES, HOSPITALS, CATHEDRAL AND COLLEGIATE CHURCHES; BEING TWO ADDITIONAL VOLUMES TO SIR WILL. DUGDALE'S *Monasticon Anglicanum*.

i. e.

*HISTORIA VETERUM ANGLIÆ ABBATIA-
tiarum, Monasteriorum, Hospitaliorum, Templorum Ca-
thedralium & Collegiatorum, duobus Voluminibus ac-
cessoriis ad WILH. DUGDALE Monasticon Angli-
canum conscripta; Autore JOHANNE*

STEVENS.

Bbb 3

Volu-

Londini, apud Thomam Taylor, & socios, 1722, fol.

Alph. 6 plag. 2 fig. zn. 23.

INnotuit jam pridem Orbi Erudito opus pretio & raritate insignis *Rogeri Dodsworth & Guil. Dugdale, Monastici Anglicani* titulo inscriptum, quod Monasteriorum præcipue S. Benedicti origines complectitur. Verum in tam vasto campo ulterius videbatur excurrendum, unde desiderii Eruditorum satisfactorus, duos Supplementorum Tomos confarcinare annifus est Cl. Autor, in quibus origines omnium ordinum Religiosorum, qui unquam in Magna Britannia extiterunt, Benedictinorum nempe, Cluniacensium, Cisterciensium, Canonicorum Regularium S. Augustini, Cartusiensium, Gilbertinorum, Trinitariorum, Præmonstratensium, & Canonicorum S. Sepulchri, ita describit, ut omnia quondam in *Monastico Anglicano* summa industria explicet; præterea Franciscanorum, ut & Dominicanorum, Carmelitarum, Augustinianorum, Canonicorum Regularium Arroasæ, S. Brigittæ, Monachorum Fontis Ebraldi, Saviniacensium, Tiroensium, Fratrum Cruciferorum, Pœnitentiæ, atque Bethlehemitarum, quorum nulla plane mentio in *Monastico* facta fuit, multis exponit. Ita vero versatur, ut singulorum Monasteriorum Fundationes sistat, quam in rem farraginem Diplomatum, commendatis simul bibliothecis, MSptis, Virisque, quorum beneficio usus, numero octodecim, insigni diplomatum apparatu & cognitione instructis, producit, e quibus de donationibus in Cœnobia collatis constare potest, parte tamen maxima illorum, quæ Latino idiomate fuerunt conscripta, in Appendicem Voluminis II rejecta, ceterisque, quæ notatu digna haud videbantur, aut in compendium redactis, aut penitus omissis. Pluribus porro refert, quomodo Cœnobia fuerint abolita, & reditus ipsorum ac bona Ecclesiastica in varios usus conversa; demumque Indicem Abbatum, & aliorum Religiosorum pietate, eruditione & virtute conspicuorum, addita brevitate, ubi notitia suppetebat, descriptione, subnectit. Vestitum vero Or-

MENSIS SEPTEMBRIS A. MDCCXXIV. 383

ro Ordinum Religioforum, Cathedralium & Collegiatarum Ecclesiarum ichnographiam, templa integra & eorum rudera æri nitidissime insculpi curavit. Præmisit operi Dissertationem præliminarem de origine & Antiquitate vitæ Monasticæ, ex *Helyoti Historiæ ordinum Monasticorum* T. I ad verbum translata, cujus summa capita in *Actis Er. 1715 p. 425* exhibuimus. Hanc excipit consignatio omnium Monasteriorum, Prioratum & Religioforum ædium in Anglia & Wallia, adjecto valore reddituum annuorum; index Cœnobiorum & ordinum Religioforum in singulis Provinciis per Scotiam & Walliam; omnium item possessionum & emolumentorum, quæ ad Dicesiam Cantuariensem, Eboracensem, aliasque spectant, similesque indices alii, e quibus conficitur ultimo summa beneficiorum in Anglia 8600 & valor 106772 l. 53^s 2 d. In ipso libro de Franciscanorum Ordine acturus primum Autor, (nam quæ de Benedictinis, illis ætate prioribus, dicenda erant, velut *Supplementa Monastici Anglicani*, postremum in hoc Volumine locum occupant) vitam S. Francisci & originem Ordinis brevibus describit, deinde Regulam Monasticam & fata tradit horum Monachorum in Anglia, quorum exilium maxime promoverunt pertinaces ipsorum machinationes contra Henrici VIII divorcium, tum nomina Provincialium & imprimis Virorum hujus Ordinis scriptis clarorum, ex F. Angeli a S. Francisco *Ceramine Seraphico* repetit, quibus etiam accedunt aliqui ab Harpsfieldio in *Hist. Angl.* & a Waddingo inter Scriptores Ord. Min. recensiti. Sequitur narratio de quinque Monachis inter turbas intestinas sub Caroli I regimine morte punitis, & historia singularis 65 Monasteriorum S. Francisci, cui interspersa leguntur nomina Martyrum, Episcoporum, Cardinalium, & aliorum ex hoc Ordine illustrium in Anglia; Dramata sacra, quibus exhibentur Historiæ V. & N. Testamenti; ac Historia quatuor cœnobiorum a Monialibus inhabitatorum. Hinc Autor in medium producit additamenta ad Ordinem S. Benedicti pertinentia, ubi conspicimus vitam S. Benedicti, Occidentalium Monachorum Patriarchæ, ex *Helyoti Tomo V*; felices progressus Ordinis, Statuta & Regulam; nomina Summorum Pontificum, Imperato-

p. 23. sq.

37.

39.

90.

92.

96.

97.

106.

109.

121.

131.

162.

163. 176.

165.

- peratorum, Regum, Filiorum Imperatorum & Regiorum, Ducum, Comitum, Imperatricum, Reginarum & foeminarum literis illustrium, quibus Ordo S. Benedicti superbit; Regnorum quoque & Provinciarum, quæ studio Benedictinorum veram fidem receperunt; Ordinis confirmationes a Pontificibus Gregorio & Zacharia factas; originem Monialium S. Benedicti; antiquas Congregationes S. Augustini, Cantuariensis, S. Benedicti Episcopi, S. Dunstani, & S. Lanfranci, qui non separatarum familiarum conditores, sed restauratores potius Ordinis sunt dicendi, uti e Cottoni, Spelmanni, Seldeni & Camdeni testimoniis apparet. Porro Catalogus exhibetur Monasteriorum S. Benedicti, adjecto valore annuorum reddituum; & primo quidem Abbatiarum, quarum Prælati voto & fessione in Senatu Regni supremo gaudebant; deinde Abbatum non nisi dignitate spirituum Baronum præditorum; Cathedralium Primatum, quorum Abbates Episcopali, Monachi vero Canonicorum dignitate conspicui; Capitularium Primatum superioribus Ecclesiis haud subjectorum, & præcipuarum Abbatiarum Monialium; Monasteriorum hujus Ordinis, quæ, mandato hanc in rem emisso, Eduardus I in tutelam accepit; Primatum aliquot extra Angliæ fines sitorum; Abbatum & Priorum, qui ad Provinciale Capitulum convocari sueverunt; una cum Literis Regiis, quibus Abbates ad Comitata Regni vocabantur, nominibus item possessorum, in quos terræ, monachis dimissis, Regia benignitate fuerunt translatae, Epistola S. Aldhelmi, & Privilegio Regis Inæ, quo Monachis libertas suos sibi Abbates eligendi est permessa; tum Benedictinorum Anglorum instauratione, postquam fortunam in patria nimis senserant adversam; ac statutis Reformationis hujus Ordinis A. 1249 summorum Pontificum Gregorii IX & Innocentii IV autoritate denuo firmatis. Recensentur inde Benedictini Angli, qui scriptis incluserunt, e quibus si vel historicos, partim adhuc exstantes, partim deperditos, commemorare velimus, longus nobis Catalogus texendus esset. Denique, memoratis Cœnobiis nonnullis, quæ, antequam Benedictini Angliam intrarent, exstructa sunt, ad specialiores Monasteriorum Benedictinorum in Anglia historiam progreditur Auctor,

MENSIS SEPTEMBRIS A. MDCCXXIV. 385
tor, in quibus singulis describendis insignem operam præstitit. De Volumine II, quod pariter nunc publice prostat, dicemus alio tempore.

HISTOIRE GENERALE D' ESPAGNE,

h. e.

*HISTORIA HISPANIÆ GENERALIS AB
ortu Imperii ad nostra usque tempora, e MARIANA
& aliis celebribus Auctoribus collecta.*

Tomus IX.

Parisiis, apud Guilielmum Cavelier, 1723, 12 maj.

Alph. 10 $\frac{1}{2}$.

Distulimus hactenus hujus libri, si molem spectes, haud spernendi recensionem, quod aliis majoris momenti, meliorisque notæ fuerimus occupati, dicturi tamen, ne in nostris annalibus desideretur, sat cito, ut opinamur, modo sat bene de eo dicere liceat. Abbatem *Bellegardium* hujus Historiæ esse Architectum, dedicatio satis loquitur, nomine Cardinalis Sylvii (*du Bois*), supremi ista tempestate rerum Gallicarum Administræ, inscripta. Insequitur Præfatio, qua Hispanicæ Historiæ Epitome, & Jurium, quibus Andegavenfium Dux Monarchiam Hispanicam sibi deberi olim contendit, summa capita continentur, & nescio quid Admonitionis, in qua scriptorum, quibus Autor usus est, aut se esse usum videri vult, cohors recensetur, tam perfunctorie, tam nullo ordine, nullo selectu, nulla copia aut ubertate, ut rerum historicarum peritus facile ex hoc uno folio universi libri naturam discere queat. Tomus I Libros V in se continet, quorum I origo Populorum Hispanicorum, seu Carthaginensium & Romanorum inter illas gentes gesta, II Barbarorum irruptiones, & Gothorum Imperium, III clades a Mauris Hispaniæ illata, IV res Christianorum a Pelagio & successoribus restitutæ, V Castellani Regni initia & Legionensium Regum facinora explicantur. Tomo II Liber VI Garliæ

Ccc

Navar.

Navarræ Regnum, Sancti Castellani & Fratrum civilia bella, Alphonſique exulis fata, Liber VII Alphonſi & Urracæ, Alphonſi Raimondi & filiorum, & Liber VIII nepotis ex filio Ferdinando II, Alphonſi IX pro nepotis, Ferdinandi Sancti, Liber denique IX Alphonſi Sapientis, Sancti Filii, & nepotis Ferdinandi IV, regna exponit. Tomo III leguntur Libro X res Alphonſi XI & initia Petri Crudelis, Libro XI res Henrici Nothi, Petro czſo, Joannis I, Henricii III, Joannis II, cujus res Librum etiam XI occupant. Tomo IV Imperium Henrici IV Libro XIII, & exordia rerum ab Iſabella Castellana & Ferdinando Catholico geſtarum Libro XIV describuntur. Tomus V, adeoque Libri XV, XVI, XVII & XVIII rebus, quæ Iſabella vivente in vaſta Monarchia contingere, tradendis occupantur. Tomo VI Libris XVIII, XIX, XX res Hiſpanorum ab exceſſu Iſabellæ ad mortem uſque Ferdinandi Catholici exhibentur. Tomo VII Caroli V imperium libro uno, altero Philippi II dominatus delineatur. Philippi III & IV regna ſequenti Tomo Libro XXIII, XXIV vero Caroli III res geſtæ adumbrantur, adjectis in fine de regni forma, ingenio ac moribus Hiſpanorum, nec non, quibus veluti gradibus ad tantum ſaſtigium aſcenderit hæc Monarchia, diſſertationibus, nonnullis obſervationibus genealogicis, aſſertione Juris Andegavenſis iterata & uberiore & explicatione Nominum antiquorum populorum, provinciarum atque urbium Geographica, quinque ſcilicet ultimis capitibus. Tomus IX, rebus Philippi V exorandis deſtinatus, iterum in fine nonnullas obſervationes habet adjectas. Ubique magno numero inſertæ Regum, Heroum, Ducum, Imagines incisæ æri, ſed in quibus omnibus nitorem, in plerisque veritatem atque ſimilitudinem deſideres. Argumenta adjecta & Indices, ſed in quibus nil niſi negligentiam & oſcitantiam deprehendes.

Verum enimvero ne partium magis ſtudio, quam veritate inducti, minus honorifice de hoc opere ſenſiſſe videamur, nonnulla ex Philippi II & Caroli V rebus proferamus, ſed e multis pauca, ænermia tamen, & in infimi ſubſellii Hiſtorico non toleranda. P. 295 fabulam repetit, Doctorem Conſtantinum (eſt ille Conſtantinus Fontius, *de la Fuente*, veritatis inter Hiſpanos teſtis)

MENSIS SEPTEMBRIS A. MDCCXXIV. 387

testis) sibi ipsi metu supplicii mortem conscivisse, & ut hominis memoriam magis oneret, ipsum Ecclesie Romanæ Presbyterum duas uxores in matrimonio habuisse. P. 322 Arausionensem Principem Wilhelmum I nigerrimis coloribus depingit; hominem omnis religionis expertem, nulla fide, proditorem appellans, qui omnem Flandriæ nobilitatem suis artibus corruperit, & qui sceleratissimum quemque impunitatis spe in suas partes traxerit; inde factum, ut exercitus Anabaptistarum, Calvinistarum, Lutheranorum in Belgium irruperit, viderique Deum hanc calamitatem ignibus aereis, Cometis, exercituumque simulacris in nubibus prædixisse, digno sane augurio. P. 324 Principes Germaniæ Protestantes bellum Ecclesiasticis Electoribus ad Concilium Tridentinum iturus esse minitatos, calumniatur. P. 335 Carolum V Imperatorem, dimisso imperio, in Scorialense S. Laurentii Monasterium secessisse, ibique diem obiisse supremum, garrit, quem in S. Justi multis annis ante Scorialense condito excessisse vita, lippi & tonsoris norunt. P. 352 Lutheranos nescio cui Michaeli Selar Anabaptistæ linguam nafumque abscondisse nugatur, quod ex suæ sectæ placitis religionis causa hominem morte punire vetarentur. P. 481 Joannem Austriacam in superiori Germania a virgine quadam editum scribit, quæ inde in Hispania quatuor miliaribus a Madrito disito loco mortua sit. O egregium circumstantiarum historicarum apparatus! cum præterea nemo ignoret, Blumbergiam, quam in mente habuisse videtur Autor, matrem aliquando Joannis habitam esse, certe matrem non fuisse. P. 497 miserum futorem veteramentarium Joannem primum salutasse Lusitanæ Regem ait, de Antonio Notho loqui vult bonus Vir, & res ad S. Irenes faam gesta est, & Martinum Brachium, Virum fortem & strenuum, id facinoris esse ausum, meliores historici asserunt. Pag. 405 obitum Francisci Alenconii Ducis narrat; inde p. 524 oppugnationem Antwerpæ describit, multis omnino verbis, sed nulla Ducis Alenconii facta mentione, quo tamen præfente & suos hortante omnis illa res gesta est. Sed ita oportuit, quod Alenconium mortuum esse, solita fide & diligentia dudum narratum erat. P. 536 classem, quam Invincibilem appellant, solviffe

solvisse portu Olyssipponensi, duce Marchione S. Crucis, ait, sed nemini non constat, excellentem hunc Virum ante mortuum, quam classis perficeretur, istiusque rei satis infeliciter gestæ summam duci Medinæ Sidoniz fuisse commissam. Sed manum de tabula. Nobis non est tantum aut otii, aut æneæ patientiæ, ut diutius ejusmodi erroribus immoremur.

Annectamus potius nonnulla de observationibus singularibus, quæ Tomo VIII, Libri nempe XXIV c. 10, extare diximus. Est inter eas prima, omnes Reges Castellanos & Arragonios esse Navarræos; quorsum hoc? doceris in secunda, debere adeo Hispanos Navarræis loco & dignitate cedere, & secundum tertiam, hanc prærogativam jure sibi vindicare primogenituræ Ludovicum XV Franciæ Regem, antiquissimo, non diffitemur, immo forte nimis annofo titulo. Interea mirare ex observatione IV divinam providentiam, quæ Castellæ, Arragonios, & Navarræ Regnum Navarræo Gallo Philippo V restituit. Quinta te edocebit, Ferdinandum, primum Castellæ Regem, Navarræum potius dici debere quam Legionensem. Henrico I Castellæ Rege defuncto, ad sororis Berengariæ filium Ferdinandum S. pervenit Regnum; jure an injuria? de posteriori non dubitandum, si Blanca, nupta Ludovico VIII Regi Franciæ, fuit e sororibus Henrici I natu major. Noster rem Observatione VI conficit duobus testibus omni exceptione majoribus, libro ante annos centum, & quod excurrit, in Germania impresso, & Davide Blondello in Genealogiæ Franciæ pleniore assertione. Atqui Ludovicus S. Ferdinandi de la Cerda Socer, in hunc suum generum omne jus suum in Castellæ regnum transtulit. Noster, qui novit, quid Rex Regi in aurem dixerit, sub certis conditionibus, in ipsis cessionis tabulis non expressis, nec unquam expletis, id factum asserit. Immo & alia ratione res potest expediri secundum observationem VII. Joannis de la Cerda Soror Maria nupsit Carolo Alenconio, cujus Filia Francisca Carolo Borbonio, Antonii Borbonii Navarræ Regis Patri, in matrimonium collocata est, juribus Cerdarum hac ratione in Burbonios transfusis. Immo si quid Sanctio Regi fuit juris, hoc omne cum Petro Cruveli extinctum est, per observationem VIII. IX loco observatur,

vatur, Arragonios & quæ his subfuere regna, post Joannis I mortem, & postquam filia ejus natu major Joanna absque liberis decesserat, ad Yolantham filiam natu minorem, Ludovici Ducis Andegavensis & Regis Neapoleos Conjugem, jure pertinuisse, cujus Nepos Carolus IV, suæ stirpis ultimus, jus universum, quod habuit, per testamenti tabulas ad Ludovicum XI Galliarum Regem transtulit. Yolanthæ hujus Arragoniæ filia Maria Andegavensis, nupta Carolo VII Galliarum Regi, edidit filiam Magdalenam, Gastonis Fuxensis Conjugem, ex quo matrimonio prognata est Catharina, Joannis Albretani conjux, Navarræ Regina, avia Joannæ Albretanæ, matris Henrici IV Galliarum Regis, atavi hodierni Regis, ut loco X demonstratur. Qua ratione Comitatus Provinciæ & Comitatus Montispeffulani, quæ olim ad Arragonios pertinuerunt, redierint ad Franciæ Reges, XI & ultimo loco ostenditur.

Animus erat de Juribus Ducis Andegavensis in Monarchiam Hispanicam, quæ sequenti capite, ut crambe bis cocta, exhibentur, differere, & quam levi brachio discuti possint, ostendere; sed re rectius perpenſa abstinuimus nos ab hac opera, inani, postquam & a Germanis calamo, & a majore Europæarum gentium parte sanguine satis certatum est, divinæque providentiæ nutu accidit, ut Andegavensi Duci neque nihil, neque omnia, quæ Hispanici Imperii fuerunt, cesserint. Nec quæ ultimo loco annotantur, recensere lubet: ex uno disce omnia. In fine Bælium atrocibus injuriis cumulat, quod scribere non sit veritus, Carolum V ut Lutheranum decessisse, hocque inde esse colligere, quod Bartholomæum Caranzam, Dominicanum, Archiepiscopum Tolosanum, sed quem hæreseos causa Inquisitionis tribunal in gravissimis vinculis habuit, sibi in ultimis precibus & hortationibus accessisse voluerit. Non desperandum est, ex nostri sententia, de morte Caroli pia & Catholica, cum ipse Caranza piissime obierit, longa oratione habita, qua & Transsubstantiationis dogma, & Angelos tutelares & quicquid Romana Ecclesia peculiare habet, moribundus se credere professus est. Sed lectorem scire oportet, cujus fide tota hæc Nostri narratio nitatur: est ille Autor excellentis operis, ut

Noster ait, de scriptoribus Ordinis Prædicatorum. Non dubitamus, Bælium, si rediret, ad tantum nomen, solenni panegyri convocata, recantaturum. Sed satis errorum; maxima hujus operis utilitas est, quod Illustris Veyracii Marianam nunc eo ardentius avidiusque præstolemur.

ISMAEL ABUL-FEDA DE VITA ET REBUS gestis Mohammedis, Moslemicæ Religionis Autoris & Imperii Saraceni Fundatoris, ex Codice MSto Pocockiano Bibliothecæ Bodlejane, Arabice & Latine editus, cum Præfatione & Notis, a JOANNE GAGNIER.

Oxonii, e Theatro Sheldoniano, 1723, fol.

Alphab. 1 plag. 17.

Quum ab obitu Pocockii & Hydii literæ Arabicæ in Academia Oxoniensi per aliquod temporis spatium neglectæ jacuissent, Autori nostro, qui & historia Josephi Gorionidis cum versione & notis edita inclaruit, munus illas publice docendi A. 1717 iterum demandatum fuit. Qui officii sui memor ac celeberrimorum antecessorum vestigiis insistens, ad specimen aliquod ex Arabica literatura exhibendum se accinxit. Itaque probatissimi inter Arabes scriptoris Abul-Fedæ *مختصر* seu Compendium Historicum auditoribus suis prælegens, cum ad vitam Mohammedis pervenisset, dignam judicavit, quæ publici juris fieret. In hujus præfatione satis ampla primo loco Christianos, qui vitam & res gestas Mohammedis descripserunt, scilicet Maraccium in Prodomo Alcorani, Bælium in Dictionario Historico, Humphredum Prideaux in singulari libello, & Herbelotium in Bibliotheca Orientali, cum iusta epicrisi recenset, ac alia, quæ ad Abul-Fedam pertinent, ex iis subjungit, Anachronismum de præfectura illius provincie Hamah, Pocockio falso a Bælio tributum, examinat, magnamque Gravii hallucinationem detegit. Dein ex ipsorum Arabum monumentis de Abul-Fedæ regimine, vita, ac scrip-
ptis

MENSIS SEPTEMBRIS A. MDCCXXIV. 391

ptis quædam affert, & de illustri ejus opere Geographico, a se aliquando edendo, ac Astronomico, in Bibliotheca Bodlejana latente, differens, illud contra iniquas Renaudotii censuras defendit, simulque Pocockii asserta de versione Arabica Codicis Sacri & de Era Hegiræ vindicat. Tandem circa Chronologiam Abul-Fedæ, ad computum septuaginta Interpretum institutam, nonnulla observat, & novum MSS. OO. Bibliothecæ Bodlejanæ Catalogum, viasque successorum Mohammedis promittit. Vita autem Mohammedis, quæ sequitur, LXXIII Capitibus absolvitur, quibus de illius nativitate, prosapia, educatione, matrimonio, itineribus, missione ejus divina, ut perhibent, ascensione in cælum, fuga & Epocha Hegiræ inde dicta, aliisque ante illam Epochis celebrioribus, de bellis ejus variis, e. g. Bedrensi, Ohodenti, Alfawick seu farinz, & Alchandak seu Fossæ, Al-Ragiensi, Bir-Maûnatenfi, Dhât-Al-Reka, Dhû-Kardeasi, Mûtenfi, Honainenfi, Awtâsenfi, Tabûcensi, Karkatol Codrenfi, Chaibarenfi, expugnatione Meccæ, de legatis, quos misit ad Reges, ac in fine de morbo, obitu, sepultura, ætate, corporis forma, indole naturæ, liberis ejus & uxoribus, scribis, armis, & fociis agitur. In Notis adjectis, quas ex Corano, Sonna, seu Traditione & aliis historicis Arabicis concinnavit, multa notatu digna complexus est. Sic p. 1 de titulo Mohammedis, quo simpliciter eum رسول الله seu apostolum Dei, vel النبي Prophetam nuncupant, & voto mentioni ejus semper adjici solito صلى الله عليه وسلم (abbreviate صلعم) bene precetur ei Deus & salutem largiatur, (ex quo male intellecto Deum pro Mohammede orare, quidam linguæ ignari statuere Mohammedanos opinati sunt, juxta Relandum L. II de relig. Moh. p. 167 sqq.) quædam observat; p. 6 de vocibus Mohammed & Ahmed agit; p. 9 in Traditionem de morbo ejus epileptico inquirat; p. 11 de Bahhairi seu Sergio, Monacho Nestoriano, ejus in cudendo Alcorano adjutore, differit; p. 14 de nocte Alkadar; ليلة القدر qua demissus fuit Coranus, & Angelo Gabriele, qui Mohammedanis est Spiritus sanctus; p. 19 de titulo Vezir وزير quem Mohammed primus instituit, & Wali وصي quo Ali illius gener. & Seth patriarcha insi-

guitur,

gnitur; p. 20 de titulo خليفة Chalifa, qui Mohammedis successoribus communis est, & sectariis Gorabitis seu Corenis; p. 22 de literis singularibus, quæ Saris seu Capitibus viginti novem præfiguntur; p. 24 de voce Ahabascha seu Æthiopiæ denominatione, & Rege quodam Æthiopiæ ad Islamismum converso ex Mohammedanorum relatione; p. 30 de lociis Mohammedis in fuga & fundanda religione, qui Alanâr انصار vocantur; p. 32 de itinere Mohammedis nocturno in cœlum الأسرى Alasra dicto; p. 33 de voce Hadith حديث quo dicitum vel factum Mohammedis per traditionem ex ore ejus receptum notatur; p. 38 de Liturgia Mohammedana; p. 46 de computo LXX Interpretum; p. 54 de templo Meccano & Kebla seu conversione ad certam mundi plagam inter orandum; p. 55 de mensē Ramadhan, qua jejunant Mohammedani; p. 68 de Idolo Arabum Hobal; p. 84 de Alrajammom التميم seu lotionē per pulverem & baptisino arenæ; p. 126 de Idolo Allât اللات; p. 132 de intercalatione mensium Arabicorum; pag. 160 de differentia urbium Hegjar & Hagjar, quas Herbelotius confundit. Ita ex genuinis fontibus omnia hauriens, Mohammedem & Mohammedica nativis suis coloribus repræsentat, quæ ab aliis per linguæ ignorantiam variis figmentis incrustata fuerunt.

ORIGINES HEBRÆÆ SIVE HEBRÆÆ
Linguae antiquissima natura & indoles, ex Arabia Pen-
netralibus revocata ab ALBERTO
SCHULTENS.

Libri primi Tomus primus.

Franecqueræ, typis Henrici Halma, 1724. 4.

Alph. 2 plag. 14.

CONFERT se in hoc opere Clarissimus Autor ad uberiores
Linguae Hebraicæ ex Arabica illustrationem, cum
pulcherrimo eo labore in Animadversionibus Philologicis &
Criticis ad varia Veteris Testamenti loca A. 1709 Amstelo-
dani

MENSIS SEPTEMBRIS A. MDCCXXIV. 393

dami, & speciatim in Jobum, A. 1703 Trajecti ad Rhenum in 8 editis, jam egregie defunctus esset. Ac in principio harum Observationum, linguam Hebræam non eodem ardore, quo Latina & Græca, excultam fuisse, divinaque oracula, quorum illa custos venerandus est, spissis adhuc tenebris circumsepta esse, juste conqueritur, & in Hebraismi prolapsi causas inquirat. Ad has refert miseram illam & jejunam linguæ hujus colendæ rationem, ingentem cultorum penuriam & paucitatem, subsidiorum, ex quibus illius notitia promanat, defectus, negligentiam ex opinione illorum perfectionis ortam, de quibus curandis nemo cogitavit, unde variis adhuc vitis rem Hebræam laborare contendit. Nam primo ex ejus sententia alienæ & injustæ significationes radices & vocabula haud paucæ occuparunt; dein nimia est illarum sub una radice multitudo, discrepantia & varietas; porro antiquissima ac primæva radicum vis in multis adhuc latet, quod duabus in medium prolatis radicibus *עשׂר* & *עב* probat, quarum alteram in prima significatione *spatiosum & amplum esse*, ex quo deinde facili & proclivi via *servandi & angustiis pressum in libertatem vindicandi* sensus enatus sit, alteram *affligere, profigare, conquassare, percellere, evertere*, denotare ait; denique vulnus illud non tantum radices & vocabula, velut exteriora Hebraismi membra, læsit, sed ipsa quoque viscera ejus appetiit, & in integras locutiones, in ipsum genium & omne illud quod in reconditiore alicujus linguæ sinu concluditur, penetravit. Quatuor igitur libris laboranti adhuc linguæ Hebraicæ subvenire & morbis ejus aliquam medelam afferre conatur. In primo, qui nunc prodit, septendecim radicum Hebraicarum significationem ex Arabum fontibus repetit, in secundo nativum, proprium, formalem & abstractum radicum sensum non ex conjecturis, quod Forsterus, Bohlius, Coccejus, Guffetius & alii fecere, sed ex solidis fundamentis eruet, in tertio antiquissimam & primævam radicum vim monstrabit, in quarto integris phrasibus, ex Orientalium populorum, ac imprimis veterum Arabum scribendi indole, & antiqui orbis genio lucem affundet. Annexæ est in fine Oratio Inauguralis, de fontibus, ex quibus

omnis linguæ Hebraicæ notitia manavit, horumque defectibus ac vitiis, habita, cum linguæ Hebraicæ & Antiquitatum Sacrarum Professionem in Illustri Frisiorum Academia auspicaretur, cum indice Vocum Hebraicarum & Arabicarum, quæ explicantur & illustrantur.

COMPENDIUM HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ, decreto Sereniff. Principis ERNESTI, Saxon. Jul. Cliviæ & Mont. &c. Ducis, in usum Gymnasii Gothani, ab orbe condito ad nostra usque tempora deductum.

Gothæ, sumtu Jo. Andr. Keyheri, 1723, 8.

Alph. 1 plag. 4.

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ IN COMPENDIUM REDACTÆ Liber II, a nato Christo ad nostra usque tempora.

Ibid. sumtu ejusd. 1723, 8.

Alph. 2 plag. 19.

COMPENDIUM HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ decreto Sereniff. Principis, D. FRIDERICI II Ducis Saxo-Gothani, ex optimis, qui extant, autoribus compositum & a pace Westphalica ad nostra usque tempora deductum.

Ibid. sumtu ejusd. 1723, 8.

Plag. 12.

UTilissimum librum, qui jussu Principis vere Pii ERNESTI prodiit, celeberrimumque Bœclerum moderatorem rationis ac methodi, qua concinnatus est, illustrem autem Seckendorffium, qui historiam Ecclesiæ ad Christi usque nati tempora perduxit, & Jo. Christoph. Artopœum, qui partem addidit posteriorem, qua res in Ecclesia novi foederis usque ad pacificationem

nem Westphalicam gestæ traduntur, non commendamus hic multis, quod is omnium, qui ad solidiorem historię Ecclesiasticę cognitionem adspirant, manibus pridem tritus præstantiam utilitatemque suam a longo inde jam tempore nemini non probavit. Pars prior A. 1666, posterior decennio post prodiit primum: quæ editio plus semel repetita est Lipsiæ, accessitque ei non tantum index Treiberianus, sed & Supplementum, Sectione III capitis V addita, qua vero, ne quid gravius dicamus, partium studii plena & publica autoritate nulla, qua omnino opus erat, conscripta, utinam non deformassent librum, qui illius auctioris edendi curam privato ausu susceperant. Ita necesse non fuisset, illius exemplis interdici juventuti studiosæ in his terris, cui ex animo nunc gratulamur de nova editione hac, auspiciis Sereniss. Principis, FRIDERICI II Ducis Saxo-Göthani, qui nepos ERNESTI Pii avitas virtutes feliciter non æmularur, sed reddit, curaque Theologi meritis in Ecclesiam urioreni nemini ignotis immortalis nomen consecuti *S. E. Cypriani* adornata. Is enim historiam Ecclesiæ a pacificatione Westphalica usque ad hæc tempora contextam addidit, quo Supplemento, pro modulo compendii non multas equidem paginas complexo, prætereaque inter infinita alia negotia elaborato, præstans libro ornamentum, quod unum emtores allicere possit, accessisse dixerimus, dicemus, quod res ipsa loquitur, quodque nemo æquiorum non facile sponte sua agnoscet.

In præfatione Vir Summe Reverendus docet, animum se scriptioni huic adjecisse, difficultatum non ignarum, quibus labor recentissimam historiam componendi circumseptus est, sed vicisse illas sapientissimo Principi parendi studium, respectum utilitatis publicæ, spem patrocinii bonorum, mentem recti consciam in partibus historici veri probe gerendis; nunc pro compendii indole se brevitati studuisse, nunc paulo plura attulisse, prætereaque methodum etiam commutasse, sed non temere, postremum potissimum suadente utilitate, quando distinctior paulo tractatio, quam quæ in prioribus libris, una omnia serie enarrantibus, observata est, memoriæ longe plurimum affert adjumenti.

Quocirca undecim omnia capitibus exequitur Vir Summe Reverendus, quæ de rebus Ecclesiæ per novissimos hos septuaginta & quod excurrit, annos nosse juventutis interest. Primum agit de Ecclesia Orientali; II de Ecclesia occidentali ac primum quidem Pontificia; III de Ecclesia Evangelica; IV de Ecclesia Reformata; V de Ecclesia Arminianorum; VI de Socinianis; VII de Anabaptistis; VIII de Fanaticis & Separatistis; IX de Quackeris; X de sacrarum litterarum irrisoribus, & atheis; XI de Judæis & Samaritanis. Satis erit, si primum alterumque caput percurramus; vel ex his enim Lector, quid de ceteris sibi polliceri debeat, tametsi, typographo ad finem operis festinante, aliquanto brevioribus, intelliget.

Cap. I §. I.

II.

III.

IV.

V.

Primo igitur capite post generalia quædam de Græca, quæ Latinæ opponitur, Ecclesia ejusque appellatione & amplitudine, cuinam imperio civili subjecta illa hodie sit, membris ejus aliis Christianos, aliis Mahumedanos, aliis Ethnicos, qui appellantur, Principes reverentibus, ostendit Vir Summe Reverendus, sortemque eorum inprimis, qui Mahumedanorum in terris agunt, & quibus una festorum dierum frequentior celebratio, Thoma Smitho teste, religionis veræ semina conservat, miseratur. Qua purior vero est hæc Ecclesia Græca, paucis *ἀιολο-
κςΦάλοισ* exceptis, quatuor Patriarchis paret, Constantinopolitano, qui superior autoritate ceteros si minus creat, at creatis novam dignitatem confirmat, Alexandrino, non Alexandriæ tamen hodie, sed Cauri sedem habenti, Antiocheno, qui Damasci agit, & Hierosolymitano. Rutheni, repudiata Patriarchæ Constantinopolitani, cui suberant, jurisdictione, peculiam sibi constituerunt, indignum rati parere homini Mahumedana servitute oppresso. Sed nec selectis, quæ a puriori Ecclesia desciverunt, sui defunt rectores, pari nomine Patriarcharum sese jactantes, ut Jacobitis, vel, prout in Ægypto inprimis appellantur, Coptitis, quorum Patriarcha *Matthæus* olim ad ERNESTUM PIUM litteras dedit, Armenis, quorum sacris duo Patriarchæ, quos catholicos appellant, præfunt, Maronitis, quorum Patriarchæ, Stephani Petri epistolæ ad Huntingtonum extant, & Nestorianis. Præterea vero plurimi Græci Sedi Romanæ

manæ parent, in Venetorum, Polonorum Imperatorisque terris agentes, aliique, Nestoriani, Armeni, Maronitæ beneficiis Romanensium deliniti, unde Romanis Pontificibus nata occasio suæ factionis hominibus titulos quatuor Patriarcharum Orthodoxorum vindicandi. Hinc fit, ut plures sæpe unius nominis reperiantur, prout tres hoc tempore sese Patriarchæ Alexandrini dignitate venditant, orthodoxus nempe Græcus, Latinus seu Romanus & Jacobita seu Coptorum præsul. Quod ad doctrinam Ecclesiæ Græcæ ejusque orthodoxæ attinet, non aliunde illa rectius cognoscitur, quam ex confessione orthodoxa Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ Orientalis, a Nestario, Hierosolymorum Patriarcha, A. c. 430c LXII nominis subscriptione longaque præfatione munita, unde Vir Summe Rev. potiora excerptit. Patet inde, primæveræ veritatis non desiderari apud Græcos luculenta vestigia, sed & pluribus eos erroribus consuetudinem cum Romanensibus imbuisse. Ceteroqui durant adhuc odia inter utrosque; Græci Romanensibus, Romanenses Græcis Schismaticis hæreseosque notam inurunt. Quæ omnia latius deducta, simulque monitum præclarum de Cyrilli Lucaris confessione, Reformatis palam patrocinate, cujus rei ratio in frequenti usu & consuetudine Lucaris cum Reformatis, collatisque in eum beneficiis quaerenda, Lectores sub finem capitis hujus invenient.

Cap. I. §. VI.

VII.

Sequenti altero ad suppeditandam Ecclesiæ occidentalis notitiam progreditur Vir Summe Rev. Ecclesiamque Pontificiam ante omnia propius considerat. Illi ut ab eo tempore, cujus hoc loco res gestæ traduntur, novem Pontifices summa autoritate præfuerunt, ita vitas eorum non minima diligentia exponit, id quod vel notæ facile cuivis persuadebunt, textui haud parca manu additæ, & testimonia plerumque complectentes, quibus dicta, ubi opus, uberius confirmantur. Inde ad doctrinam Ecclesiæ Romanæ progreditur, quam nihil mutatam in melius esse ætate nostra, cum aliunde, tum ex *Bulla* Clementina, qua Quesnellianæ propositiones damnantur, constat; corruptam vero doctrinam morum non minus, quam fidei, vel Alexandri VII Romani Pontificis verba, a Viro Summe Rev. allata, satis arguunt. Hæc cum doctrinæ ratio sit in Ecclesia Romana, sponte

Cap. II. §. I.

II.

III.

- jam intelligitur, cultum externum nihilo posse esse puriorem; in quo idololatriæ & superstitioni, qua Matrem Dei & Sanctos colunt, etiamnum locus relinquitur, ita, ut inter ipsos Romanenses non desint, quibus ea ruborem incutit, Viri cordati publicis scriptis ea de re conquesti. Hanc vero Ecclesiam Romanam gubernant Pontifices, potestate triplici, Episcopali, Patriarchali, & Apostolica seu Petrinæ monarchiæ vicaria sese venditantes, quarum postremum Gallicanæ Ecclesiæ quatuor propositiones & protestatio de sua avtonomia summopere labefactant, unde & illas & hanc Vir Summe Rev. exhibendam duxit. Quamquam hæc atque alia non oblitere, quo minus Ecclesia Romana his temporibus magna incrementa ceperit, non modo viris principibus haud paucis in Europa, sed & variis Africæ, Asiæ & Americæ gentibus ex parte in castra ejus transeuntibus. Hanc ejus felicitatem interpellarunt tamen haud parum lites intestinæ *de liberi arbitrii viribus & auxiliis gratiæ ad convertendos peccatores necessariis, de Jansenismo, de cultu Confucii apud Sineses*. Turbas præterea dedit liber Cardinalis Sfondrati, cui titulus: *Nodus prædestinationis dissolutus*, hæresis Blackwana, theologia moralis Jesuitarum, Quietismus, & controversia Quesnelliana, de quibus omnibus qui & breviter & accurate doceri voluerit, non aliunde id certius fieri posse intelliget. Inter hæc tamen dissidia Romanenses odium adversus Protestantés minime posuerunt, id quod palam loquitur abrogatio edicti Nannetenfis in Gallia & persecutio Evangelicorum in Hungaria, Polonia, Germaniæque, cujus autor potissimum clerus Pontificius, qui destinata nunc concionibus & colloquiis, nunc libris, ex quorum novissimis haud pauca notatu dignissima Vir Summe Rev. adduxit, perficit. Ne qua autem occasio res Protestantium accidendi prætermitteretur, subinde inita est ratio Protestantés, ut in gremium Ecclesiæ Romanæ redeant, colloquiis, libellisque editis, quales Bossueti, Dezii S. J. Jo. Frid. Purgii, Adolphi Godefr. Volusii, Matthæi Prætorii, adducendi. Quæ res ut successu caruit adhuc, ita feliciter cessit Pontificiis studium litteraturæ Ecclesiasticæ, cujus cultores diligenter percenset Vir Summe Rev. suisque laudibus minime defraudat.

dat, subjunctis in fine variis, quæ ad statum Ecclesiæ Romanæ hodiernum rectius cognoscendum pertinent, & majori cum fructu & voluptate ex libro ipso petentur, unde & facile agnoscat Lector, quot & quanta ingenii doctrinæque subsidia in promptu sint Viro Summe Reverendo ad integrum historiæ Ecclesiasticæ corpus condendum; utinam & otii ei abunde esset, ut labori egregio & infinitos Ecclesiæ fructus spondenti manum admovere posset.

SEXTI POMPONII JC. RELIQUA EX LIBRO primo ad Sabinum in Pandectis, collegit, disposuit, & explicuit HENRICUS THEODORUS PAGENSTECHER, JC. & P.P.

Hammouæ, typis Ant. Jac. Utz, Urb. & Athenæi Typogr. 1723, 4.
Plag. 8.

E libro X Pomponii ad Sabinum cum ante aliquot annos explicasset Cl. Autor *L. XX D. de Evict.* & Groningæ publica luce donasset, nunc omnia, h. e. decem capita, quæ ex libro I Pomponii ad Sabinum, in Pandectis reliqua sunt, in ordinem quendam cogere, atque ad argumentum totius Libri primi de re testamentaria reducere tentavit. Ordinem autem librorum XXXVI Pomponii ad Masurii Sabini Libros tres Juris Civilis, exhibet e ferie & continentia Jacobi Gothofredi, qui, instituta collatione textuum Ulpiani, Pomponii, Pauli, ad ejusdem Sabini libros tres Juris Civilis, incepisse illos ostendit a successione testamentaria. Vixisse Pomponium ait temporibus Hadriani & sequentium Imperatorum; sic enim annum octavum & septuagesimum ætatis eum attingere potuisse cupiditate discendi, solaque illa optima ratione vivendi senem factum, ac memorem fuisse sententiæ illius Græcæ, quam alleget *L. 20 ff. de fideicom. libert.* I Textum nonum apud Labittum, primo loco collocat Noster, *L. 3 ff. de novat. & deleg.* Non potuisse non Sabinum libro I Juris Civilis de persona testatoris, an habeat testamenti factionem, agere, & hac occasione dixisse etiam Pomponium libro I ad

ad Sabinum, cui bonis interdictum est, novare obligationem suam non posse, nec testamentum facere; hereditatem tamen, si instituat heres, cum curatore adire; si meliorem suam conditionem faciat. II In L. 10 ff. de testibus, eodem modo dixisse Pomponium Lib. I ad Sabinum: *nullus idoneus testis in re sua intelligitur*, sicut Ulpianus ad eundem libro primo: qui heres est, testis in eodem testamento esse non potest, L. 20 pr. ff. qui testam. fac. poss. Addit Cl. Autor hic in notis, Plutarchum non intellexisse rationem, cur heres non potuerit esse emptor familiaris in testamento per æs & libram, ideoque id ipsi παραλογον visum fuisse. libro, *de sera Num. vind.* apud Hotomann. ad §. 1 I. de testam. ordin. III Duo facit Noster membra L. 8 ff. de liber. & posthum. Verba enim priora, & ultima etiam, dicit esse Sabini ipsius, intermedia autem hæc, *quod si in posthumo* — eadem dicenda erunt de substituto, putat ἐμβλημα esse solius Pomponii. Fieri id etiam in aliis textibus, ut dicamus, non semper distincta esse nomina JCtorum notas scribentium a nomine illius JC. ad quem commentabantur; alias enim posse nos in illis facilius falli. Nec potuisse Sabinum de postremo respondere ex lege Velleja, sub Tiberio adhuc incognita. Pomponio igitur adscribenda verba ista, cui Lex ea, sub Claudio lata, erat percognita. IV Perspicua est mens Pomponii in L. 10 ff. de lib. & posthum. Addit tamen Noster, si L. ult. C. de postb. hered. instit. sit una e Decisionibus Justiniani, Tribonianum & socios fuisse socordes, qui jus vetus in Pandectas retulerint, jam extante tunc nova ista decisione. Pro, *scriptus heres*, legit, *scriptus exheres*. V In princ. L. 21 ff. de hered. instit. dissentit Labeo a præceptore suo Trebatio, & cum Labeone etiam Pomponius. Vitium enim latere in ordine scripturæ. Et *quod liberum*, dempta distinctione, referendum ad Labeonem. Addit Noster etiam §. 1 d. 1 21. Nec dissentire ibi Julianum in L. 22 statim sequente. VI Brevis iterum & evidens est L. 3 ff. de manumiss. testam. VII Rursus talis, L. 1 ff. de manumiss. vind. Probabile est, ait Noster, Sabinum occasione manumissionis, quæ testamento fit, etiam de manumissione per vindictam egisse. Idque indicari Pertii Satyra quinta: *Vindicta postquam meus a*
Præ-

MENSIS SEPTEMBRIS A. MDCCXXIV. 401

Pratore recessi, Cur mihi non liceat, jussit quodcumque voluntas, Excepto, si quid Masuri rubrica vetabit. Prolixior VIII est L. 23 ff. de hered. insti. Ad princ. notat Noster, de conditionibus institutionum actum non fuisse proprie libro I Pomponii ad Sabinum, sed secundo, juxta seriem Jac. Gothofredi, supra laudatam. Ad §. 1 remittit nos Cl. Autor ad textus Pauli, L. 4 pr. ff. de rebus auct. jud. poss. & L. 1 ff. de Curat. bonis dando. Ex quibus illustrantur quoque §. 2, 3 & 4. IX Textum L. 13 ff. de vulg. & pupill. substit. non ad librum I, sed secundum, imo etiam tertium quartumque Pomponii ad Sabinum relegandum fuisse juxta seriem Gothofredi, iterum monet Noster. Ac pertinere omnes equidem textus, qui de substitutionis materia agunt, ad unum eundemque Sabinii locum, ubi is de substitutionibus agit. Pomponium autem, absoluto libro primo ad Sabinum, incidisse denuo in easdem Sabiniani libri materias, ad quas jam libro I commentatus fuerat, sicque nonnulla, a prioribus diversa, libris sequentibus inseruisse. Jam X etiam L. 1 ff. de Accusat. & inscr. reducitur a Cl. Autore ad successionem testamentariam; quia illa expresse loquatur de mortuo & necato testatore, pertinet atque adeo ad SC. Silanianum, ante Sabinum sub Augusto conditum. Novum hic præerea ἔμβλημα deprehendere visus sibi est Cl. Vir, & Sabino tribuit tantum priora verba: *non est permis- sum mulieri, publico judicio quæquam rem facere.* Exceptionem Sabino addere Pomponium: *NISI scilicet &c.* Falsus est autem, hanc observationem hoc quidem loco parvum habere usum; sed aliis capitibus legum obscurioribus ineffabilem lucem affundere, exemplo L. 1 ff. de usu & usufr. leg. Adjectæ sunt in fine ejusdem Autoris binæ Dissertationes, altera ad L. 1 ff. qui testam. fac. poss. altera ad Ulpiani fragmentum Tit. 22 §. 12. Laudamusque adeo passim exstantia specimina eruditæ diligentiz; uberiora autem capient ea, si placuerit Cl. Autori ad reliquos etiam libros Pomponii ad Sabinum commenta i, & multo adhuc feliciora incrementa. Ceterum Series illa Jacobi Gothofredi nondum exhaurit libros tres Juris Civilis Sabinii. Latuitque ipsum Gothofredum, quid libro primo, quid tertio tra- gaverit, & quo ordine singula, Sabinus. De unico libro secundo

vidit indicem qualemcunque in loco Gellii, *Libro XI cap. ultimo*, & adscripsit eum circa finem, ubi agit de Delictis. *Qui legere volet, inueniet Masurii Sabini librum, cui titulus est, de furtis.* — *Verba sunt Sabini ex libro juris civilis secundo. Hæc quidem sic in eo, quo nunc dixi, Sabinus scripsit de rebus, furti faciendi causa attrectatis.* Gothofredus contra voluit libros tres Sabini absolvi XI vel XII tractatibus amplissimis, quorum unica particula de Delictis, debuerit agere etiam de furtis. Facta enim perlustratione omnium textuum apud Labitum ex Pomponio, Ulpiano, Paulo, ad Sabinum, deprehendebat sane, tres hos Jctos uniuersum Jus Civile retulisse in notas, ad hunc Sabinum scriptas; sed sprete digestionem paulo accuratiore. Ex omnibus autem istis fragmentis nemo per diuinationem aliquam introspiciet in interiora trium librorum Sabini ad Jus Civile. Ac supersedere adeo possumus anxiam reductionem textuum singulorum ad Seriem illam Gothofredi. Certum est, ex tribus his libris Sabini nullam extare rubricam legis, quæ sumpta sit ex iisdem. Plurimi autem extant præterea textus, ubi citatur Sabinus Noster, neque tamen libro notato, neque numero libri. Eos omnes si quis excutiat, supplementum forte aliquod ad Seriem illam se inuenisse gaudebit. In *L. 20 ff. de fideicommiss. libert.* necesse est referri talem consultationem, quæ ad Pomponium facta erat super sententia Juliani, non tamen a iuvene aliquo, sed admodum sene. Necesse est etiam, ad illam responderi a Pomponio: *Bellissime Aristo & Octavianus putabant, usque ad finem.* Idem ergo rem hanc totam retulit in librum I epistolarum, neque omisit etiam captionem illam benevolentis, & sene isto consultationi & quaestioni suæ præmissam. Mens Plutarchi hæc fuit: mirum haud est, si non statim pateat nobis, cur Dii peccantes hos citius, illos serius puniant. Nam & leges humanæ ita aperte scriptæ non sunt, ut sensus illarum cuiuis statim incurrat in sensus, τὸ εὐλογον ἀπλῶς ἐκ ὄχθου. καὶ πάντοτε φαινόμενον. Agnovit ergo τὸ εὐλογον. Immo quædam ordinationes videntur etiam fere ridicula, ἐνια καὶ δοκεῖ κομῆν γελία τῶν προσεγγιάτων. Ut apud Romanos, ubi testamentum condunt, alios relinquunt heredes, alii vendunt bona,

MENSIS SEPTEMBRIS A.MDCCXXIV. 403

bona, ὃ δὲ καὶ παροίδηρον εἶναι, quod videtur alienum esse a ratione. Atque ita possit aliquis multas legum ἀνομιὰς, inconuenientias allegare, qui neque Legislatoris mentem, neque causam, cur ita statuerit, cognovit. Non poterat accuratius loqui de Lege Romana civis, & vir consularis, Plutarchus. Neque Hotomannus hic peccavit; dixit enim: venditionem illam fuisse imaginariam, non veram. Conradus Rittershusius autem censebat, merito rideri a Plutarcho emtorem illum familiaris, qui nihil acceperit ex bonis testatoris. An Vinnius hic ansam dederit, non adeo liquet. *Ut ἔμβλημα fingamus in L. 2 ff. de liber. & posthum.* nulla cogit necessitas. Ac perit illud dubium omne, si dicamus, singula esse verba Pomponii. Ultimo etiam, *quoniam, cum natus est filius, loco ejus est, qui si: perferes est,* non possunt intelligi nisi de posthumo. Nam in membro priori jam natus erat filius, cum conderetur testamentum. In posteriori expectandus erat posthumus, ab eoque momento demum rumpitur testamentum. Loquitur autem textus de jure civili, non Prætorio. Socordiam circa *L. 10 ff. d. t.* purgavit Fr. Duarenus, *f. 35.* Textus totus conceptus est, qua formula instituendus sit, qui nondum natus? Scribendus ergo erat, ac, si ne sub conditione quidem scriptus sit heres, rumpit. Ita perit, *scriptus exheres.* In *L. 21 princ. ff. de hered. instit.* vidit utique Trebatius, vitium ordinis scripturæ non impedire, quo minus liber sit, qui ita scriptus erat. Noli inque tollere ibi distinctionem. Labeo vero dixit, non liberum modo, sed & heredem futurum. Juliani sententia exponitur ab Ulpiano, in *L. 2 §. 1 ff. de stat. lib.* Omnes scriptores vitæ Mafurii Sabini, Rutilius, Bertrandus, Grotius, ex Satyra illa Persii, quantæ tunc autoritatis fuerit Sabinus, colligunt. Atqui libertus ille recens per Ironiam potius stringebat Sabinum. Post manumissionem enim omnia nunc sibi licere putabat, exceptis forte regulis forensibus Sabini. Redarguit autem hanc levitatem statim Persius: *Disce: sed ira cadat naso.* Minime enim illam Prætoris mentem fuisse. *Non Prætoris erat, stultis dare tenuia rerum Officia, atque usum rapida permittere vitæ. Stat contraratio.—* *Publica lex hominum, natura que continet hoc Jus.* Potior est laus

laus Sabini, apud Athenæum, sed mutila apud Bertrandum & Grotium. *Μακρόβιος, ὁ πάντα ἀρίστος, καὶ σοφός. καὶ γὰρ νόμων ἐξηγητής, ἕδενός δέυτερος.* In *L. 23 §. 1 de hered. instit.* respicit Pomponius ad Edictum successorium, cujus capita extant *L. 1 ff. de Success. Edict.* ubi adde Scholion Græcum, *Basilic. T. 6 f. 31.* De muliere, publico judicio exequente mortem suorum, loquitur *L. 1 ff. de accusat. & inscript.* non de morte testatorum necatorum. Similiter *L. 2* de morte eorum earumque, in quos testimonium dicere invite non cogitur, i. e. propinquorum. Mulieres, si suam injuriam exequantur, mortemque propinquorum defendant, non excluduntur. *L. 8 L. 11 pr. ff. b. Permissum* illis est, si res ad eas pertineat. *L. 5 C. qui accus. non poss.* Non permittitur iis accusare de crimine publicorum judiciorum, NISI certis ex causis, i. e. si suam suorumque perfequantur injuriam, secundum antiqui juris statuta. *L. 12 C. d. r.* Ergo injuria illa ad necem testatorum restringi non potuit. Ergo Maturio Sabino antiquum hoc jus æque notum fuit, uti Pomponio, cessatque *ἐμβλημα*, tum hic, tum & in *L. 1 ff. de usu & usufr. legat.* si explicetur textus ad *L. 8 ff. de usufr. car. rer. qua usu consum.* & *L. 75 pr. & §. 7 ff. de Verb. Oblig.*

DELLA GENERAZIONE DELL' HUOMO

Discorsi.

i. e.

JOHANNIS BAPTISTÆ PAITONI, VENETI, *Philos. & Medic. D. Discursus de Generatione Hominis.*

Venetis, apud Johannem Baptistam Recurti, 1722, 4. Plag. 12.

Post Aristotelem & Hippocratem, qui conceptum oviformem a fluido sexus utriusque semine, certa miscela ac proportione in unum conglobato, indui aque pellicula, efformatum esse sternerunt, duæ potissimum inter recentiores Medicos vigent opiniones circa generationem hominis, aliis ex vermiculis sperma-

MENSIS SEPTEMBRIS A. MDCCXXIV. 407

spermaticis, ex ovulis in ovariis latentibus homines oriri, aliis existimantibus. Utramque in binis Discursibus sub examen vocat Clarissimus Fajtonus, in quorum priore systema verminosum destruere, in posteriore hominem ex ovo ortum ducere, probare conatur. In *I*gitur *D*iscursu concedit equidem, in spermate virili corpuscula quædam sese moventia conspecta fuisse, inde tamen sequi negat, illa vermium nomine insignienda esse; siquidem subtilissimæ spirituum particulæ, quibus semen recens emissum abunde scatet, & quæ alias aquosiores & crassiores per motum fermentationis seu effervescentiæ exagitant, aliquem motum ipsis imprimere possunt, quo moleculæ parvæ ejusdem feminis vermium quaquaversum se moventium figuram repræsentant. Metuendum enim esset, ne, si unus alterque vermis moreretur, corruptionis labem contraheret tota massa spermatica. Magnus imprimis Observatorum, tam quoad numerum, quam naturam horum animalculorum, dissensus dubiam reddit hypothesin; dum alii innumeros, alii perpaucos se conspexisse vermes asserunt, quidam depositis exuviis eos organa corporis humani assumere tradunt, quidam id constanter negant. Existimat potius Noster, vitri illusionem toto hoc in negotio utramque facere paginam. Posito vero, esse vermes, quæ in semine animalium natant corpuscula, tum animalcula hæc vel veros homunculos in exuviis suis delitescerent, vel vermes esse, qui in homines solummodo mutantur, necesse erit. Si prius; sensum & motum eorum necessario a spiritibus animalibus per animam rationalem ad organa directis procedere credendum erit; divinæ autem sapientiæ consentaneum haud videtur, ut inter tot vermiculorum millia, quot masculino semini inesse creduntur, unus solummodo aut perpauci maturefiant & adolescant, reliqui vero perdantur. Sin posterius; aut vermiculum sua veste exutum in utero in embryonem excreverit, aut in ovulum ingressum, denique suum nutrimentum ibidem invenire debere, existimat. Sub prima hypothesi haud apparet, quem usum habeant testiculi muliebres, ova, tubæ Fallopiæ, & undenam veniant ovula in tubis inventa? nec credendum Leuwenhockio, vermes teretes in utero ovi figuram

ram assumere. Multæ etiam sunt difficultates, quæ alteri hypothefi obſtant, cum non videatur, quid vermium in mucilaginofa materia involutorum, curſum per tubas Fallopianas ad ovarium & ovula dirigat, & quomodo ex vermibus tales metamorphoſes contingere poſſint, quas paucorum dierum abortus in ovulo factus demonſtrat. Putat igitur Clariffimus Autor, non impoſſibile eſſe, ut in ſpermate humano vermes, ſi qui inveniantur, generentur ex copia & mora feminis, quam hoc in corpore virili agit, exiſtimat tamen, eos eſſe vermes ſui generis, accreſcere, ut vermes, & mori, ut vermes. Nec ſatis patet, unde hi vermes ortum ſuum ducant. Quod ſi enim in aere fluctuent eorundem ova, potius per huius motum verticoſum in tellurem præcipitentur, quam per os hominum & œſophagum ad ventriculum depellerentur; poſito autem, quod illuc pertingerent, non poſſent in tubo inteſtinali, ſucci pancreatici & bilis alterationibus ſubjecta, & dum cum ſanguine tam varios canales pertranſire coguntur, integra ſervari, antequam ad proprium nidum, organa ſcilicet ſpermatia, pervenirent, ibidemque excluderentur. Multo minus poteſt tam brevi ſpatio, quo ſperma excretum microſcopio applicatur, tam infinita multitudo vermium adeo uniformium ex aere illuc deponi, vel ovula excludi. Quod autem caput rei eſt, non poteſt ullus uſus vel officium explicari, quod vermiculi ſpermatia præſtare fuerunt crediti. Non enim ad ſuavitatem concubitus augendam generantur in ſemine, nec motu ſuo materiam ſpermatiam a ſtagnatione vindicant, nec in lymphâ ſubrili alimoniam ſuam inveniunt; quod Autor prolixius exponit. Inde ſequitur, per accidens tantum ad fuiſſe vermes, ſi qui in ſpermate virili fuerunt conſpecti. Probaturus vero in *Diſcurſu II*, quod generatio hominis per ovum fiat, provocat ad analogiam generalem, cui omnia vivencia ſunt ſubjecta; ſiquidem omnibus id commune eſt, ut ex ſemine ceu ovo originem ducant. Cuncta enim Vegetabilia, ex ſemine tanquam ovo, & infecta & animalia perfectiora, tam ovipara quam vivipara ex ovo naſcuntur. Pro diverſa tamen filamentorum, in ovis abſconditorum, delineatione modo planta exurgit, quæ animæ vegetativæ, modo animal, quod ani-

MENSIS SEPTEMBRIS A. MDCCXXIV. 407

mæ sensitivæ, modo homo, qui animæ rationalis particeps fieri potest. Eo minus autem de ovulis fœmininis & ex iis ortu generis humani dubitare nunc licere, perhibet, quo clarius jam detectæ sunt Tubæ Fallopiæ, ceu oviductus, quod nomen eo aptius his tribuitur, quo magis partim tubarum capacitas, partim motus versus ovarium, quo mediante semen virile ad illud defertur, & ovulum inde ad uterum ducitur, id clarius evincere videtur. Quæ sententia cum sanioribus probetur Medicis, non est, cur diutius eidem inhæreamus. Hisce discursibus addita est Epistola ad Autorem data Amici cujusdam, dubia quædam contra hanc hypothesein proponentis, quæ tamen a Nostro in Responsione solide remonentur. Adjectæ etiam sunt binæ aliæ Epistolæ, ab Alexandro Knips Macoppe, & a Matthæo Martini, illo Medicinæ Theoreticæ, hoc Logicæ in Academia Patavina Professore, ad eundem exaratae, qui Autoris studium admodum collaudant, currentique calcar addere allaborant.

Versuch einer gründlichen Erläuterung der merkwürdigsten Begebenheiten in der Natur.

hoc est,

**LUDOVICI PHILIPPI THÜMMIGII, A. O.
P. & Societatis Scientiarum Regiæ Borussicæ Sodalis,
Tentamen phænomena naturæ explicandi.**

Pars IV.

Halæ Magdeburgicæ, sumtibus Joh. Adami Spœrlii, 1723, 4.
Plag. 6.

TRes Tentaminum physicorum partes Cl. Autoris in Actis anni superioris p. 38, 184, 321 recensuimus: quas cum rerum naturalium curiosis mirifice placere intelligimus, ut de quarta quoque dicatur, operæ pretium judicamus. *Sec. 1* ex principiis opticis rationem deducit phænomeni admodum singularis, visionis scilicet in nocturnis tenebris ab oculo chorda disrupta læso. Demonstrat fibrillas nerveas ob inflammationem ex læsione

læsione ortam nimium tenas levi luminis a fixis transmissi concursione sensibiliter commotas fuisse. Unde non mirum, quod oculo sanato hæc videndi facultas rursus expiraverit. Quamvis autem non ineleganter rationibus singularibus probet, pupillam oculi læsi insigniter ampliatam fuisse; quod tamen hæc præcipua causa minime fuerit, hinc conficit, quia tantum luminis per istam aperturam illabi haud quaquam potuit, quantum litteris in libro impresso distinguendis sufficeret. *Sect. 2* describit machinam *Zacharie Greylii*, civis *Augustani*, qua incendium in conclavi subortum in instanti restinguitur. Structuram, ab inventore studiose occultatam, ex factis experimentis conjectat, effectusque rationes physicas adducit. Cum enim machina constet dolio aqua repleto & pulveris pyrii prope fundum delitescentis vi disjiciendo; acrem cum aqua in vapores resoluta, ob elasticitatem tum vi expansiva pulveris pyrii, tum calore insigniter auctam, undiquaque subita velocitate allisum auferre flammam, antequam pabulum sustentandæ sufficiens fuerit solutum. *Sect. 3* iridem lunarem solari simillimum ob raritatem phænomeni spectandam sistit. *Sect. 4* iudicium suum de stella *Ludoviciana*, in Actis anni superioris relatum, adversus invektivam *Cl. Liebknichtii* tuetur, nempe quod stellula ista non sit nisi fixa telescopica, quæ præ innumeris aliis nihil singulare habeat, cur sub peculiari nomine tanquam stella noviter detecta Astronomis commendetur, quodque ab observatore frustra quaesita fuerit non modo in Catalogis fixarum & Astronomicis scriptis ante usum telescopii promulgatis, verum etiam in scriptis illorum, qui alio sensu de stellis novis data opera scripserunt. *Sect. 5* casum chirurgicum singularem expendit, quo probat, succum nutritium a sanguine secretum secundum longitudinem ossium per eorum fibras moveri. *Sect. 6* ex observatione *Ruyfchiana* monstrat, ad coitum fecundum requiri, ut crassior seminis virilis massa non modo in uterum intret, verum etiam per tubam *Fallopianam* ad ovarium usque penetret, atque hinc signa fecundi coitus a *Sennerto* lib. 8 Medic. pract. part. 2 *Sect. 5* p. 35 2 relata a priori deducit, quantumque singulis sit tribuendum, exponit. *Sect. 7* in causas physicas phænomeni singularis,

ris, Solis nempe caelo sereno pallescentis ex observatione Cl. *Algeri* d. 1 Junii A. 1721 celebrata inquit, de quo jam A. 1722 dissertationem academicam conscripsit & in cathedra *Halle* publice defendit. Causam conjicit in vapores congelatos, grandinem nivofam constituentes, & hinc inde per aerem dispersos. *Seft. 8* probat, sanguinem quoque per ossa circulari, venis atque arteriis in iisdem existentibus. Atque ita finit Tentamina physica, indice copioso subjuncto, postquam in *Hassiam* evocatus *Cassellis* Philosophiam profitetur, ubi Serenissimus Princeps, rerum mathematicarum & physicarum ipse apprime gnarus, ejus in physicis & mathematicis consiliis utitur. Quoniam vero complures optant, ne laborem adeo utilem deserat; non vana spe lactamur, fore, ut absolutis, quos ad prelum parat, Philosophiæ *Wolfianæ* institutionibus ad commodiorem discipulorum usum, in explicandis Naturæ ac Artis phænomenis singularibus industriam suam minime desiderari patiatur.

EXCERPTA EX LITERIS CL. VERDRIESII, *Medicinæ ac Physicæ Professoris Giesfensis, ad Cl. WOLFIIUM, Consil. aulicum Hassiacum & Mathe- seos ac Philosophiæ primarium Professorem Marburgensem, de pulvere staminum apicibus in floribus adhærente.*

EX quo fructificationis apparatus in plantis, & organa propagationi specierum destinata curatius paulo expendunt rerum naturalium inquisitores, atque præeunte inprimis, cum *Neh. Grewio & Rajo, excellentissimo Rudolpho Jacobo Camerario, Tubingensium Professore celeberrimo, sexum, analogum sexui animalium, in iis agnoverunt: in eo quidem plerique consenserunt, farinam sive pulvisculum, apicibus super stamina in floribus positam atque commotis inhærentem, diversis coloribus conspicuum, feminis virilis munere hic fungi, atque granula sive ovula in styli, qui in medio staminum collocatur, parte inferiore, quam uteri vice fungi contendunt, la-*

tentia, atque semen fœmininum constituentia, fœcunda reddere. Sed quando modum, quo hæc fœcundatio per adspersionem pollinem fiat, dilucidius declarare voluerunt, in diversa abierunt. Plurimi halitus subtiles activos, qui e pulvere hoc, super styli partem superiorem, quam infundibulum vel tubam vocant, sparso, se expediunt, egrediuntur atque odore se produunt, data hic per tubam via in uterum ingredi, atque in femina sive ovula illic contenta se insinuare, & jam latitantia in iis germina sive plantarum rudimenta excitare, actuare & ad vivificationem commovere opinantur: haud aliter ac in animalibus aura feminis masculini, sive subtiliores agilioresque ejusdem partes, ovula fœminina, ex sententia plurium Physiologorum, fœcundo afflatu excitare solet. Quorum sententiam ex recentissimis quoque amplexus est Clar. VALLANT *Discours sur la structure de Fleurs*, libro in *Act. Erud. A. 1719 M. Mart.* recensito, et non doctiss. Anglus PATRICK BLAIR in *Tentam. Botan.* quæ recensentur in *Act. Erud. Supplem. T. VIII p. 45*, sed alii, inter quos est SAMUEL MORLANDUS, vid. *Observ. circa partes & usum florum in plant.* in *Act. Philos. Angl. A. 1703 No. 287*, & ex his excerpt. in *Act. Erud. A. 1705 Mens. Jun. p. 275*, aliique doctissimi Viri, farinam illam nihil aliud esse, quam congeriem plantarum seminalium sive germinum organicorum, quæ ex apicibus excussa & super infundibulum sparsa deducantur ad partem styli inferiorem, sive uterum, atque ibidem latitantia ovula, sive nudas vesiculas seminales ingrediuntur, easdemque plantis tenellis impleant, & sic fœcunda reddant, arbitrantur: plane ut, ex sententia virorum ex recentioribus Clarissimorum, vermiculi *Leeuwenbœkiani* in semine masculino animalium nantes, peracto fœcundo congressu, in ovula surrepunt, s'ingrediuntur & se insinuant. In hac opinionum diversitate sedulo in id incubui, ut farinam illam, in plurimis plantarum speciebus, circumspicte, accuratioribus microscopiis, examinarem, num forte aliquid, quod posteriori sententiæ favere posset, aut quod germinibus sive rudimentis plantarum simile esset, in illa deprehendere liceret: ita factum, ut pollinem istum, ex pluribus quam centum speciebus, microscopio exactiori subicerem ac sæpius

sæpius perlustrarem. At vero licet microscopium magnitudinem exilium horum granulorum pulvisculi illius insigniter augetet, ut cum figuram tum structuram illarum distinctissime perlustrare liceret, nil quicquam tamen conspiceret potui, quam congeriem granulorum in quavis specie sibi similium, fibrisque, ex quibus constare videntur, & vesiculis quodammodo pellucidis, ordinatim positis, nec non forma definita ac figura constante, organa certis usibus destinata, repræsentantium. Nihil detegere licuit, quod aliquo saltem modo rudimentum plantulæ referret.

Ex omnibus meis observationibus quinquaginta saltem hic exhibere volui, cum in reliquis nihil singulare aut diversum ab his conspiceret licuerit, eum in finem, ut alios ad ulteriorem perquisitionem invitarem. Si conjecturæ locus, prior sententia mihi quidem, ex observationibus hæc, probabilior videtur, atque granula illa pulverulenta, in loculamentis, aut capsulis membranæ, apicibus ordine collocata, sunt analogum quid testiculis animalium, in quorum fibrosa compage, vesiculis aut bulbulis interstincta, halitus illi subtiles, agiles, activi sulphurei, (quod cum ex odore, tum ex eo quoque apparet, quod pulvis ille per mediam insufflando adactus flammam luculenter, instar seminis, sic dicti, lycopodii, accendatur) præparantur, feceruntur, asservantur ad fœcundationem rite peragendam, haud aliter ac in vasculosa conglomeratione testium in animalibus subtilissima feminalis aura, vel, uti vocant, spiritus feminalis præparatur ac fecernitur. Sed ultra conjecturas rationales hic vix progredi licet.

Figur. 1 Pulvis flosculorum farris, seu Kornblüth-Staub, TAB. IV.
 2 Iridis palustris, 3 Tulipæ, 4 Brancæ ursinæ, 5 Periclymæ. Fig. 1 - 50.
 6 Lillii flavi fol. irid. 7 Lillii flavi, vulgo Feuer-Eilgen, 8
 Vitis, 9 Lillii albi, 10 Hyperici, 11 Zex, vulgo Spelßen,
 12 Papaveris, 13 Caryophylli, 14 Malvæ, 15 Nasturtii Indici,
 16 Strammonei, 17 Lysimachiz, 18 Scabiosæ, 19 Absinthii,
 20 Convolvuli erecti, 21 Clematidis, 22 Jasmini flor. alb.
 23 Rubi, 24 Nicotianæ, 25 Colchici, 26 Floris passionis,
 27 Speciei Strammonei, 28 Pulv. flosculorum Cucurbitæ,
 Fff 2 bitæ,

bitæ, 29 Cucumeris, 30 Jacobææ, 31 Brassicæ, 32 alius speciei Brassicæ, 33 Narcissi lutei, 34 Auriculæ ursi, 35 Hyacinthi flor. violac. 36 Pomi, 37 Taraxaci, 38 Fritillariæ, 39 Echii, 40 Coronæ Imperialis, 41 Napi, 42 Quercus, 43 Pyri, 44 Lilac seu syringæ cœruleæ, 45 Ranunculi, 46 Pœoniæ, 47 Hormini peregrini, 48 Aquilegiæ, 49 Laburni, 50 Flor. Pyramidal.

DISSERTATIO EPISTOLARIS DE NUMMO Vizonis, Oborritorum Regis, ad Virum Summe Reverendum, Dn. JOANNEM RAU, Præpositum ad Templum S. Nicolai dignissimum, ex cujus Museo hunc Nummum explicat & exhibet **JACOBUS PAULUS DE GUNDLING**, Regiæ S. Maj. Borufs. Consiliarius Intimus & Societatis Scientiarum Præses.

Berolini, imprimebat Christophorus Süsmilch, 1724, fol.

Plag. 2.

TAB. IV.
Fig. 51.

Quoties ego insignem voluntatem ac amplam propensionem in bonas literas & antiquitatum omnium gentium monumenta Statoris nostri **FRIDERICI I** æternæ memoriæ Regis Borussicæ potentissimi intueor, intueor autem sæpius; toties ingenti lætitia perfusus non infelices ego illos puto, qui Antiquitates & vetera rerum monumenta scrutantur, ac digniora ex coævis fideque dignis Scriptoribus explicare & cum temporis ratione componere assolent. Hæc ad mentem mihi revoco, dum nummum vetustate sua insignem, rerum memoria clarissimum, a nemine adhuc visum nec explicatum, nunc exhibeo; quem post nongentos, & quod excurrit, annos nunc tandem primum posteritati commendare possum, claro adhuc documento, res antiquissimas apud nos adhuc esse sepultas. Si recta oculorum ac mentis acie hunc nummum contemplantur, eum ex argenti sui pretio exiguum videmus ac palpamus: si vero vetustatem ac rerum gestarum memoriam spectemus, cum rarissimus sit, facile mihi persuaserim, rerum peritos inter recondi-



TAB. IV ad A 1724 M. Sept. pag. 411.



conditæ vetustatis, imo inter antiquissima harum regionum monumenta hunc nummum esse relaturos. Caput videmus Regis spectabilis, corona insignitum, ornatu egregium, amictu regio vestitum, cui in vertice pro more suæ gentis Luna imminet; imo appositæ in frontis utroque latere Stellæ decus & ornamenta demonstrant, in cujus circumferentia nomen VIZO apparet, latinis literis expressum, Regisque in nummo conspici summam dignitatem satis exhibet. Ex historia facile constat, Obotritorum populum Reges suos habuisse, quorum gens & stirps in Sereniss. Mecklenburgensium Ducum progenie adhuc durat, qui atavis editi Regibus, omnes Europæ Reges vetustate generis sanguine suo regio antecellerent, nisi iniquiora fata eos de folio deturbassent, & eos in sortem Ducum & S. R. Imperii Principum redegerent. Obscurissimis Germaniæ quidem rebus Annalium Francicorum conditores insignem lucem solent affundere, dum in eis ea nobis exhibent, quæ Divus Carolus Magnus tam in bellis suis contra Saxones, quam in illis, quæ contra Wilzorum in his terris tum temporis Regem Liubi susceperat. Vixerunt in Gallia, ut & in Germania, clarissimi Viri, qui æternam laudem in edendis haram rerum monumentis sunt promeriti; optime autem inter omnes Eginhardus illas expeditiones exposuit, quas A. 782 in Westphalia contra Saxones suscepit Carolus, quibus factum, ut Imperium Caroli M. in ripa Albis staret. Elapso postea septennio, A. 789 de devincendo, inter Albim & Viadrum, Wilzorum Rege serio cogitavit Carolus Magnus, quarum gentium memoria in vico Wilzenac, Wiltberg, ac multis in Marchia Brandenburgensi locis adhuc conservatur. Regnabat illic late Rex Liubi, Princeps fortis & potens, Francorum Regi minus æquus, Saxonibus vero amicus, qui Wizano, sive Vizoni nostro, in Prignitia Obotritorum Regi & ad Havelum usque regnanti, infestum se præbuit, qui Carolo M. * fœdere junctus erat. Igitur Carolus M. cum insolentiam Regis Liubi & suorum amplius ferre non posset, Rhenum cum exercitu Coloniam trajecit,

F ff 3

inde

* Eginhardus in historia Caroli M. & Lud. Pii.

inde per Saxoniam iter agens, ad Albim pervenit, bellum Wilzis illaturus. Quemadmodum vero historia, optima rerum magistra, rerum gnaris optima suggerit consilia; ita Carolus M. consilium Tiberii, quod Vellejus describit, securus est, qui, postquam Longobardos, aliasque vicinas gentes expugnare cogitaverat, ex Frisia in Albim per mare classe advectus, late victricia signa ad Albim circumtulit; quibus vestigiis Carolus M. incedens, classe a Frisiis adducta, non solum per mare in Albim, sed mox in Havelum fluvium penetravit, ac in utraque ripa castra posuit. Ipse vero Albim cum exercitu trajecit, ac pontibus factis, castrisque rite positis Wilzorum agros ingressus, omnia ferro & incendiis miscuit, ac tandem Vizione nostro in armorum societatem adducto, ad Civitatem Wilzani Regis scil. Liubi, Dragewithi, pervenit, & Wilzos, licet fortes & numero valentes, imperata facere coegit. Est illa Civitas Dragewithi insigne hodie in Zuchensi districtu castrum, quod equites de Rochau ab Electoribus Brandenburgensibus a longis retro actis seculis sub medio duodecimo ut beneficium tenent, quodque adhuc Dragewith ab omnibus accolis appellatur. Illic cum Wilzano, sive Wilzorum Rege, *Vizo* seu *Wizan* Obotritorum Rex fidelitatis sacramentum Carolo M. juravit, qui sumtis obsidibus, rebusque magna fortitudinis laude peractis exercitum ad Albim reduxit. Igitur *Vizo* noster cum Carolo Magno foedus percussit, ac potestati se illius subdidit, fidusque nuntus illius observavit. Persistebat igitur fidissimus noster *Vizo* in fide Carolo Magno data, maxime cum A. 795 Saxones arma contra Carolum M. movere, ac seditione Francos ex Orientali Saxonia sive Ostfahlia ejicere secum constituissent. Igitur Carolus M. relicto apud Moguntiam Francorum Procerum conventu, bellum Saxonibus movere necesse habuit, qui magnis itineribus Bardevicum pervenit, ibique non procul a Lüneburgo castra posuit, ac illuc Vizonem nostrum Obotritorum Regem, in Prignitia & adjacentibus regionibus orientem versus regnantem, cum iusto exercitu suorum jam iter accelerantem expectavit. Cum autem *Vizo* noster apud Lenzenam urbem, quam Francici Scriptores Linus, alii Linuhini & Linchuhini

MENSIS SEPTEMBRIS A. MDCCXXIV. 417

ni appellant, navigiis exercitum Albim trajiceret, in ipso flumine in dispositas a Saxonibus insidias incidit, ac illic ab illis est interfectus. Ægerrime mortem tanti Regis tulit Carolus M. quam ulturus ferro & incendiis, late Saxoniam Orientalem devastavit. His igitur insidiis fatisque terris ereptus est noster *Vizo*, cujus nomen satis scite in hoc nummo expressum est. Regem ipsum appellant Eginhardus aliique, & corona in capite *Vizonis* satis demonstrat, eum Regem fuisse, additoque Lunæ in capite dimidiæ signo, quo præcipue Venedi utebantur, uti in insignibus urbium, bello captarum & Venedis ereptarum, ad oculum patet, quo signo nunquam Germani ab aliis distinguiebantur. Nullus ex Venedis Regibus hoc *Vizonis* nomen tulit, ut hic igitur, quem Francici scriptores *Wizanum* vocant, unus & solus sit ex Obotritorum Regibus, qui illud nomen tum temporis gerebat. *Vizonis* nomen Latinæ literæ exprimunt, cum Venedi nunquam literis nationi suæ propriis sint usi, eo modo, quo Germani Latinas literas suas fecerunt, maxime eo tempore, quo Obotriti Francis fœdere juncti erant, ac ab illis eas accipere facillime potuerunt, uti ex multis Venedorum nummis, Suantovitum, Radagastum, aliosve Reges præ se ferentibus, alio tempore sum expositurus. Habebunt sane Franci Obotritorum Regem in nummo expressum, in historia Caroli Magni notatu dignissimum, subditum quondam Franciæ Regno, amicum & Caroli M. fœdere junctum, habent & magnum argumentum, venisse ex Francia in has oras primum litteras, maxime cum in his terris nullum antiquius litterarum apud nos sit aut adhuc extet monumentum.

HISTOIRE DE LA PHILOSOPHIE PAYENNE.

hoc est,

SENTENTIÆ PHILOSOPHORUM ET POPULORUM ETHNICORUM DE DEO, DE ANIMA HUMANA, DEQUE OFFICIO HOMINIS.

Tomi II.

Hagæ,

Amplitudinem tituli hujus Operis ipse Autor, qui nomen suum haud profitetur, in ipsa statim inscriptione coerces intra certos limites, se ostendens exhibiturum sententias ethnicorum de Deo, de humana anima, deque hominum officiis. Ac duo quidem priora argumenta priore Tomo tractat: posteriori alterum Tomum dicavit totum. Versatur autem Autoris labor in eo, ut, quæ senserunt veteres, luculentissimis testimoniis abunde confirmet. Quocirca totum opus constat dictis ac narrationibus veterum pariter ac recentiorum, unum in locum concinne conductis. Quare nec Præfatione opus esse duxit Autor, sed *ἀνευ προοιμίας* statim rem ipsam aggreditur.

T. I. *Cap. I* ostendens, existentiam Numinis, quanquam plerisque Philosophos habeat subscriptores, tamen nec oppugnatoribus carere inter Philosophos, & ignorari a magna parte gentium barbararum. Ad has quod attinet, initio eos e junioribus nominat, qui dari statuunt gentes, apud quas nulla sit suspicio Dei, ut cum Cicerone loquamur, Bælium, Thomassinum, Arnaldum, Gassendum, Huetium. Deinde producit testimonia veterum de populis sensu Numinis carentibus. Hinc magnum numerum exhibet nostræ superiorisque ætatis scriptorum, eorum potissimum, qui Itineraria scripta reliquerunt, qui testem afferunt propriam experientiam ad probandum, existere nationes prorsus *ἀθεῖς*. Imprimis de Sinensium, sectæ cujusdam literatissimæ, & ipsius Confucii atheismo agit, productisque testibus quamplurimis, eum negari haud debere, contendit. Quanquam jam dudum Viri quidam eruditissimi observarunt, ejusmodi testes vel non satis explicasse sententiam illarum gentium de Deo, vel venisse ad populos ita immanitate efferatos, ut non fiat habendi pro *ζώοις λογικοῖς*, sed pro bestiis rationis expertibus. *Cap. II*, allatis divinæ essentiae descriptionibus veterum, eorundem sententiam producit de spiritualitate Dei. Hinc longum exhibet agmen eorum, qui jam ante Spinozam foverunt ejus errorem *κύριον*, statuentis, ipsum mundum esse Deum, extraque mundum

dum Numen dari nullum: ac merito miratur, tam ineptum errorem invenisse sectatores, idque tam multos. *Cap. III* ostendit, unitatem Dei & Poetis persuasam fuisse & Philosophis, imo etiam nationibus permultis. Cum vero fuerint, qui duo statuerent rerum principia sive duos Deos, cum de Philosophis, tum etiam de gentibus huic doctrinæ addictis profert luculenta testimonia. *Cap. IV* testimonia exhibet, e quibus apparet, veteres Deo tribuisse immutabilitatem, *Cap. V* æternitatem, *Cap. VI* immensitatem, *Cap. VII* scientiam omnium, quæ fuerunt, sunt, & futura sunt, *Cap. VIII* omnipotentiam, (quam tamen addit a Plinio aliisque paucis revocatam fuisse in dubium,) *Cap. IX* bonitatem & benignitatem naturalem, per quam fieri haud possit, ut ad ipsum referatur origo malorum; *Cap. X* providentiam, (cujus tamen oppugnatores, Epicurus & alii, non prætereuntur silentio.) *Cap. XI* justitiam, qua & fiat, ut post hanc vitam boni bene, mali male se habeant. *Cap. XII* docet, de origine mundi quid veteres crediderint, ostenditque, Philosophos plerosque omnes æternitatem tribuisse materiæ, ac statuisse, materiæ jam existenti Deum dedisse eam, quam nunc habet, formam. Quem errorem cum scriptores ecclesiastici acriter impugnarint, tanquam Christianæ religioni maxime contrarium, Autor eos adducit magno numero, paucis etiam postea agens de iis, qui plures statuerunt mundos.

Finita tractatione ethnicorum de Numine opinionum, eorum de anima sententias exhibet doctissimus Autor. *Capite* igitur *XIII* producit Philosophos, qui spiritualitatem asseruerunt humanæ animæ, nec eos prætermittens, qui contraria fuerunt in sententia. Observat etiam, Patres Ecclesiæ nonnullos animæ tribuisse naturam corpoream: id quod valere putat ad excusationem ethnicorum Philosophorum eodem in errore versatorum. *Cap. XIV* ostendit, & Philosophorum & populorum ingentem multitudinem patrocinatam esse immortalitati animæ: simul eos adducens, qui, interire juxta cum corpore totum hominem, sibi persuaserunt. Cum vero hebetiores Philosophi, animam extra corpus posse existere non intelligentes, amplexati fuerint dogma de *μετεμψυχώσεις*, etiam hujus fautores ac

defensores, veteres pariter ac hodiernos, commemorat. *Cap. XV* de origine humanarum animarum sententias prisorum ethnicorum scrutatur, operæ etiam pretium se facturum ratus, si hac occasione Patrum Ecclesiæ diversas de difficili hoc argumento opiniones proferret. *Cap. XVI* docet, Philosophos libertatem agendi animæ tribuisse communi consensu, etiam eos, qui *fatum* statuerunt. Atque ideo ostendit, sententiam de fato amice conspirare posse cum doctrina de Dei providentia & animæ libero arbitrio. *Cap. XVII* manifestum facit, veteres Philosophos necessitatem auxilii gratiæque Numinis agnovisse ad rite cognoscendum verum, atque ad bene sancteque vivendum, Stoicis quibusdam exceptis, quos tamen ipsos aliis locis veriori sententiæ locum reliquisse ostendit.

T. II.

Nunc ad moralia veterum ethnicorum placita promotus pede, *Cap. XVIII* diversas Philosophorum recenset de summo bono sententias. *C. XIX* normam actionum humanarum considerans, ostendit, statuisse plerosque Philosophos legem Dei æternam, per paucos negata justitia naturali non nisi humanas leges agnovisse. *Cap. XX* docet, Philosophos externo Numinis cultui, qui in sacrificiis consistit & oblationibus, longe prætulisse cultum internum, additis crebris cohortationibus, ad Deum sincere amandum fundendas ad eum preces. *Cap. XXI* præclara veterum dicta congerit de amore proximi deque misericordia erga egenos, & hac occasione eorum commemorat sententiam, qui statuerunt, bona omnia omnium esse debere communia. Ac tantum abest, ut Autor noster istam communionem bonorum inter *τὰ ἀδύνατα* referat, ut etiam adducat populos, apud quos ea viguerit. *Cap. XXII* adducit Philosophos, qui inimicos etiam amari iusserunt. *Cap. XXIII* de mendacio agit, quod a Philosophis ac sapientiæ laude claris gentibus damnatum esse, postquam ostendit, eorum profert exceptiones, qui dari casus crediderunt, quibus liceat falsum pro vero dicere, idque asserentes Ecclesiæ Patres adjungit. *Cap. XXIV* ostendit, quam sancte habendum censuerint veteres iurandum, quamque horrendum erimen ipsis visum fuerit perjurium. *Cap. XXV* de avaritia, vitio maxime fugiendo, dicta veterum recitat; *Cap. XXVI* de pietate erga parentes, ab omnibus gentibus relata inter officia præcipua;

Cap

MENSIS SEPTEMBRIS A. MDCCXXIV. 479

Cap. XXVII de furto; *Cap. XXVIII* de temperantia; *Cap. XXIX* de castitate. Longum hoc caput est lectuque jucundum. Primo enim docet, p̄ne ubique terrarum ac gentium magno in pretio fuisse castitatem. Deinde illos populos commemorat, apud quos non fuit flagitium scortarier. Hinc, studium perpetuæ virginitatis quanti apud ethnicos æstimatum fuerit, quamque incestum ii abhorruerint & adulterium, ostendit. Interjecto perexiguo *Capite XXX* de ira, *Cap. XXXI* dicta veterum de homicidio exhibet copiose, nec illos omittens, quibus persuasum fuit, mortem voluntariam esse permissam. Denique *Cap. XXXII* dicta veterum in avaritiam gloriæ legenda proponit

Emensus jam Autor campum, quem ingressus erat, ultimo loco aliquot exhibet *enquiries*. Primo igitur *Cap. XXXIII* contendit, nullam esse theologiæ naturalis doctrinam, quam non reperire liceat apud ethnicorum Philosophos, idque singulatim ostendit. Hic loci forte nactus commodam occasionem, de Sexti Pythagorei gnomis docte disputat, & aliquot argumentis p. 222. sqq. evincit, autorem earum fuisse utique ethnicum, sed interpolatas deinceps eas fuisse & auctas a Rufino. Altera sententia Autoris nostri est *Cap. XXXIV*, nullam Philosophorum fuisse sectam, quæ non foverit errores aliquot graviores: idque manifestum facit eundo per singulas philosophantium familias. Tertio *Cap. XXXV* persuadere nobis conatur, nullam esse virtutem, quam non observare liceat cultam fuisse a nonnullis ethnicis: eamque in rem adducit festivam sanctissimorum hominum copiam ethnicorum. Illud tamen *Cap. XXXVI* fatetur & edisserit, non ullum eorum perfectam consecutum fuisse virtutem, sed optimos quosque notabilibus nævis fuisse insignes. Hoc ut lucidissime appareat, ostendit, quid vitiosi animadvertere liceat in Pythagora, Aristide, Socrate, Platone, Xenophonte, Aristotele, Dione, Phocione, Timoleonte, Catone utroque, Bruto, Seneca, Apollonio, Antonino Pio & M. Antonino Imperatoribus.

CHRISTIANI AUGUSTI SALIG DE EUTYCHIANISMO ANTE EUTYCHEN, SIVE DE EUTYCHIANISMI VERE AC FALSO SUSPECTIS TRACTATUS HISTORICUS & THEOLOGICUS.

Quam aliquot abhinc annis Cl. Autor in *Novis literariis*, quæ hic Lipsiæ publicantur, promiserat *Historiam Eutychnianismi*, ejus nunc exhibet prodromum, singulari hoc libro percellens eos, quibus jam ante Eutychem sive jure sive injuria tributus fuit Eutychnianus error, quo dux in Christo naturæ, humana & divina, commiscetur & in unam confunduntur. Non est quidem Cl. Autor in ea sententia, ut credat, errorem illum errasse Eutychem. Quinimo in Historia illa, quam diximus, luculenter sperat se demonstraturum esse Eutychnis innocentiam. Cum tamen erroris illius convictus vulgo credatur Eutyches, Cl. Autor non duxit alienum, ceteros quoque omnes producere in medium, qui ejusdem erroris fuerunt accusati jam ante Eutychnis tempora. Nec vero Cl. Autor, dum Eutychnis patrocinium suscipit, & hoc ipso libro etiam Nestorii, novitatis objectionem extimescit. Nam *opinionis vetustas*, inquit in Præfatione, *aut temporum præscriptio veritati nil derogat. Verum manet verum, licet per mille annos falsum sit creditum: & falsum est falsum, licet a sanctissimis Patribus & mille Conciliis pro vero habitum sit.* Venimus jam ad Opus ipsum.

Cap. I.

Quod aliis accidit hæreticis, ut veterem aliquem errorem ex orco revocasse arguerentur, idem expertus est Eutyches, cui cum a Patribus, tum in Conciliis, id crebro fuit objectum. Ac

II.

primo Valentinianam hæresin renovasse quibusdam visus est Eutyches, & statuisse, Christum e cælo carnem suam detulisse ac per Mariam tanquam per tubum transiisse. Certe Theodorctus hanc tribuit Eutychni sententiam. Verum Cl. Autor negat, id juste & ex vero fieri, cum Eutyches diserte *anathematizavit Valentinum & eos, qui dicunt, carnem Domini de cælo descendisse.* Cum vero Valentinus nactus sit discipulos in multis a magistro dissentientes, Cl. Autor observat, Beronem Valentinianum prope accessisse ad Eutychnianam hæresin, dum statuit, *carnem Christi eandem operationem habere, quam divinitatem, & divinitatem eandem habere passionem, quam carnem.* Hæc

III.

opinio illustratur ex Hippolyto, cujus tamen liber contra Beronem exfians an genuinus sit, Cl. Autor dubitat, duces sequens

Bafna-

MENSIS SEPTEMBRIS A. MDCCXXIV. 421

Basnagium & Petavium, atque inde concludens, nondum probatum esse, Valentinianos fuisse Eutychnianos ante Eutychem. Cum vero in Justini Martyris *Expositione fidei* refutetur Eutychnianismus, ne quis hinc colligat, illo jam ævo existisse Eutychnianæ sententiæ patronos, docet Cl. Autor, libellum illum a viris emunctæ naris recte abjudicari Justino, adeoque nec hinc probari posse Eutychnianismum ante Eutychem. Nec Leonis Papæ factum comprobatur, qui Marcionem hæreticum accusavit Eutychnianismi. Docetas vero quodammodo Eutychnianizasse consentit, itemque Praxeam, quem istius erroris reum peragit e loco quodam Tertulliani. Quando vero Leo Papa suspicatus est, Eutychem ex Origene hæresin suam hausisse, Noster ex eo, conjecturam hanc vanam esse, sibi persuadet, quod illiteratus homo fuit Eutyches, qui an unquam de Origene sententiis audiverit, jure dubitetur. Nec tamen negat, Origenem talia scripsisse, quæ redolere videantur Eutychnianismum: simul tamen sentiens, fas esse, dicta ejus meliorem interpretari in sensum. Manichæos etiam præcursores fuisse Eutychnis, sunt, qui existiment. Sed Cl. Autor contendit, carere prorsus fundamento hanc sententiam. Progressus hinc ad Arianos, eos quoque ostendit Eutychnianismi postulatos fuisse a Vincentio Lirinensi. Sed convincit hujus errorem Cl. Autor, dicens, longe ab Eutychnianismo distare Arianorum sententiam. Qua occasione & producit multa veterum loca, quibus Arius cum Apollinare sensisse arguitur, Christum assumpsisse corpus humanum sine anima. Sed & hanc refellit sententiam, simul confutans Petavium & Tillemontium, qui, Arianos reos esse Eutychnianismi, demonstrare sunt annisi. Eodem modo Eunomium, qui a Theodoro, Nemesio, aliisque veteribus Eutychnianismi accusatur, crimine hoc liberat Cl. Autor, simulque pluribus de Eunomia agit & ejus doctrinam, quam satis scædam esse ait, ut non sit opus, eam sordibus Eutychnianis reddi scædiorem. Nunc vero Demophilum producit, Patriarcham Constantinopolitanum, quem tam crasse errasse Eutychnianum errorem docet, nulli ut excusationi locus relinquatur. Apollinaristas etiam, qui uno ore a veteribus accusantur Eutychnianismi, proximos fuisse Eutychnianis concedit. Simul tamen fervorem Patrum quorundam contra Apollinarem

Ca. IV.

V.

VI.

VII.

VIII.

IX.

X.

XI.

XII.

XIII.

422 ACTA ERUDITORUM

reprehendit, quem virum doctum simul & pium fuisse judicat, ac sententiam Apollinaris justo foedius putat depingi: imo eum in modum interpretatur ejus sententiam, ut videri queat orthodoxa. In eodem tolerari oportuisse censet illam loquendi formulam, qua Christum vocitavit *hominem Dominicum & Deum carniferum*, cum ipse Athanasius Christum his nominibus affectisse legatur. Notatu vero dignum, ipsum Eutychem in Synodo Constantinopolitana provocasse ad consensum Athanasii hac phrasi usi; *una natura Verbi incarnata*. Leontius olim, & hodie quoque nonnulli, verba illa Athanasio fuisse supposita, queruntur, totumque *de incarnatione Verbi* librum. At Cl. Autor id sine justa causa fieri censet, ac verba illa, a multis orthodoxis Patribus usurpata, totumque Athanasii locum, in eum sensum interpretatur, ut repugnet potius, quam faveat Eutychanismo. Ceterum cum inter Athanasii Opera essent libri nonnulli hæresin Eutychem oppugnantes, Autor concludit, jam ante Eutychem existisse Eutychianos: deinde tamen suspicatur, Cyrillum corrupisse paulisper Athanasii ad Epictetum epistolam, ac ceteros etiam libros esse subdititios. Hac occasione etiam Symbolum Athanasianum rejicit inter scripta supposititia, allatis argumentis firmissimis, quibus permotus hodie cordatissimus quisque theologus id Athanasio abjudicat. Quam vero facile excusavit Athanasium, tam juste accusari Eutychanismi putat Gregorium Thaumaturgum, cujus locum ex *Expositione fidei* adducit, eoque contineri ait purum putum Eutychanismum. Sunt quidem, qui negant illius libri Autorem esse Gregorium. Sed inanis hæc exceptio videtur Cl. Autori, qui potius ingenue fatendum esse statuit, errasse Gregorium & inconsiderate scripsisse. Negat tamen, Gregorium ideo hæreticis adscribendum esse locum, cum non pertinaciter defenderit eam sententiam, sed improvide eam receperit. Hinc considerandam suscipit famosam illam Julii Papæ ad Dionysium Alexandrinum Episcopum epistolam, quam totam esse Eutychanam facile agnoscitur. Negarunt quidem jam olim nonnulli, ejus autorem esse Papam illum: & hodie Pontificii omnes eam *voðeioes* accusant, exstatque eam in rem singularis Dissertatio doctissimi Muratorii. Noster vero sigillatim refellit hujus argumenta, & cum Balzo statuit, Papam esse verum hujus epistolæ scriptorem, &

ex ea

Pap. XIV.

XV.

XVI.

XVII.

MENSIS SEPTEMBRIS A. MDCCXXIV. 423

ex ea probari posse, Papas erroribus esse obnoxios. Quod vero attinet ad Dionysium Arcopagitam, qui & ipse reus factus est Eutychnianismi, initio Cl. Autor iis assentitur, qui *Ψευδοπύραφα* judicant opera ejus, nec dubitat, Pseudo-Dionysium illum vixisse & scripsisse post Chalcedonense Concilium, & quidem ante annum Christi 533. Imo credit, eum scripsisse suos libros eo fine, ut defenderetur illud Concilium, & stabiliretur orthodoxia hujus dictionis: *una natura incarnata*. Non igitur aut Caveo subscribit, qui eum pro Apollinarista habuit; aut Oudino, qui Eutychnianis eum aggregavit; sed cum Dallæo statuit, eum omnino fuisse orthodoxum, & cum docuit *unam deivirilem operationem in Christo*, negligentia potius, quam hæreseos accusari oportere. Scilicet Pseudo-Dionysius ille clare notat & rejicit Eutychnianorum errorem. Atque hanc justam esse causam, censet Cl. Autor, illa ejus loca, quibus favere videtur Eutychnianismo, meliorem in partem interpretandi. Nec illos patitur adscribi Eutychnianis, qui quidem naturarum distinctionem in Christo nondum passo concedunt, at post resurrectionem humanam naturam ajunt a divina fuisse absorptam: quanquam haud negat hos errasse graviter. Simile fert judicium de Hilario, Eusebio Cæsariensi, aliisque, qui Christo non verum, sed phantasticum vel cæleste corpus tribuerunt. Illos vero Patres prorsus ab errore Eutychniano excusat, qui de duabus Christi naturis usurparunt vocabulum *καρσσεως* & *commixtionis*, eosque contendit orthodoxissimo sensu voces has adhibuisse. Hinc facta digressionem ostendit, *Sermonem de assumptione B. Mariæ ad Paulam & Anastochium*, quo Eutychniana hæresis impugnatur, non habere autorem Hieronymum, sed fortasse Sophronium, non illum Hieronymi familiarem, quæ sententia Erasmo placuit, sed alterum Hierosolymitanum, qui vixit sæculo septimo. Nunc vero Cl. Autor, delatus ad Nestorium, cui itidem a nonnullis imputatus fuit error Eutychnianus, totam describit Nestorianismi historiam, quæ sex Capita implet, ducibus usus Doucino, Garnerio, Petavio, Dupinio, aliisque. Ac de Nestorio quidem sentit mitius: e contrario Cyrillum Alexandrinum, ejus antagonistam, tam pravum hominem fuisse statuit, ut *vix sibi persuaderet, Christianum, ne dum Episcopale nomen tantorum facinorum tamq; ferivorum certanimum capax esse posse*. Is, inquit, nisi Pharisæo fastu solus sapere voluisset, forte, exorta controversia in prima herba fuisset exstincta, & amica collatione facta apparuisset, puram putam *λογουμαχίαν* esse. Addit, Cyrillum hunc contradicendi studio abreptum in oppositum incidisse errorem, factumque esse *omnium Eutychnianorum patriarcham*. Pag. 228 scribit, sententiam de duabus in Christo personis affectam fuisse Nestorio, neque eam exculpi posse ex Nestorii dictis scriptisque, quæ super sunt. Etiam narrationem de misera morte Nestorii p. 382 refert inter fabulas, observans simul, *antiquum morem esse, hæreticos violenta & insolita mortis commentis scardare*. Hinc sing. lari Capite disquirat, an Nestorius fuerit hæreticus, totamque controversiam Nestorianam contendit *λογουμαχίαν* fuisse, nec veretur & orthodoxie & innocentie laudem tribuere Nestorio. Nec sine Dei providentia factum esse putat,

Cap. XVIII.

XIX.

XX. & XXI.

XXII.

XXIII. : -
XXVIII.

p. 215.

XXIX.

putat, ut quædam Nestorii scripta sint conservata. Ex iis enim verum
 ejus dogma satis intelligi posse. Optat inter hæc, ut vocabulum *Θεω-
 ρο-* *π* *ο* *ς* nunquam auditum esset in Ecclesia: inde enim propullulasse τῆς
 Μαριολατρίας. Ne vero Autor solus propugnare videatur pro Nestorii
 innocentia, sequenti Capite ostendit, idem secum de Nestoriana causa
 sensisse e veteribus Joannem Antiochenum, Theodoritum, & Socratem;
 e junioribus Edm. Albertinum, Bælium, Sam. Basnagium. Lutherum, ac
 Lucam Osiandrum: quibus *Cap. seq. p. 321* addit Egidium Gaillardum,
 Jo. Croium, & Davidem Rodonem. Ultimo hoc Capite Cl. Autor fuse
 disputat de Cyrilli Eutychnianismo, tandemque in hæc summam confert
 omnia, ut statuat, Cyrillum quidem ab omni Eutychnianismi suspitione
 liberari non posse, sed, cum idem omni studio ab se sit amolitus crimen
 Eutychnianismi, hinc sequi, Cyrillum, quid dixerit senseritve, nescivisse,
 abreptum fervore iræ zelique; adeoque non esse eum habendum pro
 hæretico, cum, quæ Eutychniano stylo scripserit, ipse hæretico sensu capi
 nolit, adeoque imprudentiæ potius & insipientiæ reus sit, quam hæreseos.
 Aperit etiam Cl. Autor hac occasione suam de Concilio Ephesino senten-
 tiam. Scilicet statuit, non fuisse rectorem hujus Concilii Spiritum fan-
 ctum, sed Cyrillum: puram quidem doctrinam de una persona ibi fu-
 isse constabilitam; sed simul innocentem Nestorium condemnatum fu-
 isse, ac improbum Cyrilli zelum a Patribus Concilii illius fuisse com-
 probatum. Atque hoc respectu, ait Cl. Autor, se non posse non Concili-
 um Ephesinum maximo averfari opere.

Subjiciuntur quatuor *Appendices*, quarum *prima* iis, quæ supra
 jam de *Expositione fidei* Justino Martyri adscripta sunt, Cl. Autor
 addit refutationem illorum argumentorum, quibus nuper Lequienius
 evincere studuit, a Nestoriano quopiam librum illum esse confectum.
Alter ostendit contra Bullum, Dionysii Alexandrini ad Paulum Samo-
 satenum Epistolam esse supposititiam. Si quæris, quis eam composuerit,
 suspicatur Cl. Autor, vel Cyrillum ipsum vel alium ab eo subordinatum
 hanc epistolam composuisse & præfixo Dionysii nomine in publicum
 emisisse. *Tertia* fragmentum quoddam Felicis Papæ, qui & ipse reus est
 Eutychnianismi, considerat, inde tamen haud apparere judicat, cum fau-
 torem fuisse erroris Eutychniani. *Quarta* denique de Chrysofomi cele-
 berrima illa ad Cæsarium Epistola disputat. Ac initio quidem historiam
 hujus Epistolæ persequitur. Deinde locum inde eum, qui transubstanti-
 ationi adversatur, producit. Tum eam pronuntiat supposititiam, præ-
 fatum tamen, istam sententiam non esse fraudi causæ Protestantium. Ino-
 novum ait hinc emergere argumentum pro doctrina Protestantium. Si
 enim, inquit, sæculo quinto vel sexto, quo hæc epistola confecta fuisse
 videtur, in Ecclesia nondum audita fuit transubstantiatio, quanto mi-
 nus Chrysofomi xvo receptus esse potuit error ille? Ceterum non sus-
 figit Cl. Autori, dixisse, dolum suppositionis ex omnibus pæne verbis
 hujus epistolæ elucere; sed promit etiam octo rationes ad confirman-
 dam suam sententiam, quæ eo omnes redeunt, quod in hac Epistola
 clarissime impugnetur Eutychniana hæresis, quæ tamen post Chry-
 sofomi mortem demum fuerit exorta & oppugnata.

ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsia

Calendis Octobris Anno MDCCXXIV.

ÆLII ARISTIDIS, ADRIANENSIS, OPERA omnia, Græce & Latine, in duo Volumina distributa. Cum notis & emendationibus Guil. Canteri, Tristani, Palmerii, T. Fabri, Spanhemii, Normanni & Lamberti Bosii; adjunctis insuper veterum Scholiis, & Prælegomenis Sopatri Apameensis, ab erroribus ut plurimum repurgatis. Græca cum MSS. codd. variis & præstantissimis collata recensuit, & Observationes suas adjecit SAMUEL JEBB.

Oxonii, e Theatro Sheldoniano, 1722, 4 maj.

Alph. 3 plag. 18.

Prestantissimi Rhetoris, *Ælii Aristidis*, jam olim ea fama atque gloria fuit, ut ad copiam Demosthenis, ad vim Isocratis, ad elegantiam denique optimi cujusque inter magna Veterum nomina proxime accedere censeretur. Quanta cum utilitate studio suo incubuerit, & quam non frustra orationes habuerit, & Smyrna, & multæ aliæ civitates expertæ sunt. Invaluerat ejus ætate mos quidam ex tempore de quacunque re perorandi, isque multum pristinæ Rhetorum gloriæ detraxerat. Ipse vero, quod aliquando Marco Imperatori Aristidem dixisse testatur Philostratus, ex iis non erat, *qui vomunt, sed ex iis, qui studio elaborare solent.* Sive ergo his artibus, sive ingenio & optimarum disciplinarum diutina tractatione tantum profecit, ut scripta ejus, quotquot ad nos pervenerunt, non sine intima voluptate perlegi queant. Sunt quidem in iis, quæ

H h h

non

non adeo comta, quæ etiam vulgaria videri queant: sed eorum culpa aut in librarios ineptos, aut in usum sæculi merito transfertur: eo magis, quod omnium, quibus cum plebe res est, ea miserabilis sit conditio, ut non omnia doctioribus, sed multa imperitis auribus dare debeant. Igitur jam olim magnus ille Spanhemius mirabatur, cum eruditi Angli tot Græcis scriptoribus operam suam commodarent, neminem tamen ex iis Aristidi aliquid temporis donare; cum tamen tot codices manu exarati in Angliæ bibliothecis reperirentur. Excitaverat ea res Germanum quemdam, qui eo tempore apud Britannos agebat; isque & meliorum codicum varias lectiones descripsit, & alia multa collegit, quæ huic Rhetori multum lucis affundere potuissent. Sed præter omnem opinionem diutius justo morabatur illa nova editio, & Clariss. *Samueli Jebb* hæc gloria mansit, quod post Guil. Canterum solus omnibus Aristidis operibus manus admovevit, & luculenta editione eruditos sibi devinxerit. Is non modo septem codices Baroccianos, duos Bodlejanos, Oxoniensem unum & unum Cantabrigiensem diligenter cum editis comparavit, sed etiam a Celeberr. Bernardo de Montfaucon varias lectiones orationum Platoniarum de Rhetorica codicis Coislilianiani accepit; præterea autem editionis Florentinæ duo exempla ad manus habuit, quorum alteri Fed. Morellus quasdam diversitates codicis vetusti adscripserat, alterum autem Isaaci Casauboni adnotationibus ornatum. His subsidiis effectum est, ut emendatior multo Aristides nunc prodeat. Ita scilicet in Oratione *eis βασιλέα* pag. 66 ex Barocciano 6 restituit: τῆτο δὲ τὸ ἔνομα λείπεται μίσην τῆ γένεσ, sensu satis commodo; quæ antea tam corrupta erant, ut ne Canterus quidem intellexerit. Eodem modo Oratione prima *Leuctrica* pag. 408, ope Morelli codicis, rescripsit, τὰ μὲν Θηβαίαισ δόξαντα, cum vulgatarum editiones omitterent istud δόξαντα, quod tamen ad integritatem sententiæ necessarium esse videtur: etsi etiam sine illo haud multum Aristidi decedat. Similiter auxit Rhetorem in Oratione *Rhodiaca* pag. 546, addendo vocabulum ἤλιε; quod in vulgatis deerat: verba hæc sunt: Ρόδου δὲ, ὃ ζεῦ, καὶ πατρ' ἐφορῶν ἤλιε πλὴν Ρόδου, γῦν εἰδομῆ. Talia autem
plura

plura longe sunt, quam quæ hic omnia enumerari queant. Neque tamen circa talia sola opera Cl. Editoris substitit, sed etiam sæpiusculæ conjectura haud infelici ductus maculas quasdam eluit, etsi istas emendationes in contextum rarissime admiserit. Vide, si lubet, pag. 294, 297, 315, 322, 384, alias. Porro Canteri Scholia, quibus uno plerumque verbo obscuriora illustrat, aut Hesiodum, Homerum, Euripidem, Herodotum aliosque adscribit, ad quos respexit Ælius noster, singulis paginæ subjecta sunt; iis immiscuit Cl. Editor varias lectiones & paucas adnotationes, quæ brevitate cum Canterianis certant. Accedunt in Orationem *Panathenæicam* Scholia prisca haud indocta: sed quæ ne illam quidem Orationem integram illustrent. Præmittuntur & Canteri, & *Sopatri Apameensis* Prolegomena in Aristidem, & his quidem varix etiam lectiones subiiciuntur, versione tamen Latina destituuntur: item *Aristidis vita* per V. C. *Joannem Massonium* conscripta: cui recte titulum fecit *Collectaneorum Historicorum Aristidis ævum & vitam spectantia*; adeo multa illam ætatem & omnem antiquitatem illustrantia complectitur. Hæc de primo Aristidis Operum Tomo, quem solum adhuc oculis nostris usurpare potuimus. Tomo secundo comparebunt Observationes illæ, quarum index Libri mentionem facit, Tristiani, Tanaq. Fabri, Spanhemii, ex variis eorum operibus per Cl. Editorem decerptæ: item integræ Palmerii, Normanni, & Bosii adnotationes. Adjicietur etiam utilissimum *Canteri Syntagma de emendandis Græcis scriptoribus*, cujus potissimam partem Aristidis exempla illustrant. De quibus omnibus plura fortasse in medium proferre haud neglegemus, ubi primum in manus nostras pervenerint.

THE IRISH HISTORICAL LIBRARY &c.

by *William*, Lord Bishop of Derry.

hoc est,

BIBLIOTHECA HISTORICA HIBERNIÆ,
plerosque Autores & monumenta, edita sive inedita, continens,

Hhh 2

nens,

nens, quæ usui esse possint Historiam Hiberniæ scripturo,
Autore WILHELMO Episcopo
Derryensi.

Dublino, apud A. Rhames & W. Taylor, & Londini, 1724, 8.
 Plag. 20.

Postquam Clarissimus Autor, *Wilhelmus Nicolson*, edita jam pridem Bibliotheca Historica Angliæ tribus Voll. in 8, & Lond. 1714 in fol. auctius recusa, & Scotiæ Lond. 1702, 8 publicata, de quibus egimus in his Actis 1697 p. 27, 1700 p. 244, 1705 p. 156 & Suppl. T. III p. 257, e Carleolensi Cumbriæ sede in Derryensem Hiberniæ translatus fuit, bellissimam occasionem nactus est, Bibliothecam Historicam Hiberniæ, quam dudum promiserat, absolvendi. Nam ut in Anglia Cottoniana & Harlejana, ita in Hibernia Collegii Trinitatis prope Dublinum & Ducis Chandosii instructissima Bibliotheca ita usus est, ut, quicquid in iis exstabat MSptorum Codicum, diligentissime excuteret. Quæ postquam movuit in præfatione S. R. Autor, de linguæ Irlandicæ vetustate & castitate per tot secula servata edisserit, probatque, eam Danicæ æque ac Saxonice imo omnium occidentalium linguarum matrem exstitisse, quod vetustissimis temporibus plurimi ex omni Occidente, in Hiberniam, & præcipue ad monachos Glaffenburienses, quorum fundator creditur Josephus ab Arimathæa, confluerent, quippe in Theologia & Philosophia versatissimos, quam utramque postea Turgesius & sequentes, templis omnibus & Bibliothecis combustis, exstinxerunt. Omittimus, quæ de præcipuis linguæ Irlandicæ Grammaticis, de rationibus vetustissimorum apud Hibernos Poetarum, quos *Filadha* vocabant, cum *Skaldis* Septentrionalium a Nostro longa excursionem comparatos, quibus Historias & Genealogias majorum conservabant, de publica item veterum cura res gestas memoriæ tradendi, quæ præcipua fuit in ipsis triennalibus comitiis, de Academiarum flore, qui tantus exstitit, ut Sæculo IX in una Armachana, (fuere vero præter eam tres etiam aliæ Academiæ in *Cashel*, *Dundaleat* & *Lismore*, non minus frequentes) septem millia studiosorum numerarentur, erudite
 tradit,

tradit, quæque occasione Codicum MS. quatuor Evangeliorum, passim extantium, quibus publica Acta vel ad marginem vel passim addere olim consuevere Hiberni, tum & de *Culdees*, *Colideis* seu Dei cultoribus, h. e. Laicis religiosi, quibus suos sibi Episcopos eligere liberum fuit, contra Jo. Tolandum disputat. Sed lubet ex ipso libro carptim quædam decerpere.

Inter Geographos *Cap. I* memoratur *Giraldus Cambrensis*, qui, cum in comitatu fuisset Johannis, filii Henrici II, priimi Hiberniæ Domini, Topographiam seu *de mirabilibus Hiberniæ* librum composuit, Oxonii triduo integro, auscultante clero, recitatum, cujus errores detexit *Gratianus Lucius*, vero nomine *Jo. Lynch*, edito *Cambrensi everso*, 1662 f. qui & accusavit Cambrensem, quod veteres Annales Hiberniæ, quibus usus sit, nefando consilio destruxerit. Commendatur & post Stanihurstium & Camdenum *W. Baxter*, cujus *Glossarium Antiquitatum Britannicarum, sive Syllabus etymologicus antiquitatum veteris Britanniciæ atque Iberniciæ temporibus Romanorum*, prodiit Londini 1719, 8: sed tam paucis exemplis impressum accepimus, ut post annos non multos vix ullo nunc pretio comparari possit. Ad eos perro accedens Autor *Cap. II*, qui politicum Hiberniæ statum attigere, producit *Con O Maloni*, Jesuitæ Hiberni Olyssipone viventis, *Disput. apolog. de Jure Regni Hiberniæ pro Catholicis Hibernis adversus Hæreticos, Anglos, Francof.* 1645, 4, in qua fatetur inter alia, quatuor annorum spatio in Hibernia cæsa fuisse Evangelicorum centum & quinquaginta millia, & sub finem in a cives suos alloquitur: *Hiberni mei, agite, peragite & perficite inceptum opus defensionis & libertatis vestræ, & occidite Hæreticos adversarios vestros, & eorum Fautores & Adjutores e medio tollite.* Inter Historicos generales merito laudat *Godofredum Keating*, ejusque doctum Interpretem *O Connor*, (de quibus mox dicemus,) etsi non diffiteatur, eos acerbiores quorundam censuras quotidie experiri, simulque observat, epitomatozem novum, *H. Mac Curtin*, cujus liber, *Brief Discourse in vindication of the antiquity of Ireland*, Dublini 1717, 4 prodiit, pleraque e Keatingio hausisse. Dum meminit libri, *Memoirs of the Marquis of Clanrickard*, Lond. 1722, 8 editi,

p. 2. fl.

7.

8.

9.

46.

49.

60.

- vix sibi persuadet, in hac palantium chartarum compilatione Clanrickardo quicquam deberi, quem alioquin prolixam descriptionem rebellionis Hibernicæ composuisse, ex Clarendonio Comite constat, & frustra ait Editorem in prolixa præfatione laborare, ut culpam rebellionis in Protestantes Anglos conjiciat. *Cap. III* Autor Historicos Eccles. Hibernicæ, *Cap. IV* eos recenset, qui de Sanctis Hibernicæ scripserunt, qua occasione prolixum horum catalogum tradit, & *Cap. V* Chartularia templorum & Monasteriorum Hibernicæ, quæ passim MSpta exstant, accurate exponit. *Capite VI*, quod de Scriptoribus vitarum Virorum illustrium inscripsit, simul de studio Genealogico & Heraldico agit, & e Keatingio observat, tantam habuisse olim Hibernos majorum suorum curam, ut plusquam ducenti eodem tempore Historici & Annalium scriptores partim publico ære, partim familiarum nobilium liberalitate sublevati vixerint; neque tamen his quicquam in publica Acta referre licuisse, nisi quod in triennialibus comitiis congregatis probatum fuisset, & in his ipsis circiter A. 950 legem a Rege *Ollamb Fodbla* latam, qua quisque Nobilis jubebatur insignis, consultis rei Heraldicæ studiosis, adoptare, quo ab aliis distingueretur. De *Jacobo Waræo* quoque, egregio rerum Hibernicarum promo condo, notamus, scripta ejus omnia, quæ olim pleraque Latine & sparsim prodierant, junctim lingua Anglica, multum passim, speciatim quod ad *Libros II de Scriptoribus Hibernicæ*, aucta, prodiiisse Londini & Dublini 1705, fol. E *Cap. VII*, quod imprimis agit de libris legum Hibernicarum, tum MSptis, quales *liber albus & ruber* vulgo dicti, tum impressis, in quibus Richardi Boltoni collectio statutorum, a Benjamine Tooke, & postremo ad tempora Wilhelmi IV continuata, sed justo negligentius Dublini 1719, fol. recusa, eminet; hoc tantum obiter notamus, in Harlejana Bibliotheca, in qua monumenta publica, donationes, venditiones & reliqua plusquam 14000 exstant, multa etiam, quæ Hiberniam concernunt, deprehendi. Denique *Cap. VIII* de nummis Hibernicæ differens doctissimus Autor, explodit O Flahertyum, qui Regem Ennium Rubrum, circiter A. M. 3482, adeoque quinquaginta annis ante Numam Pompilium, qui primus
- Romæ
- p. 126.
- 129.
- 131.
- 150.
- 154.

MENSIS OCTOBRIS A. MDCCXXIV. 431

Romæ nummum cudit, cui & nomen dedit, & Saxonem Grammaticum, qui Libro VI Frothonis IV Daniæ Regis milites, cæso in Hibernia Rege Hugleto, *tanta magnitudinis pecuniam reperisse* ait, *ut minor partitionis cura cunctis existeret.* Primum p. 158. sq. vero in eam pecuniam intulisse putat A. 1210 Johannem Angliæ Regem, cui Anglia pariter & Hibernia *Sterlingensem* monetam debuit, ab *Easterlingis*, quos e Germania ad einendandam monetam evocaverat, ita dictam; simulque observatum ait Illustrissimò *Thomæ Comiti Pembrocensi*, Triangulo, quod in Johannis pariter & Henrici III ac Eduardi IV nummis comparet, Lyram designari, quæ paulo luculentius in posteriorum nummis expressa sit. Sunt alia, quibus res nummularia mire illustratur, ut quando nummos Eduardi I & II, facie, valore &c. sibi similes, ita distinguendos monet, ut, qui inscribuntur EDW, ad patrem, qui vero EDWA vel EDWARD, ad filium referantur, item ubi in nummis *Mariæ*: VERITAS TEMPORIS FILIA. MDLIII. *Caroli I*: FLOREAT REX. QUIESCANT PLEBS. vel ECCE GREX. *Jacobi II* MELIORIS TESSERA FATI. *Wilhelmi III*, A. 1690 ad Boynam triumphantis: APPARUIT ET DISSIPAVIT, & paulo infra: LIBERATA HIBERNIA, ejusdemque sequenti Anno ad Aghrimum feliciter pugnantis: SIC VNO FERIT VNGVE DVOS, infra: JACOBO ET LVDOVICO HIBERNIA PVLSIS. & similia legi animadvertit, quæ ex ipso Autore cognoscere præstat. Accessere postremo Appendices non negligendæ, 1 Catalogus Historicorum Hiberniæ a Keatingio memoratorum; 2 Versio Præfationis Irlandicæ a Lhuydio Dictionario Linguæ Irlandicæ præpositæ; 3 Versio Præfationis Wallicæ ejusdem Glossographiæ præmissæ; & 4 notitia de variis Autoribus suo loco prætermisiss.

161.

THE GENERAL HISTORY OF IRELAND

collected by *Geoffry Keating*, translated by *Der-mo'do O Connor*.

hoc est,

HISTORIA GENERALIS HIBERNIÆ,

colle-


collecta a GOTHOFREDO KEATING, Theol.D.
 & e lingua Hibernica accurate translata & emendata
 a DERMITIO O CONNOR, Anti-
 quario Hiberniæ.

Londini, apud B. Crake, 1723, fol.

Alph. 6 pl. 18 Tabb. æn. 43.

Rem historiarum cupidis oppido gratam fecit Cl. Connor, quod Keatingii Historiam Hiberniæ, e probatissimis documentis compositam, sed hactenus integro fere seculo delitescentem, Anglica civitate donavit, & tabulis Genealogicis & Heraldicis illustratam, tandem protraxit in lucem. In præfatione in eo primum occupatur Interpres, ut anonymum Editorem Commentariorum Marchionis de *Clanrickarde*, qui in proluxa, quam præmisit, dissertatione antiquitates Hiberniæ universas fabulis adscribere, & Keatingio imprimis fidem omnem derogare ausus est, explodat; deinde de corona aurea veterum Irlandiæ Regum hoc loco, quod alio non liceret, disserit, qualem A. 1692 in Comitatu Tipperariensi Hiberniæ decem fere sub terra pedibus inventam fuisse testatur. Fuit illa ponderis quinque circiter unciarum, ad pilei fere formam, qualem hic damus, composita, quam Provincialis cujusdam Regis, sub imperio *Bryen Boiorimbe*, qui tot cladibus Danos affecit, militantis fuisse, autumat, simulque observat, utique veteres Hiberniæ Reges coronas aureas habuisse, quod de Scottis Regibus, qui in multis Hibernos, majores suos, imitati sint, diserte testetur Boetius L. II & X, eos inde a Fergo ad Achaji tempora coronas aureas *militaris valli forma* gestasse. Prolixior est ipsius Autoris præfatio, in qua id agit præcipue, ut crudelitatis, injustitiæ, rudiratis notam, Hibernis a scriptoribus vetustis & modernis, maxime Anglis, adpersam, abstergat, eoque Strabonem, Pomponium Melam, Speedæum, Giraldum Cambrensem, Spencerum, Stanihurstium, Hanmerum, Jo. Barclajum, Morisonium, Camdenum, Campianum, Jo. Davisium, aliosque sigillatim refutat, & singularem gentis in rebus suis
 posteri-

TAB. V.
 Fig. I.





posteritati accurate tradendis curam extollens, veterum chronica ipsius adhuc tempore exstantia recenset, *librum Armachanum, Psalterium Cashelense*, a pio Mononix Rege & Archiep. Cashelensi, *Cormac Mac Guilleman*, conscriptum, (quos libros vetustissimos ut e Collegio Trinitatis Hibernia, ubi hodie asservantur, obtineret Cl. Connor, & in historia hac conferret, mille librarum cautione opus fuisse, in sua præf. testatur) *librum nigrum, librum Regum Provincialium, atatum, antiquitatum, etymologiarum*, & similes multos alios, sive prosa oratione, sive versu, a Druidibus maxime, compositos, quibus ut solis fere ducibus utitur Autor, multas subinde Poetarum rhapsodias interserens, (quas Interpres satis eleganti versu Anglico reddidit,) ita sæpissime, horum fide, aliis Historicis dicam scribit in ipso opere. Ceterum id agit Autor, ut præmissis, quæ ante diluvium gesta sunt in Hibernia, (quam nunc *Irlandiam*, id est, regionem sylvestrem, nunc patrio sermone, aut *vicinam aut nobilem Insulam*, nunc *Eriam*, sive *Fodelam*, aut *Banbam*, nunc *insulam fatalis Saxi*, in quo coronari olim Reges Hiberniæ consueverant, donec illud circiter A.C. 513 in Scotiam, demumque hinc ab Eduardo I in Angliam deferretur, ubi hodie sella Regia in Abbatia Westmonasteriensi tegitur, nunc *Insulam porcorum, Scotiam*, vel *Insulam occidentalem*, Ptolemæo & Solino vero *Iuerniam*, seu *Iuernam*, Claudiano *Iernam*, Eustathio *Vernam*, Diodoro Siculo *Irin*, & Plutarcho *Ogygiam*, Latine *Insulam perantiquam* dictam fuisse, docet,) primos post diluvium advenas & Reges Gadelianos & Milesianos, origine Scythas, ex Ægypto in Hispaniam atque hinc porro in Hiberniam translatos, tum gentium harum cum Scotis & Pictis adversus Romanos in Angliam excursiones, Danorum in Hibernia victorias & clades, ac denique Hiberniam cum Regibus, qui partim universæ Hiberniæ, partim variis ejus provinciis præerant, Henrico II Angliæ Regi prorsus subjectam, accurate percenseat. Nobis, etsi plura se offerant in opere elegantissimo, quæ notari possent, satis fuerit, ea hoc loco observasse, quæ ad studium Historiæ, Poeseos & Musicæ, quod nulli æque genti atque Hibernis a primis temporibus tam singulare ac vere proprium fuit, pertinent.

p. I - 4.

434 ACTA ERUDITORUM

- p. 89. 116. 434 Observat vero Autor, primos e stirpe Milesia Reges, *Heberum* & *Heremonem*, qui 203 post Pharaonem mari rubro mer- sum annis in Insulam appulere, & Poetam *Cir mac Cir*, & Musicum *O Naos* secum adduxisse, qui cum uterque utriusque Regi gratus esset, sorte tandem jacta, illum in Heremonis, hunc in Heberi aulam concessisse, unde factum testantur Chronica, ut meridionalis partis, in qua hic tenebat Principatum, incolæ præ ceteris Musicam colerent, omnes vero in universum Hi- berna Poetas & Literatos magni facere discerent. Et jam tantus sub *Heberi* atnepote *Tigberma* circiter A. M. 2816 literis ho- nos habitus, ut is, cum colorum varietate distingui Hibernos pro diversa dignitate iuberet, plebi unicum, militibus grega- riis duos, ducibus bellicis tres, viris honoratioribus hospitali- tatem in peregrinos exercentibus quatuor, Nobilibus quinque, Chronologis vero & Viris literis illustribus, æque ac Regibus & familia Regiæ, sex omnino colores indulgeret. Ex eadem stir- pe *Heberi* ortus *Ollamb Fodbla*, qui circiter A. M. 3028 vixit, *Fodbla* ab Insula nomine, quo tum illa venit, & *Ollamb* seu *ex- cellens* dictus, quod sapientia, eruditione & virtutibus excelle- ret. Is cum majorum suorum gesta a *Feniufa Farsa*, Scythiæ Rege, usque ad suam ætatem literis mandare constituisset, nihil antiquius habuit, quam ut documenta Hiberniæ a Druidibus, Poetis & Historicis quam diligentissime conquirerentur, eoque publica Regni comitia Taræ tertio quoque anno habenda, edi- xit, in quibus non tantum leges novæ pro commodis Regni fere- bantur, sed & imprimis Chronica Regni diligenti cura examina- bantur, & si quis horum Autorum res aliter ac gestæ essent, de- scripsisse deprehenderetur, is comitiis ejiciebatur cum infamia, imo si fraus accessisset, carceris vel quamvis aliam poenam lue- bat, scriptis quoque ejus abolitis & damnatis. Quæ vero communi calculo probata, ea denuo transcripta & in archi- yum palatii Regii sub titulo *Psalterium Tara* deposita, idque præterea negotii datum Antiquariis, ut triennio illo, quod inter comitia intercedebat, cuncta, quæ in diversis provinciis notatu di- gna reperissent, in literas referrent & proximis comitiis trade- rent. Est enim hæc publica non tantum verum & privatorum jam

Jam pridem cura fuerat, nec ulla in Hibernia florebat familia, quæ non aliquos Annalistas & Historicos (numerabantur vero tam plusquam ducenti) immo & Medicos, Poetas, Cytharædos aleret, quibus agri distributi, ut inde viverent, & immunitas data ab oneribus sive belli sive pacis tempore, ut secure studiis incumbere: imo & indulta inviolabilitas, quippe sacrilegii pœna in eos statuta, qui illos injuria afficerent: neque tamen in ea dignitate patri succedebant filii, nisi fuissent in artibus paternis exercitatissimi. Similis adhibita cura sub Rege *Tuathal Teachtmar*, ex *Heremonis* posteris, qui vèrgente primo post N. C. seculo in duplici Regni conventu id præcipue egit, ut Annales Regni, qui per turbas antecedentes nonnihil detrimenti passi erant, denuo singulari industria reviderentur. Observat quoque Noster, initio seculi III in aula *Cormaci* Regis decem numeratos fuisse Officiales: 1 Virum illustrem (*Lord*) qui perpetuo Regi comes esset, 2 Judicem, (*Judge*) qui subditis jus diceret, leges promulgaret &c. 3 Augurem (*Druid*) qui cultui pagano præesset, & a Rege consultus, futura divinaret, (in cujus locum in aula Regum Christianorum Confessionarius vel Episcopus successit,) 4 Medicum (*Physician*) qui Regis & familiæ Regiæ sanitatem curaret, 5 *Poetam*, qui heroica facta posteris traderet, aut Satyris perverfos aulæ mores perstringeret, 6 *Antiquarium*, qui genealogias Regum servaret integras, aliasque nobilium revideret, & in archivum deponeret, 7 *Musicum*, quo Rex subinde delectaretur, denique tres rei familiaris administratos (*Stewards*); quem ordinem per plura deinceps sæcula fuisse servatum, e documentis fide dignis Autor probat. Nec minor Regum post Christi sacra in Hiberniam invec̃ta historiarum cura, quippe *Laogarius* Rex, qui primus baptismi fonte abstersus a S. Patritio, eodem autore, Seculo V Concilium Clericorum, Historicorum & Antiquariorum convocans, ut documenta & genealogiæ reviderentur, eo tandem rem deduxit, ut novem Viri docti ex universo cœtu eligerentur, (inter quos & ipse Rex *Leogarius* & duo Reges alii & S. Patritius cum duobus Episcopis fuere,) qui eam rem perficerent, & Annales & genealogias Hiberniæ, diligenter emendatas, in variis monasteriorum archivis recondere: atque hi fere sunt Libri, quos magnam par-

p. 222.

280.

236.

- p. 369. tem adhuc superesse, & in hoc opere diligenter se consuluisse; in præfatione monuerat Autor. Quod ad Poetas, qui subinde ultra mille excreverant, & cum liberalitate Regum tot divitias acquisivissent, ut & præcipui eorum triginta sub se haberent Poetas minores, & tertia Regni pars Poetis addicta esset, graves existebant plerisque; parum, ut bis antea, ita tertium A. C. 558 aberat, quin e Regno ejicerentur: nisi tum quidem S. Colum-
 380. bani intercessione sententia fuisset ita mitigata, ut, plerisque Poetis in ordinem redactis vel officio suo motis, solis Regibus, & provinciarum Principibus aut Dominis, unicum alere Poetam liceret, sed virum probum & doctum, cujus opera ipsis in Annalibus continuandis prodesse posset: quæ lex inde fuit propemodum perpetua. Tanta vero his & sequentibus temporibus horum Poetarum fuit existimatio, ut & ipsorum personæ haberentur sacræ, & ædes eorum sanctuariorum loco essent: præterea in tribus oppidis, *Rath Ceannaid*, *Mafruidb* & *Maigh Sleachta*, quæ Academiæ instar erant, publice profitebantur Antiquitates, Historiam, Poesin & bonas artes alias. Et
 498. quamvis omnem fere literarum cultum destruxissent postea crudelissima irruptione Dani, attamen *Bryen Boiroimbe*, Rex Munsterensis & ejectione Danis, universæ Hiberniæ, præter alia bene gesta, Musas quoque ineunte Sæculo XI feliciter reduxit, novas Academiæ & Bibliothecas excitavit, fecunda ingenia præmiis sollicitavit, eoque effecit tandem, ut Hiberni pariter & vicinæ gentes Literarum studiis paulatim emollirentur. Ceterum accessere libro Genealogiæ Regum & familiarum illustrium Hiberniæ, justis tabulis digestæ, ut & insignia præcipuarum familiarum hodie florentium, ad Heraldicæ regulas accurate depicta. Nec habemus, quod in libro, antiquitatis decus ubique præ se ferente, desideremus, nisi quod mallems, Interpretem summaria, quæ margini accesserunt, Anglica potius quam Irlandica lingua, paucis nota, expressisse.

EPITOME COMMENTARIORUM MOY-
 sis Armeni de origine & Regibus Armenorum & Par-
 thorum,

thorum, item Series Principum Iberiæ & Georgiæ, cum Notis & Observationibus HENRICI BRENNERI, accessit ejusdem Epistola ad Plur. Reverend. & Cel. D. Ericum Benzelum, de presenti statu quarundam gentium Orientalium.

Stockholmizæ, imp. J. L. Horrn, Reg. Antiq. Arch. Typ. 1723, 4 Plag. 14.

NON quidem dira ad Pultavam clades *Cl. Brennerum* in Rus-
sican abduxit captivitatem; jure tamen diuturnæ captivi-
tatis suæ Russicæ squalores queritur, quippe, in comitatu Lega-
ti Persici, *Sarug Chanbeg*, reditum in patriam meditatus, ab A. p. 95.
1700 ad pacem Nystadiensem usque in Russia captivus est de-
tentus. Amisit sic quidem *MSta* sua; spes tamen adhuc super-
est, fore, ut integros *Mosis Armeni Commentarios, ejusque Geo-*
graphicam Asiæ descriptionem, & Anonymi librum Persicum de
regionibus & urbibus Orientalibus, cum eruditis communicet. Præf.
Hic interim sistit *P. Job. Bartholomæi, a S. Hyacint. Ord. Præd.* p. 90. sq.
Epitomen dictorum *Comm. Mosis Armeni* (qui A. C. 430 flo-
ruit), quam ejusdem *Series Principum Iberiæ* comitatur: quibus
Brennerus suas in calce annotationes, tandemque Epistolam ad
Cl. Er. Benzelum, Biblioth. Upsal. addidit. Originem autem Ar-
menorum *Moses Armenus* ab *Haigo* seu *Haico*, Japheti abnepo-
te, deducit, & contra *Gen. X, 2-6* asserit, quod *Chus Mizraimi*
Pater fuerit, & *Gomer Thirasi*, quod ut *Brennerus* defendat,
asserit, *seriem non generationum*, sed Armeniæ Principum,
recenseri. Intercedit pariter pro eodem *Brennerus*, cum in Ge-
nealogia Chami inter Nimrodum & Ninum *ἐμβολιμαίης* ha-
bet *Babum, Anietum, Arbelum, Cajatum & Abelem*, quos cum
Arabelo, Chalao, Anabo & Babio, a *Julio Africano* inter *Theu-*
taum & Thinaum positus, ab *Eusebio* autem sublatis, convenire,
nec hic sine ratione poni, & *Abelem Belum Nini* Patrem esse,
Brennerus autumat, multumque huic *Mosi* tribuit, quia maxime
nititur auctoritate *Mariba Catinei*, qui tempore *Arsacis II*, Regis
Parthorum, & Valarsacis, Regis Armeniæ, & horum quidem jussu,
e volumine, quod *Alexander M.* e Chaldaica in Græcam verti
linguam,

- linguam, & in *Ninivitano* archivo servari, jufferat, sua hausisse creditur: cum quibus Catineanis monumentis relationes Græcorum ac documenta *Edeffena* Moses Armenos conjunxit. *Cl. Brennerus* forte non observavit, quod Haici Avus p. 2 Thiras, p. 5 Haicus dicatur; alias ad hoc dubium respondisset facilius, quam ad id, quod ipse movet, ubi montem *Ararat* nomen accepisse credit Autor ab *Aræo* pulchro, cum tamen jam *Gen. VIII, 4* occurrat, ubi *πρόληψιν* statuit; licet non ubique Armenum hunc Mosen defendat, sed fateatur ultro, in recensendis Parthorum Regibus eum non esse accuratum, contra, quoad Reges Armeniæ, omnes & Græcos & Latinos eum superare Historicos. Agnoscit utique errorem, cum M. Crassus a Tigrahe occisus dicitur; damnare vero ejus asserta *de Epistolis Christi & Abgari* recusat, quia Moses hic, Armenis jam conversis, quibus in rei falsitatem inquirere licuisset, asserat, suo adhuc tempore fide digna testimonia exstare; verum enim vero in hac Epitome solum hæc leguntur: *passim reperire licet apud Latinos scriptores*, in quibus verbis *P. Bartholomæus* aliquid humani passus videtur, quia Moses tantum dixit, Græcos se consuluisse scriptores. Seriem vero Principum Iberiæ *P. Bartholomæus* e MSptis Georgianis, historia quadam Armena, & peritorum relatione conscripsit, historiam in *Afciotano* orfus, & in *Eregle Myrfa*, seu *Nazir Alichane*, A. 1699 finiens, in qua & S. Virginis, quæ *R. Miriamum* convertit, cujusque Baron. *ad A. 327* sine nomine meminit, nomen detegit, NINONEM appellans. In hanc tamen seriem Principum Iberiæ *Cl. Brennerus* non tam annotationes, quam digressionem conscripsit, in qua de *Georgia, Mesech, Tubal, Gog, Magog* &c. agit. Subjecta tandem Epistola ad S. R. D. Benzeli-um inter alia memorabilia exhibet Patriarchæ Arm. *Isaaci*, qui Conc. Nic. I interfuisse dicitur, prophetiam, fore, ut per *Regem Europaum* Christianissimus, ibi antea collapsus, restituatur, & jugum excutiat: quem Armeni jam anxie expectant. Quam sollicitè vero uxores Christianæ in Georgia maritos in religione Christiana confirmare annitantur, ne Mohammedanissimum amplexi, plures superinducant uxores, & quanta diligentia filios infantes ad vini carnisque suillæ usum adsuefaciant, filiasque pulchras, vix viro maturas, maritis elocent, quo

MENSIS OCTOBRIS A. MDCCXXIV. 439

quo hæc Regis Pers. *γωωαυκείον*, illi Mohammedanismum eo felicius effugiant: quæ item Brennerus de reliquiis X tribuum Israel, de nova Tartariæ, quæ paretur, descriptione, & aliis tradit: ea malumus ex ipso libello cognosci.

p. 101.
103.

Herrn George Rimplers sämtliche Schriften
ten 1c.

id est,

GEORGII RIMPLERI, INTER CÆSAREANOS quondam Chiliarche vicarii & supremi Architecti militaris, Scripta universa de Arte muniendi, collecta, & præfatione, tabulis, annotationibus, Indice, quin & aliis quibusdam scriptis affinibus, Appendicis loco aucta, a LUDOVICO ANDREA HERLINO, Machinatorum militarium apud Saxones Præfecto.

Dresdæ & Lipsiæ, impensis Hær. Hekelianorum, 1724. 4.
Alph. 3 plag. 9 Tabb. 10.

Quantum sit *Georgii Rimpleri* nostratis nomen, quantos ille motus nova sua muniendi methodo excitarit, & quantopere aliorum studia inflammavit, neminem nisi in Architectura militari prorsus hospitem ac peregrinum præterire potest. Quo magis collaudari meretur præsens Nobilissimi *Herlini* institutum, qui Scripta Rimpleriana nunc primum junctim edi curavit, tum aliis nonnullis scriptis affinibus, tum & suis quibusdam annotatis, tabulisque ichnographicis & scenographicis, aucta atque illustrata. Præfationem quoque præmisit, in qua cum instituti sui rationem paucis persequutus est, tum illud imprimis egit, ut ab eorum accusatione defenderet Rimplerum, qui de perpetua ejus atque adeo affectata obscuritate publice conquesti sunt. E quorum numero ipse est L. C. Sturmius, quem ceteroquin multum studii in ornandis Rimplerianis placitis impendisse constat; cujus etiam hoc extat judicium Herli-

no

no nostro prorsus improbatum, quod Rimplerus in scriptis suis saltim problematico proposuerit, non inventam, sed invenendam inveniendi methodum, quodque ista methodus, ex circumstantiis ab Autore parce traditis, ope ratiocinii mathematici & algebraici, erui demum & in clara luce collocari debeat. Immo vero, inquit Nobiliss. Herlinus, non ænigmaticum problema, sed descriptionem satis amplam & sufficientem novæ & genuinæ methodi continent Rimpleriana scripta; nec Algebra opus est, sed attentione & usu. Legendus & relegendus Rimplerus, circinusque, charta & regula ad manus esse debent, ut operum varia exempla delineentur. Quod si quis fecerit sedulo; si idem oppugnationibus ac defensionibus celebrium munimentorum non modo interfuerit, sed & ad omnia studiose animum adverterit; denique si etiam veterum machinationes, a Rimplero scientissime renovatas atque ad præsentem rerum statum applicatas, sufficienter perspexerit; hunc quidem longe aliter quam Sturmium sensurum, Noster arbitratur. Quanquam negari profecto nequit, non parum lucis accessurum fuisse scriptis Rimplerianis, si viro perspicacissimo, quas affectas habuit tabulas, perficere ante obitum licuisset. Sed ipse nimirum in famosissima obsidione Viennensi A. 1683 lethali vulnere confectus, præmature fato interiit. Atque adeo illi hautquaquam justa laude privandi sunt, qui damnum istud aliquatenus compensaturi, delineandis variis tabulis, ad mentem & præscriptum Architecti præstantissimi, operam dederunt. Quos inter non ultimum sane locum occupare videtur Herlinus noster, cum in Rimplerianis scriptis tum in toto hocce studiorum genere apprime sine dubio versatus; de quo ut eo promptius judicare Lector possit, tabellam aliquam exempli causa subijcere non alienum duximus. Restat ut de ipsis libris & tractatibus, in præsentis collectione comprehensis, breviter nunc dicamus. Et primo quidem loco comparet *Tractatus triplex de munitionibus*, quem A. 1671 Rimplerus edidit, rarus sane liber & Sturmio fortasse nunquam visus, (ut Herlinus quidem auguratur,) ceterum ab Autore ipso minime suppressus. In tractatu primo de causis agitur, cur pleraque loca munita, ubi vehementiori im-

TAB. V.
Fig. 2.

petu

petu oppugnantur, tam celeriter hostibus tradi necesse fit, itemque de remediis, quibus obviam iri huic incommodo queat: in altero discrimen explicatur, inter novam & antea usitatas muniendi methodos intercedens: in tertio priores duo contrahuntur, & vitia vulgaris methodi exemplo oppugnationis Candia illustrantur. Ubi notandum, in superiori editione tractatum primum in duos esse distinctum, quos nunc, commoditatis causa, contrahere & veluti miscere visum fuit, ita tamen, ut numerus ternarius, adjuncto alio tractatu, servaretur. Secundus locus attributus est libello nobili, qui inscribitur, *Die befestigte Festung, sive Munimentum munitum*, itemque *Fundamentum constans muniendi*, ubi non solum docetur, quo pacto ejusmodi extrui possint nova munimenta, quibus & internis & externis hostibus, sine jactura hominum, sine celeri subsidio, sine lincis refugii, quæ scilicet ipso oppugnationis tempore & in conspectu hostium confici vulgo solent, usque ad postremum propugnaculum, validissime resistatur, sed &, qua ratione munimenta jamjam extracta ita liceat perficere, ut longe diutius, quam antea, vim & impetum hostilem sustinere valeant: prodiit hic liber 1674, & primaria Autoris scita comprehendit. Sequuntur duo schediasmata, quorum alterum contra Scheiterum 1678 editum est, hac inscriptione: *J. B. Scheiteri furiosus assultus in munimentum munitum, penitus repressus a G. Rimplero*; alterum, nunquam antehac typis excusum, *considerationes* quasdam complectitur *de perficienda munitione antiqua portæ Argentoratensis, quæ vocatur Piscatoria, das Fischer-Thor*, adjunctis tabulis ab ipso Rimplero delineatis. Denique copiosum Indicem, sive Alphabeticam Repetitionem rerum præcipuarum in scriptis Rimplerianis occurrentium, addidit Nob. Herlinus, cum locis parallelis & annotationibus, nova scilicet methodo huc reservatis. Jam illorum tractatum, qui Appendicis loco accesserunt, ordo est hujusmodi: 1) *Diarium obsidionis memorabilis, qua Candiam ceperunt Turcæ*, cui & interfuit Rimplerus, & ad quam sæpissime in libris suis provocat; 2) *Excerptum ex Relatione quadam de presenti munitione Argentorati*; 3) *Defensio Rimpleri contra Jo. Jac. Werd-*

Werdmullerum, a Dan. Suttingero conscripta; 4) Landsbergii, Architecti militaris apud Belgas, Judicium de novissimis oppugnationibus munimentorum quorundam in Belgio: qui tractatus gallice primus ab autore conscriptus est, eo consilio, ut quid in celeberrimis illis Insularum, Gandavi, Tornaci, Montium, Duaci, Ariæ, obsidionibus peccaverint machinatorum directores (quos sibi tum prælatos doluit) luculenter demonstraret.

CHRISTIANI AUG. HAUSEN, MATHESEOS in Acad. Lipsiensi Professoris, *Additio ad ea, quæ exhibuit de nupera Eclipsi Solis T. IX Supplem. Sect. VIII pag. 33 seq. exponens Constructionem Curvarum e Sectionibus Sphæræ per Conum prodeuntium. Nota, Figuram (5) numeris dicto loco traditis aptari.*

TAB. V.
Fig. 3.

Sit C Sphæræ centrum, per quod transeat KQT circulus & alius Qbc , plano prioris ad rectos insistentis angulos juxta QC ; sit etiam cC perpendicularis ad QC & in plano $CQbc$ ducta. Cylindrus $LMSI$ axem habeat in plano QC ipsi cC parallelum, sitque intersectio ejus cum Sphærica superficie, ex una parte arcus Qc , curva fsi . A puncto quovis f curvæ quæsitæ ducatur fF perpendicularis plano KQT , baseos Cylindri peripheriæ occurrens in F , & fE perpendicularis plano QCc : compleatur parallelogrammum $fEHF$, quod perpendicularare erit utrique plano KQT , QCc . Producta HE ad occursum cum peripheriâ Qc in b , centro H , radio Hb descripta intelligatur portio circuli in plano FE , quæ tranſibit per f : nam est in superficie Sphæræ, & etiam in plano FE , unde tranſit per puncta omnia, quæ sunt huic plano & superficiæ Sphæræ communia, qualia sunt b & f .

His positis sit $Cc = CQ = cC = a$, $IS = b$, $CH = x$, $fF = HE = y$; erit, $HF^2 = x + a \times a + b - x$, $Hb^2 = Hf^2 = Cb^2 - CH^2 = d^2 - x^2$, $Ff^2 = HE^2 = Hf^2 - fE^2$ vel $Hf^2 - HF^2 = \frac{d^2 - x^2}{(x - a)}$

$$\overline{(x-a) \times a + b-x)} = y^2 \text{ seu } y^2 + \frac{2a}{b}x - \frac{d^2}{a^2} = 0, \text{ quæ æqua-}$$

tio exprimit, & relationem rectarum CH, Ff , per quam datur constructio curvæ in superficie Cylindri $LMSI$; & etiam rectarum CH, HE , ex quarum relatione cognita innotescit constructio ejusdem curvæ in superficie Cylindri, recti plano QCe , & cujus basis terminatur linea, in cujus portione locantur omnia E puncta, quæve est Parabola vulgaris in plano QCe sic

describenda. Capiatur ab S ad partes Q , $SN = \frac{Ss^2}{CS+CI}$ &

vertice N , parametro $CS+CI$ super axe NC describatur Parabola versus C cava; dico hanc satisfacere æquationi inventæ, & transire per puncta s & i . Nam per constructionem est $CN = \frac{a^2+ab+d^2}{2a+b}$, unde $NH = \frac{a^2+ab+d^2}{2a+b} - x$, & ob parame-

trum $CS+CI = 2a+b$ erit ex natura Parabolæ $CS+CI \times NH = y^2 = a^2 + ab + d^2 - 2ax - bx = HE^2$, quæ est æquatio construenda, in qua si fiat $x = a+b = CS$, fit $y^2 = d^2 - a + b^2 = Ss^2$; si fiat $x = a = CI$, fit $y^2 = d^2 - a^2 = Ii^2$, ex quo manifestum eam transire per s & i . Eadem metho- do patet inveniri intersectiones Sphæræ & cylindrorum basi- bus aliis & a circularibus diversis insistentium. Quæ confide- ratio ducit ad investigationem intersectionum Sphæræ & Co- norum. Reducitur enim ad intersectionem Sphæræ cum Cy- lindro, cujus basis est projectio Curvæ quæsitæ in planum KQT , TAB. V. vel in planum Qbc ; vel potius ad infinitas intersectiones cy- Fig. 4. lindrorum circularium, quorum diametri in data ratione conti- nuo mutantur, & quorum unusquisque Sphæræ occurrit in li- nea supra definita alia atque alia, pro diametri diversitate. At cum ad quamvis mutationem ipsius y transitus fiat in alium cylindrum, punctum quodvis Curvæ e sectione Coni prodeun- tis transfertur etiam in superficie Sphæræ in aliam atque aliam sectionem cylindricam, ut e sequentibus clarius apparebit.

Sit LMV Conus occurrens Sphæræ in Curva sfi , cujus

constructio quaeritur. Sit *SI* sectio Coni facta a plano *KQT*, & ex *i* & *s* demittantur perpendiculares *iO* & *bsR* in planum *KQT*. Ex puncto quovis *f* curvæ *sfi*, intelligantur perpendiculares, *fE* quidem in planum per axem conii *QbcC*, & *fF* in planum *KQT*: per *E* ducatur *GD* in plano *QbcC* axi Coni normalis, & per *GD* transeat planum ipsi *KQT* parallelum, Conicæ superficiæ occurrens in Semiperipheria *GfD*. Ex *G* & *D* sint *GB*, *DA* perpendiculares in planum *KQT*, reliqua fiant & fieri intelligantur ut supra. His positis, patet *f* locari in interfectione Sphæræ cum cylindro *GDBA*, & proinde, cum, variante *GB* seu *EH*, variet magnitudo *GD*, quodlibet *f* locari in interfectione novi cujusdam Cylindri cum Sphæra; adeoque omnia *f* seu Curvam quaesitam *sfi* percurrere interfectiones Sphæræ & omnium Cylindrorum, quorum diametri inter *pi* & *sq* interjacent. Projectis vero omnibus circulis *GfD* inter *pi* & *sq* interjectis in planum *KQT*, manifestum est projectiones omnium *f* seu curvam *OFR* percurrere omnes projectiones dictorum circulorum *AFB*, transeundo ab *O* ad *R*. Nec difficilius deprehenditur, locum omnium *E*, seu projectionem Curvæ *sfi* in planum *QbcC* percurrere omnes portiones parabolicas ad dictos cylindros, vi superiorum, pertinentes. Sit iterum *Cc=d* *Cl=a*, *IS=b*, *fF=EH=DA=GB=y*, *CH=x*, & præterea propter angulum ad *V* datum *c*: *e=iO:IO*; erit *iO:IO=DA:IA*, proinde *IA=* $\frac{e}{c}y$, *AB=IS+2AI=*

$$b + \frac{2e}{c}y, CA = Cl - AI = a - \frac{e}{c}y, CB = CA + AB = a - \frac{e}{c}y$$

$$+ b + \frac{2e}{c}y = a + b + \frac{e}{c}y, HA = CH - CA = x - a$$

$$+ \frac{e}{c}y, HB = CB - CH = a + b + \frac{e}{c}y - x, Hb^2 = fH^2 =$$

$$Cb^2 - CH^2 = d^2 - x^2, HA \times HB = \frac{e^2}{c^2}y^2 - x^2 + \frac{2a}{c}x +$$

$$\frac{eb}{c}y - \frac{a^2}{ab} = FH^2; \text{ item, } fE^2 = FH^2 = fH^2 - EH^2 =$$

*d*² -

$d^2 - x^2 - y^2$; unde prodit æquatio $y^2 + \frac{ceb}{c^2 + e^2} y +$

$$\left. \begin{array}{l} \frac{2a+b \times c^2}{c^2 + e^2} x - \frac{d^2}{-ab} \end{array} \right\} \times \frac{c^2}{c^2 + e^2} = 0 \text{ vel brevius } y^2 + fy +$$

$qx - r^2 = 0$ pro loco omnium E sic construendo in plano $QbcC$. Producat cC versus d ut fit $Cd = \frac{2}{3}f$, per d ducatur dN parallela ipsi CQ , & in ipsa capiatur $dN = \frac{2}{3} \frac{f^2 + r^2}{q}$;

vertice N , parametro q describatur Parabola versus Nd cava: hujus portio inter s & i interjecta, (quæ puncta ex ipsorum E numero sunt) satisfaciet quæsito. Si in æquatione inventa & constructa $c:e$ ponatur ratio infinita, id est, introductis conditionibus superioris solutionis pro casu Cylindri, fit $y^2 + \frac{2a}{b}x + b$

$- d^2$
 $- a^2 = 0$ ut supra inventum erat. Si in eadem fiat $y^2 = - ab$

$d^2 - x^2 - v^2, y = \sqrt{d^2 - x^2 - v^2}$ prodit æquatio ad Curvam OFR $x^2 + v^2 - qx - d^2 + r^2 = -f \sqrt{d^2 - x^2 - v^2}$ sic construenda. In figura quarta, ne novo schemate opus sit, concipiatur planum $QbcCdN$ cum Triangulo LMV , & Parabola reclinari, donec cadat in planum KQT . Assumpto x seu CH utcunque, ex H erigatur perpendicularis Hb quadranti QC occurrens in b , & Parabolæ in E . Per E ducatur GD ipsi QC parallela, & ductis DA, GB , centro u ipsius SI , radio $\frac{1}{2}BA = uA$ ducatur circulus BFA , & Hb producta dicto circulo occurrat in F , quod punctum erit in curva quæsitæ OFR . Hoc modo licebit tot puncta curvæ hujus invenire, quot lubet, vel quot sufficiunt ad ipsam e projectione in superficiem Sphæræ revocandam, qua de re mox dicam. Ut autem inveniantur CO & CR , quæratur æquatio definiens intersectiones rectæ MV cum circulo Qbc nec non alia definiens rectæ LV intersectiones cum eodem, & prodit primo loco $x^2 - \frac{2ac^2}{c^2 + a^2} x = \frac{d^2e^2 - a^2c^2}{c^2 + e^2}$, secundo

$$x^2 - \frac{c^2}{c^2 + e^2} x \frac{2a + 2bx}{2a + 2bx} x = \frac{c^2}{c^2 + e^2} \left. \begin{array}{l} + d^2 \\ - 2ab \\ - a^2 \\ - b^2 \end{array} \right\} \text{ extractis radici-}$$

bus, uti notum est, patet minorem primæ & majorem secundæ æquationis radicem exhibere quantitates CO , CR , inter quas cadunt omnes x æquationis ad curvam OFR , quibus respondent valores veri ipsorum v seu FH . Eadem omnia, quæ hæctenus attingi, applicantur ad Conum, vertice sursum posito, mutatis tamen mutandis: nam, ut unum ex omnibus memorem, in casu Fig. 4 axis conii axem OR curvæ OFR dividit in centro circuli SI , sic ut portio versus centrum Sphæræ directa sit æqualis $\frac{1}{2} pi$ adeoque major reliqua, quippe æquali $\frac{1}{2} cq$; contrarium evenit, si vertex conii ponatur ad partes contrarias respectu Qbc . Sed omnia persequi ad hunc casum spectantia, operæ pretium non est, cum a quolibet e superioribus facile possint derivari.

TAB. V.
Fig. 5.

Præcedentium ope ad momentum datum construitur figura Umbræ Lunaræ, seu nuperi Schediasmatis Elliptoides Sphæricum in superficie Telluris. Sit enim KQT discus Telluris expositus Soli ut in quinta Figura; in qua via centri cum centri V octo stationibus diversis, quas nempe ultima Tabula loc. cit. exhibet, reliquæve lineæ ad Schema ejusmodi pertinentes comparent, eoque proxime situ, quem nupera Eclipsis requirit. Ad septimam stationem Elliptoides Sphæricum, id est figura Umbræ in superficie Telluris utcunque designatur, axem majorem habens in recta CV producta, & ap , transversum nuper quamvis improprie dictum, juxta viam centri. Similis figura ad singulas stationes, quibus numeri adscripti sunt, intelligatur, cum literis iisdem, ut ad $V6$, ubi centrum maximam Latitudinem tenet, & sic in reliquis. Ad $V3$, quod punctum est med. Tenebrarum; intelligatur etiam Penumbra, ad exponendos secundæ Tabulæ numeros; quæ omnia ideo tantum exhibentur, ut idem Schema per omnia aptetur nuperis numeris. Sed ad præsens negotium faciunt, quæ ad secundam stationem conspiciuntur, & ne-

linea-

linearum confusio fieret, multo majora, quam alias fieri debebat, repræsentantur. Quæ quidem eadem omnino sunt atque illa quæ in Fig. 4 super plano KQT iisdem literis intigniuntur. Nempe OFR projectio Elliptoidis umbrosi e superficie in discum, seu basis Cylindri, cujus cum Sphærica superficie intersectio eadem est, ac intersectio conii in Fig. 4 *si* dicta: SI , intersectio conii & disci. Jam per ea, quæ Astronomia suppeditat, dantur SI seu b , & Cc seu d parallaxis Lunæ Horizontalis; & dato tempore datur rectæ CV_2 magnitudo, & positio seu angulus V_2CP . Sed ex SI , CV_2 magnitudine datis datur CI seu a ; & ex angulo ad verticem Trianguli per axem conii datur ratio $c : e$. Unde ad datum temporis momentum dantur $a, b, d, c : e$ superiorum æquationum in numeris. His igitur substitutis numeris in æquationibus supra pro inventione ipsarum CO, CR allatis, habentur CO, CR pariter in numeris. (Nota, ut figura universalis evaderet, Sab R distinctum poni, cum re ipsa in illa statione z . ad contactum internum, coincidentibus R & Q etiam S cum ipsis confundatur.) Jam datis CO, CR dantur arcus, quorum sunt Sinus & ad quos e disco in superficiem notissima analogia revocantur; datur ergo & OR axis major in partibus circuli maximi. Inter arcus $CO CR$ tot sumantur intermedii arcus CH quot lubet, & distinctionis gratia in Tabulæ, quam datorum voco, columna prima scribantur. In columna secunda cuilibet arcui primæ adponatur sinus ejus, qui habetur revocando quemlibet arcum CH ad discum; ut adeo in hac secunda columna valores omnium CH rectorum, seu x obtineantur. Jam inventi valores CH successive substituuntur in æquatione ad Pa-

rabolam $y^2 + fy + qx - r^2 = 0$, ponendo $f = \frac{ceb}{c^2 + e^2}$

in numeris &c. quo facto ex qualibet substitutione obtinebitur valor ipsius y^2 , qui in Tabulæ columna tertia illi CH ad latus ponatur, e cujus substitutione prodiit. Fiat jam ope secundæ & tertiæ columnæ, quoad singula CH & y^2 sibi ad latus posita, $d^2 - CH^2 - y^2$, & numerus resultans in quarta columna scribatur. Ex numeris quartæ columnæ jam repletæ extrahantur radices quadra-

quadratz & scribantur in quinta, quæ vi superius ostensorum exhibebunt tot valores HF in particulis Semidiametri disci, quot assumti fuerunt in prima columna arcus inter CO & CR intermedii. Tandem igitur datis CH , FH in Triangulo CHF dabitur angulus HCF & latus FC , arcusque, cujus est projectio. Hinc propter angulum HCP vel V_2CP ab initio statim inventum, dabitur FCP , ipsorum HCP & HCF differentia vel summa. In Triangulo igitur Sphærico FCP dantur PC complementum declinationis Solis Borealis, vel summa quadrantis & declinationis australis, & FC , nec non FCP , ergo dantur PF & FPC & hinc puncti F in superficie Longitudo & Latitudo, ex una parte axis OR , si HCP æqualis factus sit summæ HCP & HCF ; ex altera, si differentiz.

Si quis maluerit, vel propter calculi prolixitatem, vel propter exiguam quantitatem iq & ps Fig. 4, vel quod aberratio figuræ telluris a Sphæra errorem penset, Circulos inter pi , sq æquales habere, vel assumere medium arithmetice proportionalem inter pi sq , & hoc modo Cono substituere cylindrum vulgarem: illud quidem per me licet, qui ipse in nuperis determinationibus methodo usus sum, quæ huc redit; at tunc attendendum erit ad ea, quæ sub initio de interfectione cylindri cum Sphæra ostensa sunt. Ad scientiæ vero profectum facere putavi, si tentarem viam, qua idem assequi liceret exacte, & ad rigorem Geometriæ.

*DISSERTATIO MEDICA DE MORBIS
Venereis, cui adjungitur Dissertatio Medico-Chirurgica
de Tumoribus, Autore Nobili ANTONIO DE IDI-
ER, Regis Consiliario & Medico in alma Monspeliensium
Medicorum Academia Chymicæ Professore Regio,
& Urbis Massiliensis Medico a
Consiliis.*

Londini, apud Gulielmum & Johannem Innys, 1724, 8.
Plag. 18 dimidiat.

IN I Dissertatione Autor Clarissimus, explicatis Symptomati-
 bus, quibus se prodit lues venerea, expositaque prima ejus
 origine inter Europæos, illos refutat Autores, qui salia acida
 fixa corrosiva in hoc morbo omnem ludere scenam contem-
 dunt. Quodsi enim virus illud hujusmodi indolis esset, statim
 ab impuro coitu vel coagulari humores, vel partes solidas rodi
 exulcerarique debere existimat, siquidem nullum acidum fi-
 xum corrosivum, sive exterius applicetur, sive intra sanguinem
 injiciatur, non illico vires suas exerat, virus vero venereum non
 statim ab impuro coitu gonorrhæam, caneros, sarcomata, bu-
 bones, sed paucis diebus elapsis producat. Nec putandum dicit,
 spicula illa acida partibus sulphureis, quibus sanguis scatet, im-
 plicari, & ad libitum sese ab his vinculis liberare, siquidem virus
 hoc in sanguinem raptum tandiu, ut interdum fit, resistere il-
 libatum naturali sanguinis fermentationi & febribus diversi
 generis haud possit, imprimis cum rami sulphurum perpetuo ex-
 solvantur, atque tum extricatae partes acidæ cum salibus alcali-
 nis effervescent, sicque formam suam mutarent, amitterent,
 imo destruerentur. Nec ullam rationem dari posse existimat,
 quo pacto virus adeo multiplicari possit, ut quod vix ab initio
 millesimam unci grani partem æquaverit, jam crescat in im-
 mensum; vel quomodo, quod uni duntaxat humani corporis
 parti primum adhæserit, jam singulos humores coagulet, una
 cum sanguine per vasa rapiatur, idque liberum, nec amplius
 sulphurum vinculis irresiatur, dein plurimas erodat partes in-
 tactis aliis, modo unicam duntaxat partem aggrediatur. Negat
 igitur, salia corrosiva, eaque acida posse de novo produci, gene-
 rari, multiplicari, intra contextum sanguinis alcalini, alcalinæ-
 que lymphæ; aut certe dicendum foret, totum venerea lue in-
 quinatum sanguinem & universam lympham ex alcalina natu-
 ra in acidam mutari, quod experientiæ repugnet. Existimat
 potius Autor Clarissimus, omnia luis Gallicæ phænomena ver-
 mibus in acceptum esse referenda. Hypothesis hujus summa hæc
 est: vermes venerei oriuntur ex ovis, nec citius excluduntur,
 nisi convenienti calore hæc prius fuerint incubata; incubantur
 autem in semine putrescente, ab impuro coitu inquinato: ex-

clusi vermes alios procreant, sicque se multiplicant. Qui luem veneream ex elephantiasi priscorum ortam putant, hanc verminosam prolem protinus agnoscere coguntur. Virus venereum hodie minori atrocitate atque celeritate in Europa grassatur, quia verminosa proles jam languore & marcere confecta aliquatenus immutata fuit, sive soli conditione, sive novis & in-suetis variorum vermium copulationibus, sive remediorum ministerio; sicque potuerunt ejusmodi vermes, qui prius leprosi, dentibus forsitan instructi, carnes depalcebantur, nunc venerei, mutata priori forma dentibus orbatu piscium instar humoribus inuuant. Cum non nisi impuro coitu procedant, primura solo semine nutriuntur, & spermatici vocantur, gonorrhoeam & testium inflationem excitantes; hinc ad sanguinem, lympham vel lac transmissi, sanguinei, lymphatici, vel lactei nuncupari possunt, varia in variis locis euentes symptomata, non quidem mordendo, atque erodendo, sed simpliciter obstruendo. Subque his obstructionibus vascula dirumpuntur, humores effluunt, & computrescunt. Fœsundandis ovulis, ipsisque vermibus fovendis modo magis modo minus commoda est adultorum constitutio, modo penitus adversa, & hinc maturius aut tardius sese prodit venerea lues. Siquae pauciores admissi fuerint vermes, tunc vel penitus extinguuntur, vel nonnisi ad sequentes generationes lues suscitabitur. Ova memorata facilius excluduntur, & vermes blandius nutriuntur, in virili semine & lacte muliebri; citius quoque in fœtu ac puero recens inquinato, quod in his dulciusculi & tepidiusculi sint humores, e contra fervidiores & acriores in adultis. Rariores vero sunt vermes sanguinei, frequentiores lymphatici, frequentissimi spermatici & lactei. In curanda itaque lue mercurius vivus adhibetur, sub forma unguenti, qui est corpus metallicum, summe liquidum ac maxime ponderosum, hincque aptum, quod vermes eorumque ova discindere & dissolvere possit, quo factò malum eradicatur, etiamsi nulla sensibilis sequatur evacuatio.

In Dissertatione II Medico-Chirurgica Tumorem vocat Autor Clarissimus, quicquid eminent in humano corpore, eumque vel naturalem vel non-naturalem vel præter-naturalem constituit; ad

ad naturales mammas muliebres & uterum gravidum revocat, non-naturales nuncupat eos, qui nulli officiant actioni, verrucas puta, lentigines, nævos quosdam & ganglia. Præter-naturales vero definit, quod sint morbi, in quibus corporis nostri partes a naturali situ, magnitudine aucta, recedunt. Cum autem hi tumores præter-naturales vel ex inhzrente humore, vel ex collecto statu, vel ex situ solidarum partium producantur, missis reliquis tantum de tumoribus humoralibus, qui partes externas obfidant, in hac Dissertatione agit, & quod occurrant frequentius in praxi, & quod eorum curatio medicam pariter ac chirurgicam opem efflagitet. Horum causam proximam quærit in humorum præter naturam facta collectione, aut in propriis vasis aut extra vasa. Cum enim totum corpus nostrum resolvatur in vasa & humores, nullam solidam partem intumescere posse dicit, quin ex vasis alia dilatentur, ultra modum comprimantur alia, & soluta unitate humores profundant; hocque modo perverti naturalem humorum situm, quod si fiat quasi derepente, fluxionem, sin sensum, congestionem nuncupari. Inter causas remotas recenset plethoram, cacochymiam, & vitium partis affectæ. Subjungit hinc, qua ratione tumores dignoscantur, a se invicem discrepent, quid in illis tractandis sit sperandum, quid metuendum, & quomodo cura in genere sit instituenda; idque in specie circa phlegmonem, erysipelas, œdema & scirrhum explicat. Phlegmonem non ex eo fieri putat, quod sanguinis salia extricentur in affecta parte, & a sulphurum compedibus liberentur, sed quod præcludatur libera in parte sanguinis via. Non confundendam vero esse phlegmonem monet cum inflammatione; hanc enim pro genere habet, quod tanquam species sub se complectitur phlogosin, quæ est inflammatio simplex absque tumore ullo, erysipelas, in quo tumor superficialius conspicitur ob sanguinem per partem affectam, propter perspirationem ubertorem aut crassiorem retentam, circulantem, ibique æstum concipientem; & phlegmonem, quæ tumorem sublimem & circumscriptum comitem habet. Oedematis causam proximam & immediatam esse judicat lympham serosiorum in parte sensim depositam & aggestam, remotiorem vero, quicquid redi-

tum sanguinis per venas remoratur, vel lympham ferofioreni reddit, vel feroforum humorum excretionem cohibet. Ad œdema universale ex vitiofa chylofi oriundum, ubi hydrops vel imminet, vel iam conjunctus est, fequentem comendat tincturam hydragogam: Rec. Radic. Ireos Florent. exliccatæ & jalappæ pulverifatarum partes æquales, reponantur in matraccio vitreo, fuperaffundendo aquæ vitæ vulgaris ad supereminenti- am quatuor tranfverforum digitorum; obturatum matraccium exponatur balneo cinerum per 24 horas, materiam fubinde agitando, ut educatur tinctura, variis dofibus, jejuno ventriculo exhibenda, procedendo gradatim per femiuncias, nimirum ab uncia femis ad uncias duas, & per 15 aut 20 dies continuanda.

**D. GEORGII SAMUELIS LUDOVICI, AD-
vocati Ordin. Reg. Regimin. Lignicenfis, Tractatus Ju-
ris publici de Sacro Fisci Jure circa feuda Silefiæ me-
diata ex crimine læfæ Majestatis
commiffo.**

Lipfæ, fumptibus Autoris, 1724, 8.

Plag. 16 $\frac{1}{2}$.

CUm Anno fuperioris feculi feptuagesimo Jo. Erasmus Co- mes Tettenbachius cum aliis fceleftæ factionis & perduel- lionis graviffimæ reus ageretur, & cuftodiæ publicæ mandare- tur, Imperator Leopoldus regio refcripto poffeffiones in Epi- fcopatu Niffenfi Tettenbachianas occupari & adminiftrari juffit. Patuit Domini voluntati Sebaftianus Epifcopus, idemque fu- premus per utramque Silefiam Capitaneus, quod ad præcipu- um prædium Nieder-Pomsdorffium attinebat; alia autem tria prædia, Gallenavium, Lebenavium, & Krautenwaldavium, quasdam Niederpomsdorffii acceffiones, quod feuda effent Epifcopalia, a fuis detineri imperavit, fruftra proteftante Regii fisci Advocato; Principe potius Auersbergenfi exemplum Epi- fcopi imitante, & aliud prædium ad easdem poffeffiones perti- nens, cui Glambachio nomen eft, eodem titulo fibi vindicante.

Impe-

Imperator factum improbavit, aliis literis bona nondum caduca esse ostendit, & ut sequestri nomine a Regio fisco detinerentur interea, se velle, iterum declaravit; sed nec his literis quicquam moti sunt Duces; Illustrissimo potius Joh. Francisco Ferdinando Comiti de Wurbna, ad quem, isto Tettenbachio capite plexo, omnia atque singula in Silesia Tettenbachiana titulo oneroso pervenere, jura quæcunque in iis prædiis denegarunt, quo factum, ut ad preces Comitis, spoliæ actionem adversus Episcopum & Auersbergico-Monsterbergensem Principem intendentis, res omnis ab Imperatore Leopoldo A. 1700 supremo Appellationum Judicio Pragensi, ut delegato Judici, committeretur, & discussis omnibus, maxime, quod ista prædia ad dynastiam Pomsdorffianam pertinuerint, ista vero confiscandi, sive alodia sive subfeuda sint, Jus Cæsari, ut Bohemiæ Regi, uni competat, a Carolo VI Augustissimo Imperatore A. 1712, secundum Comitis intentionem, judicaretur. Quamvis autem hanc sententiam tria mandata executorialia sat gravia sint infecuta, quorum postremum Auersbergicum ad restitutionem compulit; nondum tamen Illustriss. Emptoris heres Wenceslaus Adelbertus Comes de Wurbna S. Cæs. Maj. Consiliarius intimus actualis, Camerarius, & Principatus Lignicensis Capitaneus, restitutus est, Episcopo Vratislaviensi eodemque Eminentissimo S. R. I. Electore Trevirensi non parente, Auersbergico-Monsterbergensi etiam Principe ad antiquum redeunte & iterato spolio Glambachium suum occupante. In his libris Illustrissimis Comitibus fuit a Consiliis Consultissimus Autor, qui, cum ita occasionem in Sacra Fisci Jura circa bona ex crimine læsæ Majestatis commissæ, maxime in Silesia, inquirendi nancisceretur commodam, credidit mereri rem, ut publico scripto traderetur, & causæ principalis juvandæ gratia, quæ non, nisi quod in jurisdictione est ultimum, expectat, Augustissimo Cæsari offerretur. Et sane non male meritus est de publico Silesiæ Jure Consultissimus Vir doctissimo scripto, in quo, ut omnia ordine tradantur, dicenda quatuor capitibus inclusit.

Primo agit de statu & qualitate subjectionis Ordinum Silesiæ, & postquam ex Historicis monumentis ostendit, Silesiam

- S. 15. omnem olim ad Poloniam pertinuisse, postea ad Bohemiam jure optimo maximo transisse, Lubienficio in operibus posthumis discursu de rebus Silesiacis frustra & contra publicarum tabularum fidem obuitente, specialius in subjectionem & Episcopi Vratislaviensis & Ducis Monfterbergensis inquit. Subfuit Episcopus Vratislaviensis in spiritualibus Gnesnenfi Archiepiscopo, in temporalibus Vratislaviensium Duci; sed cessit Jure suo omni Henricus Pius, Vratislaviensium Dux, insigni diplomate, quod hic integrum legi potest, eo fere tempore, quo Thomas Episcopus ab Innocentio IV Bullam obtinuit, qua cum sua Ecclesia omnium aliorum Præfulum Jurisdictioni exemptus est. Exinde autem patet, Episcopum a Duce suo veluti emancipatum & sui juris factum, in potestatem supremi Ducis Regis Bohemix proxime incidisse, & ni pateret inde, aliis mox tabulis Joannis Regis Bohemix, Episcopi Pretzlai, Caroli IV Imperatoris & Ferdinandi I firmatur. In Monfterbergensis Principis subjectione eo minus dubii est, quod iste Ducatus jam ad Maximilianum II pleno dominio pervenerit, a Ferdinando III autem Auersbergicis Principibus novo beneficio collatus sit.
20. 21. 22. 23. 24. 25. 26.

- Capite secundo superioritatem territorialem Silesix ordinibus haud tribuendam esse asseritur. Quamvis isti Principes, ut feudorum oblatorum possessores, insigni libertate sint gavisi, majestas tamen ea, quæ publico Imperii jure superioritatis territorialis nomine venit, iis adscribenda haud est, quod illa ex natura feudorum oblatorum necessaria consequentia haud fluat; quod nec Principis aut Ducis elogium eam involvat; quod illa jam apud alium Regem nempe Bohemix, supremum magni sed unius Ducatus Ducem ac dominum, resident. Neque formula in Tabulis Silesiacis haud infrequens: *cum omni jure Ducali*, id involvit, quod & Authentica strictissimæ Interpretationis Leopoldina, & longa inductione Jurium superioritatis territorialis Principibus Silesix denegatorum adstruitur.
4. 5. 7. 8.

- Jura Fiscii imprimis Silesix ordinibus haud competere, id est, quod Capite tertio traditur, quod ea nec habeant jure investituræ, nec per privilegium, nec per præscriptionem, habeant autem Reges Bohemix jure superioritatis territorialis, ex legibus publi-
3. 6.

publicis & suis sanctionibus expressis, ut Matthiæ Hungariæ Bohemiæque Regis, & Ferdinandi I Imp. literis, item Leopoldi I ad Auersbergicum Principem, Jus aggratiandi usurpantis, multa cum cura & gravi sermone exaratis, Josephi denique constitutione luculentissima.

In Capite IV arx tandem controversiæ collocata est; quæstio nempe: *si Vasallus Domini mediati nihil deliquit in Dominum feudi mediatum, sed crimen læsæ Majestatis commisit, ob quod feudo, bonis ac prædiis suis privandus est, ob quod ea omnia confiscanda sunt, utrum Dominus mediatus, an vero Dominus supremus ea confiscare atque sibi appropriare possit?* Negativam tuetur prioris asserti Consultissimus Auctor, quod Dominus mediatus læsus haud sit, nec in eum peccatum, & quod filci jure destituatur. Pertinet autem hoc jus ad Dominum supremum & in visione hic allata ad Regem Bohemiæ vi aureæ bullæ, & exemplorum plurimorum præjudiciorumque autoritate, inter quæ olim, quæstione iterum iorte mota, haud ultima merebitur locum in initio nostri sermonis expositum, hic in fine explicatum, cui privilegia nonnulla de Jure Filci, & Episcopo Vratislaviensi & Principi Auersbergico-Monsterbergenfi olim concessa, non officere, solide simul demonstratur.

JACOBI STAALKOPFII, ÆDIS DIVI GEORGII apud Vismarienses Pastoris & Consistorii Assessoris, Animadversiones succinctæ in Definitionem secundam Part. I Eth. Ben. de Spinoza, ut & illius Confutationem a PETRO POIRETO scriptam. Accedit Tentamen Introductionis in Historiam Conciliatorum Biblicorum.

Lipsiæ & Wismariæ, apud Sam. Gottlieb Lochmann, 1724, 4. Plag. 12½.

A Nimadvertit S. R. Autor non tantum in Benedictum de Spinoza, cujus Definitionem II. Part. I Ethicæ examini subjicere constituit; verum eadem opera & Petrum Poiretum perstrin-

perstringit, quem in refutatione illius parum accurate versatum esse censet. Optandum quidem esset, ut assidua magis meditatione (quam in epistola dedicatoria modeste a se removet) argumentum hoc tractare voluisset: quum interim, vel *blanditiis inertia dulcedine seducto*, si verbis ejus uti licet, vel negotiis sacri muneris utriusque præpedito, aliter se gerere non licuerit: at ne hanc quidem operam sine fructu fore confidimus. Pro cæmii loco, humanorum ingeniorum diversitatem speciatim ad eruditos, præsertim in eligendis librorum conscribendorum thematibus versantes, applicat, observatque, alios res utiliores, etsi vulgares, alios autem gloriosa tantum & nominis famam promittentia sectari. Hæc eum in finem præfatur, ut operam suam, licet in re levioris momenti, & ab aliis sæpius experisa, occupatam, excuset. Adducit vero §. V ipsam Spinosæ definitionem, qua finiti naturam explicaturus scribit: *Ea res dicitur in suo genere finita, quæ alia ejusdem naturæ terminari potest &c.* Supponit in sequentibus, terminos technicos, sive vocabula artium, secundum definitiones prudentum cujusvis artis explicari debere, additque, hac regula observata, ex communi metaphysicorum sententia, *finitum non esse, nisi quod terminis essentia gaudet.* Quamvis non adducat, quos secum convenientes habet eruditos, nec differentiam utriusque definitionis evolvat, tamen Spinosæ dissentium parum roboris habere, pronuntiat, qui nunquam pro bono Metaphysico a rerum intelligentibus sit habitus. In Poireti refutationem inquirens, observat, eundem in nonnullis ita scripsisse, ut reprehensionem ipse mereatur. Specimina hujus asserti inde dat, quod necessarium non sit, ante finiti notionem formatam, infiniti definitionem tradere, quod Poiretus Spinozæ reposuerat. Rationes adducit in sequentibus, ex V. C. G. Vriesio depromtas; 1) quod infinitatis notio positiva non sit; 2) neque, ad cognitionem nostram respiciendo, infinitatis vox termino finitatis prior existat. Laudat tamen Poiretum, in definitione Spinoziana culpantem, quod finitum, non simpliciter, sed in suo genere tantum exposuerit. Porro, ubi ineptiarum reus agitur a Poireto Spinoza, Noster observat, sub Spinosæ persona in omnes Philosophiæ primæ doctores de-

baccha-

bacchatum esse, quippe qui finitum etiam vocant, *quod terminos essentia habet*. Fateri tamen ipse videtur, hanc definitionem non satis accuratam esse, & idem per idem explicare, optans, ut pari facilitate nævos scientiarum indicare & corrigere possemus. Tentavit posterius Poiretus, etsi, Nostro iudice, obscuritate factis densa emendationes suas involverit, dum, ens infinitum meras realitates possidere, asseruit. Verum nec hac ratione vocabula *finiti & termini* evitari posse, censet Autor, idque in sequentibus probare conatur. Confert se tandem §. XXIV ad primarium Ethicæ Spinosianæ scopum, mundi nempe apotheosin, qua ex mente Spinosæ breviter exposita, subnectit Vriesii supra laudati explicationem, aliosque Viros eruditos, nominatenus indicatos, conferre jubet. Recenset porro & eam Poireti sententiam, qua Spinosæ de finito assertum falsitatis pestulavit, aliaque historica in controversia Spinosistica addit, tandemque operi finem imponit, Gerardo de Vries verba præeunte, ita scribens: *exulant mihi humana nomina, qui solius Dei oraculis hanc habeo reverentiam, ut mea iis submittam philosophemata*. Additamentum huic tractationi dare placuit Cl. Autori, introductionem in historiam conciliatorum biblicorum, in qua recensenda breviores erimus. Ac initio quidem de historiarum litterarum abusu usuque genuino differens, promittit fore, ut aliquando immaturum hunc ingenii sui sectum ad majorem perfectionem perducatur. Originem Conciliatorum Biblicorum recte omnino ab Antiscripturariis repetendam esse ducit, a quibus excitati sunt Viri Eruditi, ad contradictiones apparentes, in S. Scriptura obvias, e medio tollendas. Horum in numero sequentes recenset: R. Menass. ben Israel, Fr. Cupe- rum, Michael. Waltherum, Christ. Matthiæ, Jo. Pontasium, Gisb. Voetium, Bibliandrum, Aug. Pfeifferum, Jo. Thaddeum, Hug. Broughtonum, Guil. Surenhusium, Andr. Althamerum, Dom. Macrum, Lud. Rabum, &c. Nec excludendos putat, ex horum numero Harmoniarum scriptores, e. g. Tatianum, Augustinum, & ex recentioribus Bern. Lami, Guil. Whistonum, Abrahamum Covet du Vivier, Nic. Toinardum, Jo. Henr. Majum, Petr. Butinum, quos Cl. Pritio non memoratos esse obser-

vat. Provocat etiam ad præfationem, quæ Harmoniæ Evangelicæ Jo. Clerici (edit. Norimb.) a Cl. Serpilio præmissa est. Ad speciales, quos vocat, Conciliatores Biblicos deveniens, nominat Mart. Chemnitium, V. E. Lœschnerum, Jo. Mich. Langium, Gisb. Cuperum, Taco Haio van den Honert, Hermannum denique Withium, in cujus scriptis recensendis multus est. Ubique observationes doctissimas intersperfas, indicemque locupletissimum subjectum reperies.

CHRISTI PASSIONALIA VETERIS Testamenti, sive loca quedam difficiliora, ex Mose, Psalmis & Prophetis deprompta, ad passionem & mortem Christi spectantia, cum quibusdam Typis huc pertinentibus. Præfationem de Moralitate Meditationis Scripturæ, nonnullis observationibus illustratam, præmisit
 JAC. STAALKOPF, Past. Georg. apud
 Wisn. & Consist. Reg. Assessor.

Wismariæ, apud Sam. Gottlieb Lochmann, 1724, 4.

Alph. 2 plag. 2.

Jungendum duximus præcedenti & hunc tractatum, quoniam idem V. C. Staalkopfius, præfatione sua doctissima eundem ornare dignatus est. In eo autem præfatio hæc occupatur, ut meditationem S. S. Theologiæ cultoribus, quantum fieri potest, commendet, quare non tantum, quid meditatio sit, definit, verum rationibus etiam thesin suam confirmat. Utrumque ea, qua pollet, dicendi facultate exsecutus est, & primum quidem asserendo, *meditationem esse seriem cogitationum arctissimo federe sibi in vicem junctarum*: secundum vero argumentis, partim ex rei ipsius natura, partim ex S. Scriptura depromptis, præfertim Joh. I, 8 & V, 39. Observationes insperfit eruditissimas, quibus veritates quædam lectoribus suis inculcare annuitur. Speciminis loco adducimus alteram Observ. in ipso §. I obviam, ubi neglectam a plurimis meditationem, ac grassantem ubique aliena memoriæ ingerendi contagionem, serio

ferio deplorat, optans, ut tandem monstri librorum helluones, centonumque ex male digestis aliorum spoliis confarinarum fabri, collectanea scribere, omnemque in allegatorum subinde autorum copia gloriam quærere desinant: alteram ex adnotatione §. 2 subjecta, qua Ministris verbi divini nimiam in veritate religionis Christianæ pro concione defendenda negligentiam exprobrat, eandem ex ignorantia ut plurimum ortam esse ratus. Optat etiam, ut & in Academiis diligentius doctrina hæc fundamentalis, seposito tantisper studio polemico speciali, tradatur. Ipse Tractatus, cujus Autor in præfatione, *Frid. Grunackius* esse dicitur, dicta V. T. de Servatore nostro agentia, ea methodo proponit, ut ipsorum Bibliorum sequatur ordinem. In quovis dicto explicando ita versatur, ut primo analysin præmittat grammaticam, deinde explicationem addat uberiores, exegetica, critica & polemica tractantem: tandem doctrinas, inter nostrates receptas, ex iisdem deducat. Brevitatis gratia exhibebimus tantum seriem dictorum S. Scripturæ, ex instituto pertractatorum. Continet itaque operis Pars I explicationem locorum Gen. III, 15, Gen. XLIX, 10, 11, 12. Pars II exhibet Psalm. II, 1-7, Pf. XXII integr. Pf. XL, 7-9. Pf. CX, 7. Pars III evolvit Jes. XLIII, 24, 25, Jes. LIII integr. Jes. LXIII, 1, 2, 3, Dan. IX, 24-27, Zach. XIII, 7. Unde satis apparet, non omnia Scripturæ dicta, communiter de Christo explicari solita, verum quendam eorundem selectum hic quærendum esse. Appendicis loco additi sunt Typi quidam, ad mortem & passionem Servatoris, ex Autoris sententia saltem, respicientes: 1) Lampas media in candelabro Judæorum sacro, 2) Hircus emissarius, 3) Avis leprosum mundans, 4) Agnus quotidie offerendus, 5) Sacrificium pro peccato, 6) Columba in altaris ambitu, medio ungue secanda, 7) Vacca rufa, 8) Isaacus immolandus. Indices præterea additi sunt, primus dictorum S. Scripturæ, secundus vocum Hebraicarum, & tertius rerum memorabilium locupletissimus.

TRAITE' DE PHYSIQUE SUR LA PESAN-
teur universelle des Corps.

Mmm 2

h. e.

TRACTATUS PHYSICUS DE GRAVITA-
te univ^{er}sali corporum; Autore R.P. CASTEL,
e Societate Jesu.

Tomus I.

Parisiis, apud Andream Cailleau, 1724, 12 maj.

Alph. I plag 2.

ET si prima fronte Cl. Autor celeberrimi *Newtoni* de gravitate univ^{er}sali sententiam probare videatur, nec diffiteri liceat, quod ejusdem luminibus usus fuerit; ex ipsius tamen Tractatus lectione apparet, eum a placitis *Newtonianis* prorsus diffidere, immo, quæ Vir summus in excellente opere Principiorum Philosophiæ naturalis Mathematicorum tradidit, ex suis passim oppugnare, non quod de veritate geometrica ambigat, sed quod in applicatione ad naturam rerum non consentiat. Statuit Noster, vi gravitatis univ^{er}salis non prodire nisi globos ex crustis heterogeneis concentricis compositos & vorticibus circumdatos, qui sint cum suo corpore totali partes majorum vorticum & ita porro: vi nempe gravitatis omnia ad æquilibrium tendere. Hoc æquilibrium primitivum primo per miraculum fablatum fuisse a Deo. atque ita prodiisse præsentem Telluris, immo mundi totius constitutionem, in qua omnia extra æquilibrium constituta vi gravitatis ad idem tendant, atque hac tendentia prodire phænomena, in statu æquilibrii primitivi locum non habitura. Ut autem præsens rerum status conservetur, nec natura sensim sensimque languescens ad primitivum æquilibrium redeat, opus esse actione entis liberi finiti. Unde hoc munus tribuit hominibus, quorum continui circa res naturales labores notissimi. Parte prima operis Cl. Autor Systema suum explicat & rationibus confirmare nititur: Parte secunda aliorum de gravitate Systemata ad examen revocat. De parte prima dicemus hac vice; de altera proxime in Supplem. differemus. Duo sunt systemata magna, judice Nostro, unde Systema univ^{er}sali resultat. Primum est Systema mechanisimi; alterum libertatis.


Illud

Illud ponderis vicem præstat & gravitate corporum universali nititur: hoc instar contraponnii est, cum speciem quandam levitatis naturalis in corpora per actionem spirituum liberorum introducat. Gravitationem universalem stabiliturus, inter gravitationem absolutam & relativam distinguit, & illam indirectam, quæ fit a peripheria ad centrum, atque reciprocam, quæ a centro ad peripheriam & quaquaversum tendit, dispescit. Tres illas distinctas gravitationis species tribus distinctis Libris explicat: quo facto Libro quarto ex jactis gravitationis universalis fundamentis systema primitivum naturæ mechanicæ derivat, atque Libro tandem quinto actionem hominum in hoc systemate mechanico exponit.


Vi gravitationis directæ corpora tendunt a peripheria ad centrum. Corpora mundi totalia componuntur ex partialibus & suos habent vortices. Quilibet vortex est pars vorticis majoris & vortex major pars universi. Corpora autem partialia suas denuo habent partes. Quælibet corporis pars suum habet centrum, quodlibet corpus partiale suum itidem habet, quod *gravitationis centrum* vulgo dicitur. In quolibet corpore totali, veluti Tellure, Luna, Sole, Jove, est aliquod centrum, & integrum universum, cujus omnia corpora totalia cum suis vorticibus sunt partes, suum quoque centrum generale habet. Ubiq; vi gravitationis directæ actu tenditur ad centrum. Cum in physicis sermo sit de iis, quæ actu sunt, probationes a phænomenis derivandas esse censet Cl. Autor. Quoriam in Tellure omnes partes diversis motibus motui gravitationis contrariis agitantur, nec tamen dissipantur, Tellure integra perennante, adesse debet causa aliqua, quæ a centro abducendas ad idem reducat. Atque hoc pacto ipsius etiam aeris a ventis agitati gravitas in aprico posita est. In Luna non minus alterationes sensibiles observantur, & ob fluidorum & solidorum coexistentiam Solisque in eam actionem ratiocinando innotescunt. Quamobrem cum corpus ipsum integrum non mutetur; eodem argumento tendentia omnis materiæ lunaris in centrum Lunæ concluditur. In Sole igneo motus violenti non obstant conservationi corporis totalis. Idem igitur argumentum & ad Solem applicatur. De ceteris judicari

Lib. I.

Secf. I. c. 1.



MICROCOPY RESOLUTION TEST CHART
 NATIONAL BUREAU OF STANDARDS 1963 A



1:24

ACTA ERUDITORUM
LEIPZIG 1724

DER MICROFICHE-REPRODUKTION LIEGT
DAS ORIGINAL DER STADTBIBLIOTHEK
BRAUNSCHWEIG ZUGRUNDE

SIGNATUR: M 612 w 4⁰

- poterit per analogiam, cum planetæ sint corpora Lunæ atque Telluri, fixæ autem corpora Soli similia. Quoniam tamen vim argumenti ab analogia petiti, etsi ad persuadendum, immo convincendum maximam, non omnes capiant, ne fundamentis lubricis tantam ædificii adeo magnifici molem superstruere videatur, duo argumenta superaddit, alterum a motu vertiginis desumptum, alterum a lumine petitur. Solem & Planetas motu vertiginis revolvi, indubia observationum astronomicarum fide hodie constat. Materiam motu vertiginis latam acquirere vim centrifugam & notissimum est, & *Copernico* contra motum Telluris dudum objectum, magna veri specie penes vulgum sensuum iudicio decidentem. Cum igitur vis centrifuga effectum, ad quem tendit, non sortiatur; vi quadam superiore ad centrum quasi retrahatur necesse est. Motus adeo vertiginis salva figura corporum totalium continuatus, materię omnis, ex qua constat, tendentiam versus centrum aperte loquitur. Etsi hoc argumentum per analogiam ad fixas & alia corpora totalia applicari possit; cum tamen illorum corporum motus vertiginis observari non possit, tertium a lumine mutuatum jungit.
- C. 2. Lumen, sive emittatur, sive reflectatur, non vibrari concipitur, nisi partes corporis a centro ipsius recedere conentur: cum tamen non recedant corpore perennante, vi contraria ad centrum urgeri debent. Motum luminis a gravitate non distinguit *Clar. Autor*, sed cum eadem constanter connexum esse arbitratur. Defendit enim, motum gravitatis esse motum reiteratæ continuo oscillationis, vi cuius massulæ graves alternatim a peripheria ad centrum & a centro ad peripheriam feruntur, etsi oscillationes exiguæ sensui sint imperceptibiles. Hinc & corpora totalia opaca, ipsam Tellurem, per se lumen semper producere, quamvis adeo debile, ut oculos non fatis feriat nostros. Et hac ratione lumen Lunæ secundarium produci arbitratur, nec probat, quod *Newtonus* gravitatis universalis assertor, hypothesin veterum de reali luminis emissionem renovaverit, tanquam gravitati contrariam: immo improbat, quod vacuum coacervatum in spatiis celestibus admiserit, vorticibus rejectis, cum id
- Sect. II, luminis propagationi repugnet. Ex motu curvilineo sive planetarum,

tarum, sive vorticis circa Solem, vel secundariorum circa primarios vorticum gravitationem in centrum eorundem, nempe primariorum in Solem & secundariorum in primarium, eodem ratiocinii tenore probat, quo ex motu vertiginis materię corporis totalis gravitas versus ipsius centrum inferitur. Intelligit autem per vorticem materiam aere subtiliorem, astro ad certam distantiam circumfuso. Urget etiam, quod Luna & astra moveantur in orbe determinatę magnitudinis, nec ex eodem unquam egrediantur: id quod tamen vi motus revolutionis fieri deberet, nisi vis contraria obflaret. Materiam autem vorticis una cum sidere revolvi probat, quod ea hujus motui non resistat. Ex analogia porro concludit, omnes fixas cum suis planetis, satellitibus & vorticibus propriis versus centrum universi gravitare, circa unamquamque fixam simile systema agnoscens, quale circa Solem datur. Denique quod omnes partes cujuscunque animalis, plantę, pomi, lapidis, vel alterius corporis versus centrum ipsius gravitent, hinc concludit, non obstantibus motibus intestinis conservari corpora. Idem in specie de flamma & gutta aquę eadem ratione probat. Unionis nempe partium & gravitatis idem principium agnoscit, nec entia præter necessitatem multiplicanda esse censet. Probat indentitate phænomenorum, v. g. difficultate separationis & propensione ad reunionem. Inprimis autem multus est in exponenda analogia inter elaterem & lapsum gravium descendentium, cum elater sit phænomenon unionis, sicuti descensus gravium gravitatis.

Gravitatem corporum reciprocam stabiliturus argumentis astronomicis, prolixè disputat, quod terra non sit in centro universi. Urget inter alia, quod plures appareant stellę in hemisphærio septentrionali, quam in australi; & quod in isto planetę diutius, quam in hoc commorentur, ut motus planetarum inæqualitates silentio prætereamus. Plura autem admittit centra universi, ad quę omnis materia gravitet. Ex his unum terram esse largitur, sed non unicam. Nimirum præter gravitationem directam, admittit etiam obliquam. V. g. quartus Satelles Jovis gravitat versus tres Socios, a quibus frustraneo conatu recedere tentat, dum a centro Jovis recedere nititur. Gravitat
idem

Sect. II.

Lib. II.

c. I.

c. 2.

- idem ex eadem ratione versus omnes Sociorum atque Jovis partes, immo versus omnes partes vorticis a centro Jovis usque ad orbem Satellitis extimi extensi. Reactionem gravitatis a centro versus circumferentiam evicturus, a celeberrimo *Newtono* dissentit, quod materiam circa centrum adeo compressam statuat, ut non nisi visum exerat ulterius descendendi, & reactionem instar vis inertix cum *Keplero* concipiat. Ipse enim gravitatem in actuali lapsu versus centrum consistere affirmat, & reactionem centri per continuum relapsum a centro versus peripheriam explicat. Nisi corpus continuo actu descenderet, nullam dari arbitratur rationem, cur pondus e filo suspensum successu temporis id rumpat, cum statim rumpere non possit. Multis etiam phænomenis adstruere conatur, terram esse machinam, in qua detur circulatio a centro ad peripheriam & contra: cujus veritatis aliquid perviderit *Kircherus* cum veteribus, terram esse animal statuentibus. Materiam tanto subtiliorem esse contendit, quanto centro propior: unde fit, quod per modum ignis, vaporum, exhalationum & maximam partem per transpirationem ascendat. Solem esse igneum ob quantitatem reactionis ad versus tot materias in ipsum gravitantes, cum sit centrum vorticis immensi. Omne corpus quaquaversum gravitare, in liquidis manifestum est, in solidis probat, tum quod omnia corpora unita moveantur secundum eam directionem, secundum quam pars una trahitur, quemadmodum duæ tabulæ marmoreæ politæ & sibi mutuo superimpositæ, tracta una, secundum quamlibet directionem una moventur; tum quod corpus ob vim centrifugam secundum quamlibet directionem in convexitate gravitet versus omnia puncta, ad quæ successive tendit, sicut ob vim centripetam in concavitate versus unum centrum gravitat. Directiones contrarias non una inesse, licet in tempore imperceptibili simul insint. Hactenus de gravitate absoluta, cum directa, tum reciproca. Quod gravitatem relativam seu respectivam attinet, eam a natura corporum specifica deducit. Et ad eam Deum respexisse statuit in locandis corporibus cum partialibus, tum totalibus. Etsi enim largiatur, Deum corpora locasse, prout ipsi visum fuerit, id tamen minime factum
- c. 3.
- c. 4.
- Lib. III.

tum esse absque rationibus mechanicis, ut adeo in actuali rerum constitutione non sit indifferens, quo quid loco collocetur, v. g. an aer infra aquam, an supra eam constituatur. Gravitate non pendere a situatione externa, sed a constitutione insensibili in terra. Non ergo probat gravitatem a centro versus peripheriam decrescentem. Unumquodque corpus obtinuisse in primæva constitutione universi locum suæ constitutioni internæ convenientem, ita ut, si corpus quodcumque totale loco suo dimoveretur, perinde ac lapis in aerem projectus, eundem veluti sponte sua sit repetiturum. Præmissis igitur aliquot lemmatibus ingen-
 tem propositionum farraginem superstruit, quibus æquilibrium primitivum explicat tum corporum terrestrium, lunarium, solarium &c. inter se, tum etiam terræ atque lunæ ceterorumque astrorum cum suis vorticibus inter se. E. gr. probat, aquam plus gravitare in centrum telluris quam aerem, terram plus quam aquam &c. nec æquilibrium adesse posse inter aerem & aquam, aquam & terram, aerem & terram, nisi cum terra sit centro propior quam aqua, aqua propior quam aer. Hæc igitur corpora habere vim naturalem ad æquilibrium sistendum & ad illud redire, nisi impediuntur; ad idem continuo tendere, ubi impediuntur. In præsentis rerum statu aerem, aquam, terram non esse in statu æquilibrii, licet quadantenus apparenter idem conservent, consequenter omnia corpora terrestria constanter niti ad primitivum æquilibrium, quod potissimum a Sole tollatur, quo sublato illud sit rediturum, quamvis cetera quoque astra aliquid eo conferant. Quod si vel pars Telluris, vel integra Tellus loco suo dimoveretur, eam eundem repetituram esse. Idem, quod de Tellure docuit, de Luna quoque, Sole ac ceteris astris valere monet. Non absimili modo ratiocinatur de æquilibrio terræ atque lunæ inter se & cum vortice communi. Ex generalibus nempe, quæ præmiserat, lemmatibus infert, materiam vorticis terrestris minus gravitare in terram quam aerem, atque adeo aerem, aquam vel terram illuc translata descendere locumque pristinum occupare debere. Immo Tellurem integram cum æquali portione vorticis permutatam ad locum suum redituram. Simili modo materiam vorticis terrest. is minus gravi-

C. 1.

C. 2.

tare in centrum lunæ, quam materiam lunarem, & lunam loco suo dimotam sive versus centrum, sive versus peripheriam vorticis, ad eundem redituram. Lunam Telluri adnotam ab ea digressuram & locum suum repetituram. Reditum vero Telluris loco suo dimotæ ad eundem per oscillationes fieri, ac lunam interea temporis similibus oscillationibus instar penduli agitari debere. Luna destructa vel extra vorticem translata, omnes ipsius partes rarefieri, sicque fieri posse, ut terra instar Solis astrum luminosum fiat, cum nil obstat, quo minus hoc fiat, nisi quod ignis centralis sit nimis exiguus. Eadem mutatis mutandis ad æquilibrium ceterorum astrorum & vorticum atque vorticem totius universi applicat. Primus Satelles Jovis gravitat in Jovem, quam secundus; secundus plus quam tertius; tertius plus quam quartus. Partes vorticis Jovialis Jovi viciniores plus in eundem gravitant, quam superiores. Permutatis locis, singula ad sua loca redirent. Si ex Jove & Satellitibus unum corpus compingeretur, sua sponte materia divisa in sex corpora abiret, quorum unumquodque locum suum repeteret & contra. Si Jupiter destrueretur, vortex Jovialis divideretur in quatuor & Satellitum volumen cresceret. Si loca Jovis & Saturni permutarentur, quilibet planeta suum repeteret. Luna in terram plus gravitat quam Jupiter, & Jupiter plus quam Saturnus. Si unus vortex destrueretur, omnes universi vortices mutarent magnitudinem & situm. Si Luna destrueretur, forsan Mars, vel Venus, vel Mercurius fieret Satelles Telluris, Tellure sedem suam mutante. Sole præsentem ac subsistente fieri non potest, ut planeta alius centrum vorticis solaris occupet: sed eo destructo, planeta remotissimus in locum ejus detruderetur & totum systema planetarium mutaretur &c. Et eodem modo se rem habere cum fixis illarumque vorticibus, observat. Hinc vero ulterius systema naturæ simplicissimum deducit, quod vi gravitatis & æquilibrii non nisi unicum esse potest. Præmissis aliquot lemmatibus, quibus propositiones superstruit, de Systemate primitivo & mechanico aut mere naturali Telluris, Lunæ & ceterorum corporum totalium absolute consideratorum docet, in unoquoque corpore totali materias pro diversitate gravitatis specificæ circa

C. 3.

Lib IV.

C. 1.

C. 2.

MENSIS OCTOBRIS A. MDCCXXIV. 467

circum centrum disponi ac superficiebus sphericis concentricis singulas terminari debere. Nullam tum adesse causam naturalem, quae hunc statum æquilibrii mutare possit. Nullos fore ventos, nullos ascensuros vapores, nec aquam poris Telluris sese infundaturam. Ipsum ignem centalem sese accommodare ad æquilibrium primitivum. Idem valere de ceteris corporibus totalibus, cumque in statu æquilibrii primitivi ignis centrum occupet, utpote a pressione ceterarum materialium productus, nullum fore Solem vel fixam. De actione primitiva corporum cœlestium in se invicem, in specie in terram, ita sentit Cl. Autor. Terra in statu æquilibrii primitivi constituta, Solem non posse mutare nisi figuram Telluris in spheroidicam regularem sub æquatore altiore, versus polos depressiore, nullum autem excitare ventum, nec alium motum variabilem & irregularem, quo mutetur æquilibrium substantiarum terrestrium: neque enim aliam esse actionem Solis quam in rarefaciendis aere & aqua, itemque igne centrali. Hinc nullos elevari a Sole vapores, nullas exhalationes, consequenter nec meteora, nec generationes locum habere. Intumescencias, quas Sol solas causatur, esse mobiles & cursum Solis eodem fere modo sequi, quo fluxum & refluxum maris Lunæ motui attemperatum credimus. Cum partes Lunæ magis gravitent versus Lunam, quam versus Solem, Lunam causari intumescencias majores, sed itidem regulares. Utrasque tamen intumescencias, cum solares, tum lunares, vix perceptibiles arbitratur. Nec alias concedit actiones ceterorum corporum mundi totalium in se invicem. De motu denique in systemate primitivo ita sentit. Omnem motum simplicem mechanicum & naturalem unius corporis esse rectum, successivum, continuum, uniformem & per consequens regularem; eum vero, qui ex plurium simplicium compositione resultat, subinde rectum, subinde curvum, sed semper regularem: omnem etiam vim centripetam primitivam esse constantem, uniformem, nequaquam variabilem, neque acceleratricem. Quamobrem corpus in æquilibrio collocatum in quacunque a corpore centrali distantia, in quod gravitat, & impulsus vi uniformi per tangentem non describere, nisi circulum circa corpus centrale. Similiter vortices figuram habere sphericam & circulariter moveri,

C. 3.

C. 4.

veri, & eorum actionibus in se invicem non produci nisi intri-
 mescentias mobiles, seu undas regulares. Putat igitur, se de-
 monstrasse, quod vulgo dicitur, naturam esse in se simplicissi-
 mam. Cum adeo systema naturale primitivum sit prorsus di-
 versum ab eo, quod nunc conspiciamus, quæri jam poterat, unde-
 nam sit præsens rerum constitutio. Autor itaque contendit,
 æquilibrium primitivum esse sublatum, nunc naturaliter omnia
 tendere ad idem recuperandum, sed impediri, ne id fiat, ut
 præsens rerum status conservetur. Eum in finem docet, deesse
 causam naturalem in systemate primitivo, quod ejus æquilibri-
 um tollere possit, adeoque requiri extrinsecam, naturam superio-
 rem, universalem, immensam, liberam & independentem,
 spiritualem & activam, infinitæ scientiæ ac sapientiæ, omnipo-
 tentem, æternam, immutabilem, unicam, hoc est, Deum.
 Sustulisse autem Deum æquilibrium primitivum naturæ pure
 mechanicæ per miraculum, formatis montibus & cavernis,
 plantis, animalibus, mineralibus. Cum tamen corpora gravi-
 tatem suam retinuerint, quam in statu æquilibrii habebant,
 naturam mechanicam continuo tendere ad destruendum montes,
 cavernas, plantas, animalia. Ut igitur præsens rerum sta-
 tus conservetur, in quo phænomena producantur per tendenti-
 am naturalem ad æquilibrium primitivum, Deum constituere
 debuisse quandam quasi *contra-naturam*, vi cujus sublatio æqui-
 librii perpetuetur: neque enim conveniens fuisse, ut eandem
 immediate conservaret, sine causis secundis, cum hoc foret
 continuum miraculum. Organisationem terræ non posse esse
 hanc causam, sed eam esse debere agens liberum, minime me-
 chanicum. Agens illud non posse esse angelos invisibiles, sive
 bonos, sive malos, sed, ne conservatio per miraculum fiat, cau-
 sam requiri naturalem, quæ sit pars hujus universi. Nullum
 adeo ens superesse, cui hic effectus adscribi possit, nisi homi-
 nem. Sed opus erat, ut distinctius exponeret, qua actione ho-
 minis tantus effectus obtineatur, præsertim cum vires humanæ
 tanto molimini vix videantur pares. Notat igitur, naturam suc-
 cessive & lento admodum gradu ad restituendum æquilibrium
 primitivum tendere, atque adeo actiones hominum quotidianas
 & continuas in terram & terrestria successione temporis multi-
 plicatas

C. 5.

C. 6.

Lib. V.

C. 1.

plicatas naturæ actionem facile adæquare. Et quod revera non minor sit, inde probat, quod natura non deficiat, cum nullus adhuc defectus observetur. Jam cum ad hoc, ut animalia perennent, opus sit plantarum conservatione, ad hæc vero, ut pluviz gignantur, ad pluvias requirantur vapores, vapores vero a Sole non eleventur, neque exhalationes aliæ eliciantur, nisi materiis elementaribus invicem permixtis, hac autem mixtione supposita, etiam sine Sole vapores & exhalationes ascendere ac meteororum generationi intervire queant, etsi Sol elevationem vaporum acceleret; ad impediendam restitutionem æquilibrii primitivi non alia re opus esse putat, quam ut mixtio rerum materialium conservetur: qua in re quod continuo laborant homines, per experientiam manifestum esse. Nimirum ut mechanismus generalis Telluris conservetur, conservandam esse circulationem generalem, consequenter organisationem atque adeo mixtionem & confusionem diversarum materialium in substantiis, cum organisatio Philosophice definiri debeat per mixtionem regularem diversarum substantiarum. Atque adeo fieri posse, ut homines mechanismum terræ conservent, cum mixtiones conservare possint, quæ per circulationem in terram interiorem penetrant. In mixtiones itaque ab hominibus profectas accuratius inquirat. Postquam igitur observavit, homines naturam adigere ad multas mixtiones, quas alias negligeret, immo nihil ab iis fieri, quod non magnarum mixtionum occasio existat, quo imprimis terræ cultura spectet; calculo definire conatur cum quantitate mixtionis ad mechanismi telluris conservationem necessariæ, tum quantitatem ejus, quæ ab hominibus actu proficiscitur. Et ecce tibi actionem hominum actione naturæ infinite superiorem. Natura tantum resolvere nequit, quantum miscere possunt homines. Ne igitur natura sibi metuat ab hominibus, in mechanismo generali & in mechanismis particularibus terræ admittit librationem continuam, ita ut nunc actio hominum, nunc actio naturæ alternatim fiat superior, istis in naturam non agentibus nisi certa dependentia a natura, hoc est, vi limitata, & hac vim resolvendi mixtum intendente, si nimium miscent homines. Hanc librationem exemplis a corpore animali & motu planetarum desumptis illustrat. Addit alia

C. 2.

C. 3.

C. 4.

C. 5.

- C. 6. a plantis & motu maris desumpta. Quæ de Tellure dictæ sunt, ad cetera quoque mundi corpora totalia applicat. Enimvero cum actio terricolarum eo usque non pertingat, asserere tamen vereatur, eadem perinde ac Tellurem ab hominibus habitari; censet cum *Kirchero*, angelos ibi locari posse, ejusdem fere generis, quo sunt terricolæ. Neque tamen absurdum putat, si quis affirmet, quod Deus in planetis producere potuerit homines perinde ac in Tellure, et si a potentia ad actum concludere nolit. Ceterum cum in systemate primitivo nullæ sint irregularitates, neque iis locus esse possit in prima æquilibrii sublatione a Deo sapienter facta; quæ in præsentis systemate obviæ sunt, actioni hominum tribuit. Quemadmodum vero inter has irregularitates ægre locum concedit monstris & manis, quæ *Leibnitius* aliique potissimum urgent; ita e contrario inter eas refert motum ex percussione corporum, sonum, colores, ignem &c. negans leges motus ex percussione corporum esse leges motus naturales. Hæc quidem convenienter hypothese suæ affirmat, quod naturaliter omnis motus debeat esse circularis, nec locum habeat motus secundum contrarias directiones, aut diversis gradibus celeritatum secundum eandem directionem. Atque hinc tandem argumentum se reperisse arbitratur adversus homines profanos, a malis physicis contra ejus Autorem & ipsius providentiam argumentum petentes.
- C. 7.

ALEXANDRI MACCHIAVELLI DISSERTATIO Historico-Legalit de Veteri Bononeno Argenti Bononiæ.

Bononiæ Studiorum, typis Jo. Bapt. Bianchi, 1721, 4. Plag. 18.

IN hac dissertatione id agit Illustris Autor, quem Bononiensem Equitem esse hæc pagina loquuntur, ut largæ illius mensis, quam Bartholomæus Provallius, Josephus Bentivolus, Ludovicus Calvus & Collatius, Autoris frater, summa cum cura collegerunt, spicilegium aliquod instituat. Argumentum scilicet rei nummaris, tum in genere, tum speciatim Italicæ, in quo cum laude illi versati sunt, latius paulo pertractat, imprimisque

nisque originem, naturam, pretium & valorem Bononeni nummi investigat. Ansam huic labori suscipiende vetustissimus quidam hujus generis nummus, cujus ectypum, a Patrio Bononiensi Sylvio Co. Massilio Rossi Nostro suppeditatum, TAB. V. dedit, quem in Fig. 6, æque ac alterum paulo recentioris nummi, Fig. 6. 7. in Fig. 7 communicamus. Variis vero iisque doctis observationibus fuscæ; tam materiam exornat, quæ tum Municipali Bononiæ statuto tum Jurisprudentiæ luminis nonnihil afferant, eoque tabulas sex inserit, quarum prima figuram duodecim partium assis, altera unciarum, tertia superadditorum, ut vocat, quarta quantitatum vario modo expressarum, quinta quantitatum secundum Ægyptiacum scribendi morem, sexta numerandi methodum a Chaldæis inventam, ante oculos ponit; quæ quidem tabulæ a pag. 11 ad pag. 18 dilucide explicantur. Dedit quoque expressam effigiem Bononeni veteris argenti Bononiæ Vicecomitum tempore; item sub Thaddæo Pepulo; neque minus Quatreni veteris, sive Dannarioli mixti metalli Bononiæ; denique Bononeni veteris argenti sub Bentivolis, ut reliquos nummos, quorum figuræ hic comparent, scilicet Denarium argenti parvi Bononiæ, Sefinum mixtum metalli Bononiæ aliosque omittamus. De his dum agit, simul varia inspergit notatu digniora. Ostendit p. 11, *libram* ponderis, ut a libra pretii sive æris distingui posset, a Romanis *lipram* appellatam esse. Refutat p. 28 sequ. eos, qui nummos illos, quibus acceptis Judas Salvatorem nostrum hostibus prodicione tradidit, Dannarios, quam imaginariam seu idealem fuisse monetam probat, fuisse putant, quos quidem Noster Didrachmos extitisse affirmat. Tum & pag. 28 Cl. Calvium, de monetis Bononiensibus commentatum, convellit, pretium, quo vendatus est Christus, quod triginta aut sexaginta Bononenorum argenti Bononiæ sive Regal. Hisp. aut Juliorum Romanorum summam excessisse Autor negat, ad quinque vel sex millia librarum Bonon. adaugentem. Sententiæ suæ robur a Judæorum avaritia, Patrum sententiis & Zachariæ Prophetæ Capite XI arcessit, simulque observat p. 30, duplicem fuisse apud Hebræos Siclum, unum viginti, alterum decem obolorum; illum, Ecclesiasticum, sive sanctuarii dictum, ponderis semiuncialis, seu, quod eodem redeat, quatuor drachmarum

rum extitisse, hunc, vulgarem appellatum, binas drachmas continuisse. Nomina porro, p. 34, monetis aut a valore, ut e. g. Denarius, aut a pondere, ut sextula vel quadrans, aut a loco quo conflata, ut Pisanus, Bononenum, (de quo Autor ex instituto agit,) Turonensis, vel a Principibus, sub quorum imperio cusa, ut Pauli, Julii, Gregoriolæ, aut ab impressa illis imagine, ut coronata, aut denique a præclaro aliquo facto, cujus memoriz dicata, fuisse composita, observat. Pag. 89 Bononenum quidem argenteum, ob nimiam suam intrinsecam bonitatem, a foro pulsum fuisse ait, ne finitimi locupleti fœnore, ut loquitur, illud corrumperent, in Æmilia tamen, alias Romandiola, & potissimum in Civitate Bononiz & in aliis etiam locis quibusdam Ecclesiasticæ ditionis hodieque nomen ejus retineri. Interferit quoque grammaticam quandam observationem, nempe vocem nummus non a primo Romanorum rege Numa, ut male Suidas opinetur, sed a voce Sicula *nommos* derivari, ideoque duplici cum *m* rectius scribi.

NOVA LITTERARIA.

Parisii typographi, Mariette Delespine & Coignard, subscripturis novum opus pollicentur, cujus hic titulus: *Histoire militaire du Regne de Louis le Grand Roy de France, ou l'en trouve un détail de toutes les Batailles, Sieges, Combats particuliers & generalement de toutes les actions de Guerre, qui se sont passées pendant le cours de son Regne, tant sur Terre que sur Mer. Enrichie des plans necessaires. On y a joint un traité particulier de Pratiques & de Maximes de l'Art Militaire. Par M^{***} Officier General des Armées du Roy.* Constat opus sex Voluminibus in quarto & designationes præliorum & obsidionum circiter quinquaginta complectetur. Qui ante Cal. Oct. subscripserint, 35 libras prænumerant, totidemque libro absoluto (spes est vero absolvendum Anno 1726) solvunt. Nec parum utilitatis sibi promittere possunt Lectores, eum Autorem per quadraginta annos in bello versatum, plerisque præliis & obsidionibus interfuisse, cetera vero e Commentariis aliorum fide dignissimis collegisse, testentur Editores.

ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsia

Calendis Novembris Anno MDCCXXIV.

LEGGI E COSTITUZIONI DI S. M. DA OSSERVARSI nelle Materie Civili, e Criminali, ne' Stati della M. S. tanto di qua, che di la da' Monti e Colli.

LOIX ET CONSTITUTIONS DU ROI, LES-
quelles devront être observées dans les Etats, tant deçà, que
delà des Monts & Cols, dans les Matières Civiles
& Criminelles.

i. e.

LEGES ET CONSTITUTIONES S. R. MA-
jestatis Serenissimi Regis Sardiniae, Ducis Sabaudiae, &
Montisferrati, &c. per provincias tam cismontanas,
quam transmontanas observandae in causis
Civilibus & Criminalibus.

Aug. Taurinor. opera Jo. Bapt. Valèttæ, Typogr. Regii, 1723, f.
Alph. 7 pl. 5.

DIu fati incerto jure usa est Sabaudia. Ei jus perfectum, clarum atque indubium præfenti Legum & Constitutionum Sabaudicarum Codice Rex VICTOR AMADEVVS opposuit. Jus incertum legum imprimis multitudine contigerat, quam, ut fit, litigatores suis artibus, calumniis, leges explicando, sibi que, prout cuique visum esset, aptas faciendo, in commune iniquitatis instrumentum verterant. Ita vero subtili fori disputatione atque insuper interpretatione Prudentum nova Juris veluti species invecata erat, ut vix ad ipsos Legum & Constitutionum fontes ulterius respiceretur, quarum

Ooo

etiam

etiam bene multæ, mutatis temporum rerumque vicibus, in de-
 fuerudinem prorsus abierant. Quamobrem Serenissimus Legis-
 lator curam hanc, summam ejus necessitatem videns, suscepit,
 ut numerosissimæ Sereniss. Principum Prædecessorum suorum
 Constitutiones una cum suis in unum, quoad ejus fieri posset,
 breve & concinnum corpus, certis titulis redditæ, ordine conve-
 nientissimo per sex libros disponerentur: ex quibus omne Jus in
 Civilibus, Criminalibus, Feudalibusque causis impostero
 haurire liceret, quod antehac ex innumeris fere Edictis, sæpe
 inter se pugnantibus, non sine summa difficultate eruendum
 erat. Itaque jussu Regis ita perfecta est ista compilatio, ut negle-
 ctis verbis ac stilo, anima & sensus singularum Constitutionum
 tantum in eam translatus sit, quæque disjunctissimis temporibus,
 diversis Constitutionibus, edicta fuerunt, nunc inter se conci-
 liata, uno contextu, duplici lingua, junctim exhibeantur, in-
 sperfis, quæ vel ad simplicem legum declarationem, vel ampli-
 ationem, aut restrictionem necessaria viderentur. Tum vero cele-
 brandæ Serenissimorum Prædecessorum ad posteros memoriæ
 causa, singularum, prout nunc se habent, Constitutionum par-
 tes referri ad suos Autores voluit, quorum Gloriosissima Nomi-
 na una cum anno dieque promulgationis prioris accurate in
 margine adnotantur. Operæpretium erit, generalem, qua no-
 vus Codex plenissimum legum robur accepit, Constitutionem
 recensere. *Initio* sancitur, exactam harum Constitutionum &
 universalem observantiam, in regionibus terræ continentis cis-
 montanis & transmontanis, in Senatibus, Magistratibus, Judi-
 ciis omnibus, superioribus & inferioribus, mediatis & immedia-
 tis, ab omnibus Ministris Regiis omnisque generis judicibus esse
 præstandam, ita, ut nullo pacto, nullo contrariæ consuetudinis,
 statuti, usus in foro recepti, quantumvis antiqui, prætextu, nec
 partium voluntate aut compromisso ab ea liceat discedere. *Dein-
 de*, nulli Senatui, Magistratui, Judici, quamvis superiori,
 ullo casu harum legum interpretationem facere licere, sed, ubi
 res poscat, Authenticam unice esse expetendam. *Tertio*, esse
 præcise, & prout litera jacet, præscripta hujus Codicis sequen-
 da, in progressu æque, ac in decisione litium, neque secus pro-
 ceden-

cedendum esse, vel sub speciosissimo prætextu, veluti observantiarum reliquarum, ab ipso Rege, aut ejus Prædecessoribus editarum, quæ ista compilatione non contineantur, constitutionum, quibus omnibus pro legum ferendarum plenissima potestate Rex vult esse derogatum. Neque, *porro*, dissonantiam, quæ inter priorem Constitutionum tenorem & præsentem formam intercedat, allegare idque obtendere perimitti, quod in singulis Constitutionum novi Codicis articulis adhuc Gloriosissima Autorum Principum Nomina compareant, quippe quod non alia quam memorandæ ipsorum gloriæ causa factum sit. *Quinto*, his tamen Constitutionibus non infirmari ea, quæ in judiciis prius agæcepta fuerint, quam illæ primum executioni mandari debeant, sed eadem secundum formam novissime præscriptam continuanda & expedienda esse: præterea, nec statutis & consuetudinibus Ducatus Augusti, quæ quidem vel ipse Rex, vel ejus Antecessores approbaverint, novo hoc jure quicquam derogari. *Sexto*, a Senatibus & Magistratibus supremis non attendendas esse, quæ ex defectu solemnitatum in actis judicialibus obveniunt, nullitates, nisi quæ aut infanalibus, utpote ex Jurisdictionis, citationis, vel Mandati defectibus, aut speciatim ante conclusionem causæ a partibus allegatæ forent. *Septimo*, quascunque sententias, contra tenorem præsentium Constitutionum, quatenus decisionem causarum ordinant, latis publicatasque, fore ipso jure nullas, iudicesque inferiores, qui tales pronuntiaverint, in restitutionem expensarum damni & ejus, quod interest, præstationem, tum quoque in pœnas arbitrarias iri condemnatum. *Octavo*, Senatibus, Magistratibus & Judiciis Superioribus id curæ incumbere, ut Constitutionum observantiam ubique omnibus, ad quos pertineant, intra menses tres, a promulgatione computandos, injungant, urgeant, omnique ope promoveant: *Item*, ut in Iudices inferiores, Advocatos, Procuratores, Actuarios & in quoscunque transgressores meritas pœnas e vestigio decernant; idemque faciendum esse a Iudicibus inferioribus, quoties a se dependentes personas minus legitime agere animadvertant. Itaque Advocatis & Procuratoribus Regiis generalibus, Advocatis Fisci eorumque officialibus &

substitutis, severam alacremque mandari illarum poenarum persecutionem: insuper vero primariis Præsidibus & Directoribus Senatum ac Magistratum summa cura invigilandum esse, quo singuli officio suo faciant satis, ab eisque ipsis transgressionum, quas impunitas reliquerint, rationes iri exactum. *Ceterum*, perrecturos Magistratus Superiores in exercitio autoritatis suæ & jurisdictionis in causis Ecclesiasticis, & in causis advenarum secundum jus scriptura, aut consuetudinarium tractandis. *Denique* in causis Domaniorum, in feudalibus & allodialitate bonorum, ut & in aliis nondum definitis, interea, dum de iis conceptus *Sextus* hujus Codicis liber publicetur, secundum Edicta Regis & Prædecessorum procedendum atque decernendum esse, ea ratione, eaque forma, quam ipsa præscribant, quæque antehac observata fuerit.

Nunc ipsum Codicem lustraturi, solo fere Indice Constitutionum nobis defungendum esse, animadvertimus, cum de singulis vel paucissima dicendo facile simus aliquot plagulas completuri. *Liber I* maximam partem *Sacra* respicit, variaque interdicta & sanctiones poenales Sacrorum contemptoribus, aut violatoribus proponit. Hinc *Tit. I* de invocatione Dei & de Fide Catholica. *T. II* de observantia Præceptorum Divinorum, & speciatim de sanctificatione Sabbathi & Festorum: ubi imprimis Festum in honorem *Sudarii sancti*, & Festum *Nativitatis B. Mariæ Virginis*, in memoriam auxilii Augustæ Taurinorum obsessæ hoc die lati, singulari pietate celebrari jubentur. *T. III* de reverentia templis, aliisque locis sacris debita. *T. IV* de observantia jejunii quadragesimalis. *T. V* de observantia præcepti Paschalis Ecclesiæ Rom. *T. VI* de venerabili Crucis signo in locis, ubi pedibus forte conculcari possit, non sculpendo, pingendove. *T. VII* de irreverentibus dictis, aut actibus, quibus Benedictionis nuptialis, Baptismi, aut alius officii sacri solemnia perturbari queant. *T. VIII* de juratoribus temerariis & blasphemis. In his singulis & mulæ graves, plerumque in Xenodochium Charitatis, ut vocatur, generale redigendæ, & pro atrocitate delictorum poenæ corporis afflictivæ in transgressores statuuntur. *Tit. IX* ordinationem de *Judeis* complectitur, & quidem
cap.

cap. 1. de Judæorum a Christianis separatione, Judæi vetantur domiciliis suis, quibus separatim habitare debent, ab occasu Solis usque ad ejus reditum egredi, vel in ea Christianum hominem admittere, itemque tabernas in publico, nisi speciali Regis permisso, habere. *Cap. 2* prohibentur Judæi novas Synagogas instituere, ritusque suos elatiori voce peragere, ut foris exaudiri queant, & Christianum quempiam in Synagogam intrmittere. *C. 3* Notæ Judæis gestandæ imperantur, quibus statim internosci queant; debent vero illas ex panno sericove luteo aptatas inter brachium dextrum & pectus assuere. *C. 4* commercia & negotiationes Christianorum cum Judæis arctissime constringuntur. *C. 5* pœnæ gravissimæ, ad mortis usque supplicium, proponuntur Judæis, nomen Divinum, aut Sanctos blasphemantibus. *C. 6* Judæis injungitur, ut domi inclusi deliteant per dies Passionis Dominicæ, nec foras prospicere, aut strepitum ullum cantando saltandove facere aulant. *C. 7*, ne Judæi violenter ad fidem Cathol. pertrahantur, aut infantes parentibus invitis baptizentur, severissime interdicitur. *C. 8* corpora atque res Judæorum ab omni vi & injuria muniuntur. *C. 9* prohibetur omnis converforum cum Judæis consuetudo. *C. 10* Judæis & Hæreticis ad Fidem Cathol. convertis patrimonia & facultates omnes conservantur. *C. 11* definitum est, quæ servitia Christianos liceat præstare Judæis, quibus temporibus, quibusque locis. *C. 12* constituitur forum Judæorum in causis civilibus æque ac criminalibus.

Liber II officia Magistratuum, Judicum, Collegiorum, corporum ac personarum publicarum omnium definit. Tit. I de Magistratibus & Judicibus in genere. *T. II* speciatim agit, *c. 1* de Cancellario Magno, *c. 2* de Referendariis & de consilio libellorum supplicum, *c. 3* de forma adeundi Cancellarium Magnum, & supplices libellos in consilio proponendi, *c. 4* de Secretariis & *c. 5* de apparitoribus dicti consilii. *Tit. III* de Senatu, ubi *c. 1* de autoritate, jurisdictione & præ eminentia Senatus, *c. 2* de Præfide Senatus primario, *c. 3* de Senatoribus, *c. 4* de annua Senatus instauratione & de jurejurando a senatoribus præstando, *c. 5* de Senatoribus causas in confesso referentibus & de eorum relationibus, *c. 6* de Relatore hebdomadario, *c. 7* de ordinariis sessioni-

sionibus, *c. 8* de sessionibus Senatus, quæ in togis purpureis
 fiunt, solemnibus, *c. 9* de duobus Senatus ordinibus, *c. 10* de
 ordinum horum unione, *c. 11* de ordine & ratione sententias
 rogandi in Senatu, *c. 12* de suffragiis & deliberationibus Senatus
 secreto habendis, *c. 13* de Advocato Regis generali, *c. 14* de
 Fisci Advocato generali, *c. 15* de conclusis & decretis Advocati
 gener. & Advocati Fisci generalis, *c. 16* de Substitutis Advocati
 Fisci gener. in provinciis & de procuratoribus fiscalibus, *c. 17* de
 Advocato pauperum, *c. 18* de Procuratoribus pauperum, *c. 19*
 de Secretariis Senatus, *c. 20* de Apparitoribus, *c. 21* de custodia
 & inspectione carcerum. *T. IV* de Magistratu Curie rationum.
Cap. 1 de Jurisdictione hujus Curie & modo procedendi, *c. 2* de
 curie Secretariis, *c. 3* de rationali, *c. 4* de procuratore emolu-
 mentorum Curie, *c. 5* de Archivario, *c. 6* de Actuario, *c. 7*
 de rationibus & libris curie, *c. 8* de Præfectis provinciarum, eo-
 rum autoritate & officio, *c. 9* de Thesaurariis, exactoribus &
 quæstoribus. *Tit. V* de Advocatis causarum. *T. VI* de Procu-
 ratoribus judicialibus. *T. VII* de variis prohibitionibus Advocato-
 rum & Procuratorum concernentibus, deque communi utrorum-
 que officio. *T. VIII* de honorariis Advocatorum, & salariis Procu-
 ratorum. *T. IX* de Præfectis provinciarum, seu Judicibus Ma-
 joribus. *T. X* de Judiciis cujusque civitatis locive ordinariis, &
 eorum locum tenentibus. *T. XI* de ordinaria sede & commora-
 tione Judicum. *T. XII* de Rofis, h. e. libellis in electione Judi-
 cum proponendis. *T. XIII* de Castellanis & Præfectis. *T. XIV*
 de publico confesso Judicum, & de cognitione seu revisione a
 Judicibus ordinariis, aut delegatis facienda. *T. XV* de Syndicis
 & de Syndicatu administratorum Justitiæ. *T. XVI* de Actuariis
 Senatus & tabellionibus Judiciorum. *T. XVII* de Commissariis.
T. XVIII de expensarum descriptoribus. *T. XIX* de protectorio,
 aut salvo conductu, a nemine subditorum, nec a quopiam Nota-
 rio, seu alia persona publica, cuiquam privatim concedendo.
T. XX de Præconibus, & de publicatione Edictorum. *T. XXI*
 de Magistratu Sanitatis. *T. XXII* de Univerſitate bonarum Ar-
 tium, ejusque privilegiis, juribus, bonis, variisque ordinatio-
 nibus. *T. XXIII* de Consilio Commerciorum. *T. XXIV* de
 Con-

Consulatu. *Cap. 1* de Jurisdictione & modo procedendi Consulatum quatuor, *Augustæ Taurinorum, Camberii, Casali, & Niceæ*, cui subjectus Ducatus *Onelia*. Cumque his Consulatibus mandata sit in specie cura commerciorum & jurisdictio in causis mercatorum, disponitur *cap. 2* de Mensariis & de literis Cambialibus, *c. 3* de libris Mensariorum, mercatorum, negotiatorum & proxenatarum, *c. 4* de Societatibus mercatorum & negotiatorum, *c. 5* de ære alieno meritis & bancam ruptam facientibus.

Liber III sistit *ordinationem Processus Civilis*. *Tit. I* de foro competente. *T. II* de libellis Actorum & supplicationibus. *T. III* de Citationibus. *T. IV* de Sequestribus. *T. V* de causis personarum miserabilium. *T. VI* de literis executorialibus, salva oppositione, datis. *T. VII* de Contumacia. *T. VIII* de exceptionibus dilatoriis & peremptoriis. *T. IX* de exceptionibus fori declinatoriis. *T. X* de recufatione judicis. *T. XI* de modo legitime fundandi processum. *T. XII* de litis denunciatione, & nominatione auctoris, ut & de interventione. *T. XIII* de litis contestatione, & productione documentorum, ut & de terminis replicandi & duplicandi. *T. XIV* de Positionibus. *T. XV* de articulis probatorialibus, & de fatalibus probationis & reprobationis. *T. XVI* de termino dandi interrogatoria, & de notificationibus ideo a dante faciendis. *T. XVII* de examine testium. *T. XVIII* de examine testium ad perpetuam rei memoriam. *T. XIX* de termino exceptionis & protestationis contra inhabilitatem testium. *T. XX* de publicatione attestatorum. *T. XXI* de probatione per Instrumenta. *T. XXII* de probatione per Instrumenta privata. *T. XXIII* de probationibus per ocularem inspectionem, de electione Commissariorum & eorum relatione. *T. XXIV* de Juramentis. *T. XXV* de termino probandi articulos reprobatoriales, itemque proponendi & disputandi, & quomodo facienda conclusio causæ. *T. XXVI* de notificatione termini ad audiendam sententiam, seu Decretum Judicis, & ad producendas ac remittendas eam in rem Originalibus, velut actorum judicialium partibus, deque earum comparatione facienda, & de conclusione causæ nullo modo interrumpenda. *T. XXVII* de acto-

actorum inter Relatores in Senatu judiciisve superioribus distributione, de breviario, super statu totius causæ a partibus dando, de allegationibus juris & disputationibus postea admittendis, deque sessionibus judicum extraordinariis. *T. XXVIII* de Sessionibus privatis Magistratum, aut judicum prohibitis. *T. XXIX* de sententiis ferendis in judicio ordinario & possessorio. *T. XXX* de condemnatione in expensas, damna & interesse, deque eorum æstimatione. *T. XXXI* de Sportulis judicialibus. *T. XXXII* de Appellationibus. *T. XXXIII* de revisione sententiarum. *T. XXXIV* de executione. *T. XXXV* de liquidatione fructuum & meliorationum. *T. XXXVI* de Cessione bonorum, de concursu creditorum, & de banca rupta. *T. XXXVII* de Feriis.

Libcr IV Jus Criminale ordinat. *Tit. I* de Judicibus criminalium. *T. II* de Secretariis & Actuariis criminalibus. *T. III* de Accusatoribus & denunciatis. *T. IV* de ratione formandi inquisitionem. *T. V* de relationibus Medicorum & Chirurgorum. *T. VI* de inspectione & examine corporis delicti, deque actis super eo conficiendis. *T. VII* de incarceratione. *T. VIII* de Inventario super bonis delinquentis conficiendo. *T. IX* de incarcerationum examine. *T. X* de defensionibus accusatorum. *T. XI* de tortura. *T. XII* de citatione accusatorum & de modo procedendi in contumaciam. *T. XIII* de modo & tempore legitimo diluendi contumaciam. *T. XIV* de tempore, intra quod institutus processus Crim. *T. XV* de modo procedendi summarie & ex abrupto in delictis atrocioribus. *T. XVI* de mandatis super transmissione actorum inquisitionum dandis. *T. XVII* de transactione in causis criminalibus. *T. XVIII* de sententiis criminalibus in genere. *T. XIX* de sententiis in contumacia. *T. XX* de confirmatione sententiarum criminalium a judicibus inferatarum, & quibus casibus ea sit opus. *T. XXI* de Appellationibus. *T. XXII* de executionibus. *T. XXIII* de pœnis. *T. XXIV* de confiscationibus bonorum. *T. XXV*, intra quæ tempora liceat tertio recuperare bona confiscata. *T. XXVI* de expensis & juribus officialium fisci. *T. XXVII* de dimissione e carcere. *T. XXVIII* de asservatione actorum criminalium. *T. XXIX* de sicariis, & de catalogo inquisitorum conficiendo. *T. XXX* de receptoribus

bus sicariorum. *T. XXXI* de extirpatione sicariorum, & de præmiis, ejus promovendæ causa, propositis. *T. XXXII* de receptoribus militum desertorum. *T. XXXIII* de variis delictis, eorumque pœnis, scilicet *cap. 1* de armis prohibitis, eorum gestatione & retentione, *c. 2* de Duellis, *c. 3* de falsis, *c. 4* de furtis & latrociniiis, *c. 5* de latrociniiis viarum publicarum & de rapina, *c. 6* de violentis aggressionibus, consulto & sponte factis, *c. 7* de crimine læsæ Majestatis, *c. 8* de falsis monetariis, *c. 9* de Autochiribus, *c. 10* de libellis famosis, *c. 11* de ignavis mendicis, vagabundis, Zingaris, *c. 12* de fœnore, *c. 13* varias continet prohibitiones alias, velut: de servitiis, aut ministeriis apud externum Principem a nemine subditorum uspiam subeundis: ne subditis, nisi venia impetrata, e ditione Regis abesse liceat: ne commercia literarum, aut consilia Statui periculosa cum exteris fovere audent, sub pœna perduellionis: itemque, ne Ministri Regii, aut Vasalli bona immobilia in territorio externo sita, sine speciali indultu sibi comparent: ne quis subditorum ab externo Principe pensionem, ut vocant, salarium, aut congiarium annuum accipiat: ne quis in ordinem militare religiosum, nisi quem Rex concesserit, sese conferat: item, ne tutores, curatoresve personas sibi commissas, non solum suis cognatis, sed nec aliis quibuscunque sine consensu proximorum pupilli, minorisve cognatorum despondeant. *T. XXXIV* de restitutione, gratia & venia delictorum.

Liber V complectitur *Jus Statutarium Sabaudia in negotiis civilibus*. Initium fit a jure Hæreditario, *T. I* de ultimis voluntatibus. *T. II* de jure promogenituræ & de fideicommiss. substitutionibus. *T. III* de Legitima. *T. IV* de Trebellianica. *T. V* de continuatione possessionis per hæredem. *T. VI* de hæreditatibus, quæ ab intestato deferuntur fratribus & eorum liberis. *T. VII* de jure advenarum in Sabaudia, ad jus, quod in Sabaudos apud externos statuitur, referendo. *T. VIII* de inventario legitimo. *T. IX* de inventariis tutorum & curatorum. *T. X* de Apochis, & Quietantiis, quas minorenes tutoribus dederint. *T. XI* de alienatione bonorum minorennium & foeminarum. *T. XII* de donationibus earumque insinuatione. *T. XIII* de re-

nuntiatione beneficiorum a forminis dotatis & minoribus facta. *T. XIV* de publicarum auctionum forma & solemnitatibus. *T. XV* de pactis inter emptorem & venditorem usitatis. *T. XVI* de Hypotheca speciali & reservatione dominii. *T. XVII* de Jure Emphyteutico : *cap. 1* de Emphyteufi, *c. 2* de Censibus, canone annuo & præstationibus emphyteuticis, *c. 3* de Laudemiis, *c. 4* de amissione bonorum emphyteuticorum. *T. XVIII* de alienatione, oppignoratione, locatione bonorum finitimorum cum exteris non contrahendis. *T. XIX* de transactionibus. *T. XX* de præscriptionibus. *T. XXI* de privilegiis ædificiorum amplificandorum & aquæductuum. *T. XVII* agit de Notariis, & insinuatoribus, deque officio insinuationum, *c. 1* de creatione Notariorum, *c. 2* de Notariis collegiatis & eorum substitutis, *c. 3* de collegio Notariorum, *c. 4* de obligatione Notariorum in recipiendis & firmandis contractibus, & de forma habendi Acta & Protocolla, *c. 5* de obligatione Notariorum in consignatione ultimarum voluntatum, *c. 6* de tempore intra quod Notarii possunt contrahentes ad solvendam instrumentorum super contractibus confectorum mercedem adstringere, *c. 7* de insinuationibus, & de actis earum causa conficiendis, *c. 8* de Secretariis insinuationum, *c. 9* quo tempore, & qua forma insinuationes fieri debeant, *c. 10* de prærogativis contractuum & chirographorum insinuatorum, *c. 11* de editione instrumentorum in officio insinuationum, & quo tempore ea sit permessa, *c. 12* de modo acta, protocolla & scripturas Notariorum defunctorum occupandi & asservandi, *c. 13* de jure, seu honorario insinuationis, & de ejus exactione, deque inspectione in Notarios, eorum Magistrum, seu conservatori commissa.

Sub finem Rex iterum Senatibus & Curiz rationum publicationem harum Constitutionum quantocius per Edicta specialia faciendam mandat, quo elapso trium mensium spatio queant ubivis locorum observari. Dies promulgationis adscriptus est 20 Februarii anno Dom. 1723, Regni decimo. Equidem ex literis publicis nuper accepimus, Regem, revocata priori voluntate, maximam partem Constitutiones novi Codicis rescidisse, permessa Senatibus, prout æquum arbitrentur, omnes reliquas, quas

MENSIS NOVEMBRIS A. MDCCXXIV. 483
quas abolere nondum visum sit, interpretandi. Sed de his certiora
expectare, quam incassum disputare, malumus.

R. P. BERNARDI PEZII, BENEDICTINI
& Bibliothecarii Mellicensis, Bibliotheca Asce-
tica antiquo - nova.

Tomus III & IV.

Ratisbonæ, sumptibus Jo. Conr. Pezii, 1724, 8.
Alph. 2 pl. 20 $\frac{1}{2}$.

PRIores duos *Asctica* hujus *Bibliotheca* libros superiore Anno
p. 5 18 exhibuimus. Tertius nunc in publicum prodit, item-
que quartus, quorum prior unius *Engelberti Speculum virtutum*,
nondum unquam editum, continet. Quis fuerit Engelbertus
ille, quosque conscripserit libellos, in Præfatione docet doctis-
simus Editor. Factus scilicet is fuit A. 1297 clarissimi Stiriz
monasterii Admontensis Abbas, ac tantopere incubuit in litera-
rum studia, ut ab *aliquot* monachis judicaretur Abba-
tiali suo muneri haud satisfacere, sed negligentius curare res sui
monasterii. Obiit A. 1331, relictis compluribus ingenii sui mo-
numentis, quæ non mediocri laude effert Cl. Pezius. *Vastum*
quoddam, inquit, *ac subtile ingenium ex omnibus eius Operibus*
relocet. Ubi semel difficiliorem questionem in medium attulit,
eam nunquam deserit, nisi re funditus exhausta. Nec modus ullus
tam intricatus est, cujus dissolutionem non tentet aut desperet,
modo argumentum ejusmodi sit, cujus fines ab humano ingenio
circumspici & circumscribi possint. Illud tamen addit, stylum
ei esse scholasticum, barbarum & lentum, neque tamen conta-
minatissimum. Propius ut accedamus ad Engelberti *Speculum*
virtutum, fatetur Editor, ethicum magis esse hunc librum, quam
asceticum, neque tamen hoc loco indignum, cum ascetarum
magni interfit, naturam virtutum e philosophia cognitam habere
ac perspectam. Ac sane opus hoc Engelberti nihil aliud est, quam
Ethica Scholastica, eaque pro illius sæculi indole satis diligen-
ter composita. Libet paucis recensere totius Operis argumenta &

capita. Libro primo de fine vite & actionis humanæ copiose dis-
 sputans, ostendit, non voluptatem corporis esse summum homi-
 nis bonum, non divitias, non honorem, non dignitates, non
 gloriam, (quam non indocte definit *famam virtutis late de
 aliquo divulgatam,*) sed operationem ejus secundum perfectam
 virtutem. *Utrum autem,* inquit concludens Caput XVI p. 35,
*summa felicitas hominis in virtute morali, vel intellectuali, &
 in operatione earum, vel in utraque, consistat, non est hujus loci
 vel temporis pertractare.* Nobis vero videtur id vel maxime
 fuisse hujus loci pertractare diligentius. Hinc agit Engelbertus
 Capite XVII & XVIII *de disciplina juvenum, per quam pos-
 sunt duci ad honestum bonum.* Secundo libro differit de morum
 & affectuum humanorum diversitate, de moribus videlicet ju-
 venum bonis malisque, de moribus senum, (e. g. quod contra
 communem regulam legis, quæ dicit: *Presumendum est pro
 quolibet bonum, donec probetur contrarium,* ipsi e contra præ-
 sumunt, quod quilibet sit malus, donec probetur bonus,) de
 moribus virilis ætatis, de moribus nobilium, de moribus divi-
 tum, de moribus potentium, de moribus bene fortunatorum,
 de moribus humilium sive obscuri generis personarum, de mori-
 bus pauperum, de moribus impotentium, de moribus infortu-
 natorum. Libro tertio agit de primis causis actionum & passio-
 num humanarum, de principiis & causis delectationum, de cau-
 sis tristitiarum, de passionibus principalibus, quæ causantur a
 delectationibus & tristitiis, de quatuor principalibus passio-
 nibus animi sive affectibus. Libro quarto & sequentibus Engel-
 bertus virtutis naturam contemplatur, ac de singulis virtutibus
 se præbet verbosissimum. Ultima totius Operis verba hæc sunt:
*Sic itaque completum est istud Opus, in quo tractatum est in sum-
 ma de tribus, circa quæ versatur tota intentio philosophiæ mora-
 lis, videlicet de cognitione & intentione boni & recti finis in vita
 & actione hominis; & de mediis, hoc est, de virtutibus morali-
 bus, quibus mediantibus oportet sequi ipsum finem; & de ordi-
 nandis & dirigendis ipsis virtutibus in finem humanæ felicitatis.
 Et sic est finis hujus Operis. Deo laus.*

p. 57.

498.

Progrediamur ad quartum Pezianæ Bibliothecæ Tomum,

quo

quo exhibetur initio Anonymi Benedictini liber, Pezii iudicio elegantissimus, *de stabilitate animæ*. Ipse auctor hoc suum scriptum vocat *puerile*. Utrum iudicium sit rectius, ex titulis Capitum iudicent Lectores. En eos! *Cap. I quod virtus stabilitatis consistit in tribus*. Scilicet triplicem ostendit esse stabilitatem, corporis, sensuum, mentis. *Cap. II de fundamento domus stabilitatis*. *Cap. III de fenestris ejusdem domus*. *Cap. IV de ostio domus*. *Cap. V de tecto domus spiritualis*. *Cap. VI de inhabitatoribus domus*. *Cap. VII & VIII de triplici prole Spiritus & Rationis*, Fide videlicet, Spe, & Charitate. *Cap. IX de sensualitate Rationis ancilla*. *Cap. X de triplici prole Spiritus & Carnis*, infidelitate scilicet, desperatione, & Dei contemptu. *Cap. XII de discordia virtutum & vitiorum*. *Cap. XIII, qualiter Ratio ancillam lascivientem humiliet, & qualiter Ratio maritum admoneat*. *Cap. XIV suggestio ancillæ ad dominum*. *Cap. XV, qualiter Ratio vigilans maritum præmoneat & Spiritum alloquatur*. *Cap. XVI Ratio suggerit, divitias contemnendas*. *Cap. XVII suggerit, ambitionem possessionum dimittendum*. *Cap. XVIII de contemnendo vestitus decore & pretio*. *Cap. XIX, quod honor mundi nihil sit*. *Cap. XX suggerit, voluptates corporis non amare*. *Cap. XXI Exhortatio auctoris*. *Cap. XXII (quod postremum est,) de firmitate domus spiritualis*. Sequitur p. 39 *Fratris Wernheri Liber soliloquiorum*. Facile apparet, autorem vestigia Augustini secutum esse. Sed profecto longissimo intervallo ea sequitur, ut suspicemur haud injuria, nonnullos esse iudicaturos, hæc Wernheri Soliloquia manere debuisse soliloquia, nec permittendum fuisse Wernhero, typographiæ ope alloqui totum orbem literatum. Complectuntur autem hæc Soliloquia omnem infelicis illius sæculi theologiam, nec dubium, nostræ Ecclesiæ lectoribus plurima esse displicitura, e. g. quod Cap. VII exhibetur, soliloquium de semper virgine Maria, ex qua speciminis causa pauca hæc repetimus: *Deus est pater constitutionis omnium, & Maria est mater restitutionis omnium*. Hinc p. 85 prodit *Stephani, Prioris Cartusie, Apologia pro sacris religionibus monasticis adversus Wiclesum aliosque hæreticos*; p. 111 *Johannis de Spira, Prioris Mellicensis, libellus de studio lectionis spiritualis*

p. 4.

p. 66.

Et ejus impedimentis; qui liber hoc habet singulare, quod graviter dolet, in monasteriis nonnullis divina officia nimium produci, Et per hoc monachos impediri a studio lectionis Et doctrinae, cum tamen eruditio monacho sit admodum necessaria. P. 257 sequitur Nicolai de Argentina, Prioris Cartusiani, Dialogus de recto studiorum sine ac ordine, Et fugiendis vitæ secularis vanitatibus. In quo cum de recta ratione studii Theologici pia & præclara multa tradantur, non dubitamus eum de meliore nota commendare Theologiæ cultoribus. Superest, ut Præfationem hujus Tomi inspiciamus. In hac doctissimus Pezsius de autoribus istorum nunc primum editorum librorum disserit, quæque de persona cujusque & scriptis observavit, liberaliter cum omnibus harum literarum studiosis communicat.

CHRISTOPHORI AUGUSTI HEUMANNI

Pacile, sive Epistolæ miscellaneæ.

Tomus I Liber III.

Halsæ, in officina Rengeriana, 1724, 8.

Pl. 10.

IN tertio hoc *Paciles* Heumannianæ libro *primum* locum occupat *Spicilegium ad historiam spicilegæ illustrissimæ, Ruthæ*, quo, quæ ab aliis interpretibus vel neglecta vel prave exposita fuerunt, studiose persequitur Cl. Autor. Inprimis notat communem interpretum errorem, quo Boasum exactæ ætatis virum fuisse sibi persuaserunt: simulque factum Ruthæ, in Boasi lectulum sese immittentis, ærimine turpitudinis defendit. *Epist. II* exhibet *Corn. Celsi Artem Rhetoricam*, sed eam a quamplurimis mendis liberatam: adjungens P. Pithœi sententiam, qui opusculum illud Julii Severiani esse censuit. *Epist. III* septem adagiorum Germanicorum origines ex historia repetit, e. g. cur doctores literarum vocentur *vulpeculae scholasticæ*; cur ineptos additamentorum confectores vocemus vulgo *Ballhornios*. *Epist. IV*, unde sacer codex *Bibliorum* appellationem acceperit, inquirens, tandem statuit, ei titulo occasionem & causam præbuisse verba Pauli 2 *Timoth. IV, 13*: *Affer mihi τὰ βιβλία*. Simul locum

cum Petri 2 *epist.* II, 14, ubi pseudoprophetae oculos dicuntur habere *μαρτες μοιχαλιδος*, eo sensu capit, ut oculi eorum dicantur *pleni* esse adulterarum, dum sunt spectatores formarum acerrimi, & contuitu mulierum quotidie pascunt oculos. *Epist.* V difficilis ille locus Flori *lib. III cap. 5 n. 30* nova ratione emendatur, notatoque glossmate hunc in modum restituitur: *Hierosolymam defendere tentavere Judaei: verum hanc quoque* (Pompejus) *intravit, & vidit illud grande impie gentis arcanum: dissidentibusque*, cætera. Per *arcanum* innui *templum*, docet e loco quodam parallelo Taciti. Alium quoque locum Flori, qui non minus cruciavit Criticos, item loca aliquot e Ciceronis *de divinatione* libris, hac occasione emendat ac simul interpretatur. *Epist.* VI specimen exhibet perfectioris Lexici Latini, pertractans vocabulum *humilis*, ejusque cum originariam, tum secundarias notiones exponit & exemplis illustrat. *Epist.* VII duo Plinii majoris loca emendanda suscipit, ac simul Cl. Crozii sententiam exhibet de autore *Philopatris*, quo titulo Dialogus quidam existat inter Lucianecos. *Epist.* VIII inscripta est *de claris Diabolis*, exhibens complures hac appellatione affectos, ejusque appellationis investigans natales. Ultimo loco proponitur *Analytis exegetica & Paraphrasis Capituli noni Epistolæ Paulinae ad Romanos*. Hic potissimum absoluti decreti patronis eripere studet arma, quibus pro eo propugnant: cumque ii verba Pauli *v. 15 sqq.* nimis clara esse existiment ad dogma illud defendendum, Noster, missis usitatoribus Theologorum nostrorum responsionibus, docet, omnino iis verbis clarissime exponi absolutum Dei decretum, sed ea non esse verba Pauli, sed verba antagonistæ, adducta a Paulo & graviter confutata. Quo minus de eo dubitemus, ostendit, & alibi locorum *τὸ enim* usurpari, cum antagonistæ recitatur argumentum & objectio. Simul observat, jam alios tum e veteribus, tum e recentioribus ita locum istum Pauli fuisse interpretatos. Cum etiam illa verba interpretibus facessant negotium, quibus Apostolus profitetur, *se anathema esse cupere pro Judæis*, Noster existimat & efficere conatur, Paulum loqui non de presenti tempore, sed de præterito, atque hoc velle, se olim, cum nondum Christianus esset, tanto arlisse religionis Judaicæ zelo,

ut

ut pro ejus incolunitate contra Christum, novæ religionis autorem, devovere se paratus fuerit. Atque hoc modo singula Capitula hujus diligenter enodat, postremoque loco totius Capituli perspicuam exhibet Paraphrasin.

FRIDERICI GUILIELMI BIERLINGII
Commentatio de Pyrrhonismo historico. Accessu
de Judicio historico Dissertatio.

Lipfiz, apud Nic. Fœrsterum, 1724, 8.
 Alph. 1.

JAm multis abhinc annis Summe Reverendus Autor, in Academia Rintelienſi cum Philoſophicæ, tum Theologicæ cathedræ Professor, ac simul diœceſeos Schaumburgicæ Superintendens, libellum ediderat de Pyrrhonismo historico. Ei quæ adjiceret, cum ſubinde occurrerent, eo facilius iis componendis atque edendis animum adjecit, quo majorem ſe vidit initurum eſſe gratiam ab harum literarum cultoribus. Pertractat autem argumentum ſuum hac methodo, ut *Cap. I* generatim agat de Pyrrhonismo ac de fide historica. Scilicet Pyrrhonismus hoc loco ipſi eſt non dubitatio Sceptica, qualis Pyrrhoni tribuitur, (de quo quidem multa mentitos eſſe ipſius adverſarios, ſimul erudite obſervat,) ſed dubitatio rationalis ac philoſopho digna. Eſſe autem in historia multa, quæ cum pro veris certisque tradantur, falſiſſima ſint, cum inter ſapientes conſtet, hinc narrationes historicas Celeb. Autor in tres claſſes diſtribuit. Scilicet ſunt quædam omni dubitatione ſuperiores, cum autores habeant viros *evryxetivus* & fide digniſſimos, nec vel minimam habeant adjuſtam fraudis errorisve ſuſpicionem. Unde non poteſt e. g. dubitari, Romæ olim fuiſſe Cæſarem ac Pompejum, eorumque odia exarſiſſe in bellum funeſtiſſimum. Oſtendit tamen, fuiſſe Scepticos historicos, qui ejus quoque generis narrationes pro certis habere recuſarent: quo in numero ponit Morinum atque Harduinum Jeſuitas. Altera Claſſis eas comprehendit narrationes, quæ minori quidem luce radiant, ac facile dubitationi portam aperiunt, attamen rite ſubductis rationibus perducî poſſunt
 ad

ad liquidum, vel saltim ad magnam verisimilitudinem. Ea res ut exemplis fiat clarior, disputat initio de vera causa, qua permotus Carolus V Imp. privatam elegit vitam depositis fascibus Imperatoriis; deinde de causa, quæ Christinam Sueciæ Reginam adduxit ad abjiciendam coronam; tum de causa, cur Henricus VIII Angliæ Rex coniugem repudiavit Hispanicam. Hinc ad tertiam classem se convertit, qua continentur eæ narrationes, quæ multum dubitationis habent, & in quibus maxime locum habet Pyrrhonismus historicus. Hac occasione differit de Joanna Papissa, quam nunquam existisse, facile concedere videtur: cumque non ita pridem Cl. Lyseri, Prof. Helmst. in vulgus exiit *Prodromus novæ ad Ioannæ Papissæ existentiam probandam demonstrationis*, Noster in Præf. addit, se nondum sententiæ Lyserianæ subscribere, sed clariorem demonstrationis lucem expectare. Hinc de Mariæ, Scotiæ Reginæ, causa in utramque partem disputat, ad extremum concludens, nec maximis laudibus eam dignam esse, nec maximis vituperationibus. Adjecto etiam de Wallensteinii consiliis iudicio, hanc subjicit observationem, facta generalia, quæ ab historicis referuntur, paucis obnoxia esse dubiis, at circumstantias & causas impellentes amplissimam præbere ad dubitandum materiam: idque novis rursus exemplis illustrat præclare. *Cap. II* agit de virtutibus historicorum, ac simul ostendit, quid intersit inter historiam publicam & arcanam sive anecdotam. Aperto hoc campo accurata fert iudicia de nobilissimis historicis, Tacito, Thuano, Sleidano, God. Arnoldo, (quem quidem ceteris Historiæ Ecclesiasticæ scriptoribus longe anteferendum censet, non tamen diffitetur, magnos quoque corpori illi pulchro inesse nævos) Procopio, Varillasio, Razebergio, Suetonio: ac simul contra Perizonium contendit, boni historici esse, fontes suos, unde hausit, ostendere, nec lectores suos contentos esse jubere in siceto *αὐτὸς ἴσα*. *Cap. III* impedimenta veritatis historicæ persequitur, quæ oriuntur vel e monumentis non satis fide dignis, vel e rebus ipsis parum credilibus, vel denique a nævis ac vitiis ipsorum historicorum. Hic rursus jucundum est legere, quæ S. Rev. Autor erudite pariter & copiose affert de monarchia Assyriorum, quam fabulis esse credit involutissi-

mam; de monumentis priscis ab Annio Viterbiensi publicatis; de
 Fausto præliatore, quem omnino existisse iudicat, statuens
 p. 158-173 tamen, falsa multa ei fuisse afficta. Hac occasione etiam
 p. 172 ingenue exponit, quid de magia sentiat, miraturis fortasse li-
 bertatem Cl. Viri iis, qui sentiunt, Theologos omnium ultimos
 solere novas amplectari veritates suoque munire suffragio. Statu-
 it igitur, quosdam sibi ipsis videri errore phantasiæ pactum iniisse
 cum Diabolo: at doctrinam de vero & expresso pacto cum Sa-
 tana originem suam debere tenebris Papæ superioris xvi igno-
 rantiz: falsa item esse, quæ vulgo ferantur de metamorphosi
 magica, de vi tonitrua excitandi, de itineribus aeriis ad montem
 Bruætorum: adeoque referenda inter τὰς γραιώδεις μύθους ab
 Apostolo Paulo notatos 1 Tim. IV, 7. Delatus hinc Cel. Autor ad
 narrationes de vaticiniis, merito in dubium a multis vocatas,
 pluribus agit de Nigidii Figuli vaticinio de Augusto, de prædicti-
 onibus Nostradami, de Io. Hussi vaticinio de Luthero, de fomniis
 Friderici Sapientis, Electoris Saxoniz, & Petri Lotichii poetæ,
 ostendens, hæc omnia vel certo falsa esse, vel saltem incomperta,
 nec pro veris admittenda. Sed mittimus, quæ plura in hoc Capite
 occurrunt lectu dignissima de vitiis historicorum, accedentes ad
 Cap. IV, quo agitur de fide monumentorum, ex quibus Historia
 depromitur. Docetur hic perdocte, fidem monumentorum il-
 lorum sæpius esse valde dubiam, nec vel tabulariis Principum,
 seu archivis, vel Programmatibus eorum, quæ *Manifesta* vocant,
 vel actis judicialibus, vel diplomatibus, vel inscriptionibus, vel
 numismatibus semper credendum esse. Singula hæc illustrat
 egregiis exemplis. Cap. V eodemque postremo regulas nobis ex-
 hibet historici Pyrrhonisimi, ne vel nimium vel parum credendo
 peccemus in leges sanæ philosophiz. Etiam hoc caput continet
 elegantissimas animadversiones, quas per leges nostræ brevitatis
 non licet recensere. Eadem de causa adjectam *de iudicio Histo-
 rico* Dissertationem præterimus, illud solum docentes lectorem
 nostrum, lectu eam esse dignissimam, ac pleraque exhibere per
 compendium, quæ fufius exposita cernuntur in recensito hucus-
 que libro de Pyrrhonismo historico. Ceterum cum hinc appare-
 at, Celeb. Autorem admodum feliciter indulgere meditationi
 propriæ,

MENSIS NOVEMBRIS A. MDCCXXIV. 491

propriæ, majorem in modum optamus, ut, quæ edere cœpit *Specimina Observationum in Genesin*, continuare ne gravetur. Legentium in gratiam e *tertio specimine*, quod nuper mense Junio prodiit in publicum, unam Observationem commemoramus. Scilicet cum *Genes. IV, 1* vox Evæ primum filium enixæ vehementer agitet interpretum ingenia, S. Rev. Bierlingius nos nobis repræsentare iubet mentem Evæ summa admiratione perfulsam vel potius confusam, cum videbat, quod antea nec visum ipsi nec auditum fuerat, hominem nasci ab homine. Hac igitur admiratione percussa in hanc vocem erumpit: *Ecce, ego accepit virum vel masculum, einen Mann oder ein Männlein, a Domino*, hoc est, magnum hoc est miraculum, quod non possum non Deo tribuere, vel, uti Psalmo CXVIII, 23 dicitur, *a domino factum est istud. Et est mirabile in oculis nostris.*

HISTORIÆ BIBLIOTHECÆ FABRICIANÆ
Pars VI.

Auctore IOANNE FABRICIO.

Wolfenbüttelii, apud Jo. Christoph. Meißnerum, 1724, 4.

Alph. 3, pl. 4.

Quinque partes Historiæ Bibliothecæ Fabricianæ, quas in Actis nostris recensuimus A. 1717 p. 501, A. 1719 p. 135, A. 1720 p. 431, A. 1721 p. 454 & 1723 p. 87, excipit nunc VI & ultima, in qua Cel. Autor non minorem industriam adhibuit, quam in prioribus. Offert autem libros duplicis formæ, alios, quorum plagulæ in quatuor, & alios, quorum pagulæ in octo folia complicantur: quorum illi constant rebus philosophicis, medicis, grammaticis, lexicis, oratoriis, epistolicis, poeticis, philologicis & miscellaneis; hi præter grandiores, omnis generis scripta complectentes, sacris Bibliis, eorumque commentariis, patristicis, dogmaticis, & bona parte polemicorum. Tantum vero abest, ut omnes bibliothecæ inæ libros produxerit, ut potius maxima pars eorum, quorum forma vulgo octava dicitur, & omnes minoris formæ, quam duodecimam vocant, intacti manserint. Hic enim ait doctissimus Autor subsistere se oportere.

Q992

ob

- ob ætatem, qua premitur, (agit enim iam annum unum & octogefimum) quæque non permittat spem concipere de recensendis ceteris omnibus. Interim, si Deus vitam & sanitatem concefferit, haud pigrabitur in cœpto pergere, & saltem in suos, si non in boni publici, usus excutere & illustrare, quidquid adhuc superest, & indictum mansit. Quod ut præstare possit, quivis literati nobiscum optabunt, uberrimamque Dei gratiam ei apprecabuntur. Nos jam memorabilia quædam ex Parte VI in gratiam
- p. 28 Lectorum decerpemus. Talia sunt, Jacobi *Brunnemanni* Exame a Iuris publ. distinguendum esse ab altero synonymo G. A. quod Io. Ehrenfr. Zschackwiz Notis suis illustratum in lucem publicam A. 1716 emisit. In Epistolis Casaubonianis *Christianissimum Heroem & Solem Galliarum* esse Henricum IV: *Principem, qui, pro sua prudentia ac sapientia, barbariem simul & τὴν σοφιστικὴν terris Brunsvicensibus eliminavit*, Henricum Julium: *Episcopum Eliensem, auctorem Torturæ Torti*, Lancel. Andrews: *Amicum συζωμὰ petentem, virum doctum, & iudicii in literis non vulgaris*, Georg. Calixtum. Georg. Petr. *Schulzium*, Professore & Prorectore Gymnasii Thoruniensis, in parato habere Centurias II clarorum Marchicorum, modo sit, qui suis eas sumptibus velit edere. *Concilium Tridentinum* receptum esse in Gallia, secundum dogmata, & non receptum, secundum res
- 214 disciplinæ. *Breviaria* inde dici, quod sectiones Bibliorum æque ac Legendarum Homiliarumque, integras legi solitas, continent quidem, sed particulatim, & alias vocari *Portiforia*, quod extra chorum efferrentur: esseque pro Clericis, non vero, ut vocant, Laicis, nisi sponte hi atque ultro velint ea in manus sumere, iisque uti: sed & opus habere correctione, fatentibus egregiis Viris in cœtu Romano-Catholicorum. Sicut Pius V Breviarium & Missale Romanum, & Clemens IX Pontificale & Cæremoniale corrigenda, in ordinem redigenda atque edenda curavit, ita Paulum V nonnullis ex ordine Cardinalium pietate, doctrina & prudentia præstantium, id negotii dedisse, ut cum consilio eruditorum virorum, variisque, præsertim antiquis, & quæ circumferebantur, Ritualibus consultis, eoque inprimis, quod Julius Antonius, Cardinalis S. Severinæ, longo studio
- 224 multaque

multaque industria & labore plenissimum composuerat, quanta possent brevitate, *Rituale* conficerent; idque Pontificem *Romanum* dici voluisse, quia recepti & approbati Romanæ Ecclesiæ ritus, suo ordine digesti, possint in eo conspici. *Secundum*, Atheniensem Sophistam, & Philosophum Pythagoricam vitam ducentem, dixisse: *In tria mala incidi*, Grammaticam, penuriam, & malam mulierem: duo effugi, malam mulierem effugere non potui. Lucam *Osfundrum* in libello de Ratione concionandi bene inonere, requiri a concionaturis, ut in sacrarum literarum lectione saltem mediocriter sint versati, & locos Theologicos intelligant, neque suo ingenio fidant, suæve industriæ, sed Deum ardentem invocent, ut ille Spiritu suo sancto studia & conatus suos ad nominis sui gloriam & Ecclesiæ salutem dirigat, mentemque ac linguam suam gubernet, quo salutaria pro concione dicant, & magno cum fructu doceant. In *Catechesi Theotisca* incerti monachi Weissenburgensis, non tantum in initio Orationis Dominicæ, verum etiam in ceteris eius partibus pronomen possessivum postponi substantivo. Cavendum esse ab *editione Salviani Parisiensis* A. 1645, quippe quæ innumeris scateat erroribus. *Catechismum Rom.* a pluribus fuisse compositum, videlicet a Leon. Marino, Hegid. *Fuscanario*, & Franc. *Forerio*; recensitum a Card. *Sirlero*, stilumque adhibitum a Paulo *Manutio*.

SPECIMEN DOCTRINÆ VETERVM Sinarum Moralis & Politicæ, tanquam exemplum Philosophiæ gentium ad Rempublicam applicatæ, excerptum e libellis Sinicæ Gentis classicis, Confucii sive dicta, sive facta complexis. Opera GEORGII BERNHARDI BULFINGERI, Mor. & Mathes. in Collegio illustri Tubingensi Prof. ordin.

Francof. ad Mœnum, apud J. B. Andreæ & H. Hort, 1724, 8. Alph. I.

HAnc tractationem Cl. Autor in se suscepit jussu & consilio Viri illustris, Domini *Joannis Heinrici* S. R. I. Lib. Bar. de *S. büz*, Serenissimo Württembergiæ Duci a Consiliis status intimis

mis ejusdemque ad Comitata S. R. Imperii Ratisbonensis Legati, cui utile visum fuerat veterum excutere annales & inquirere in usum Philosophiæ antiquæ in Rep. diversis tentatum gentibus. Quoniam itaque veterum Sinarum in morum studio & Remp. administrandi prudentia præ ceteris terrarum gentibus prærogativa commendatur, in eorum philosophia Specimen edere constituit, præsertim, cum illa gens in philosophia ad Remp. applicanda omne studium posuerit. Exposita uberius instituti ratione, ubi inter alia monet, se usum esse in hoc specimine concinnando *Confucii* doctrina, quam ediderunt Parisiis A. 1687 in fol. Patres Societatis, *Francisci* autem *Noellii* libros classici Pragæ A. 1711 excusos non vidisse, *sektione*, quam vocat, *generali* de Philosophia Sinarum morali in genere differit. Monet itaque, doctrinæ *Sinica* omnis duo esse capita primaria, unum de cultura naturæ rationalis, alterum de renovatione populi. Illud *Ethicam*, hoc *Politicam* stylo nostro dixeris. Ad culturam naturæ rationalis referri culturam intellectus & voluntatis, affectuum regimen & actionum compositionem ad honesti regulas & decori: ad renovationem populi regimen familiæ, munia Magistratus, gubernationem regni atque imperii. Quo ordine hæc recensentur, eo etiam in praxi progrediendum esse judicarunt *Sina*, qui eam a Philosopho nunquam abesse posse existimarunt, sola scientia minime contenti & a theoreticis ad scopum nil facientibus abstinentes, in practicis multi. Demonstrare eos ab exemplis Regum, motiva sic inflectere ut ex forma aculeum sumant, inter media virtutis urgere exempla, finem studiorum inculcare fructum virtutis & sapientiæ, sedulos esse in officiorum comparatione. *Sektione specialis prima* de cultura intellectus præcepta *Sinica* affert. *Sina* eam emendationi voluntatis præponunt, certo persuasi, intentionem ad rectitudinem reduci non posse, nisi bonum a malo exquisite discernere possis. Rationem homini datam excolendam esse inculcant, cum neglectus culturæ errorum causa vitiorumque origo sit. Primum illorum Philosophiæ Moralis principium Cl. Auctor censet, ut metiamur alios ex nobis tanquam similiter affectos eosdemque omnes amore sincero atque universali ut fratres, immo ut nos ipsos, complectamur. *Sinas* tempera-

temperamenta, quatenus ex corpore dijudicantur solum, pro iudiciis animi mirifice lubricis habuisse, nec *Confucium* multum abfuisse a theoria *Wolfsana*, Nostro probata, qua ex hominum actionibus & affectibus tanquam e casibus specialibus generalia res appetibiles dijudicandi principia ac inde tandem generalissimum notis inter Logicis artificiis eruuntur. Tandem enumeratione officiorum tam docentium, quam discentium, finem imponit sectioni primæ & hinc ad *secundam* de emendatione voluntatis progreditur, quæ emendationi intellectus *Sinarum* iudicio succedere debet. Postulant hic *Sine* virtutem internam & regimen cordis sollicitum inculcant, ita, ut ne cogitationem quidem habeas, cujus conscium esse cœlum nolis. Non sufficit, ut homo studeat virtuti; sed eadem gaudere, seu ex ea voluptatem percipere debet. Nec fert *Confucius* imbecillitatis excusationem, contendens, si vel unius diei spatio in illam serio curam homines incumbant, fieri & obtineri posse, quod ipsi supra vires positum existimaverint. Fundamentum virtutis in ipsa cordis veritate & rectitudine quaerit, virtutis externum simulacrum e fallaci corde profectum inter vitia reponens, & ideo animi motibus vel minimis attendi iubens. Virtutem collocat in tenendo medio & idem ad rationis dictamen conformando. Maximum virtuti pretium statuit, & de ordinato naturæ cursu, tanquam virtutis confectario, ratiocinatur. Inter motiva eminent exempla; inter media virtutis examen suum ferium, attentio ad animi motus, vitiorum emendatio, non palliatio; errorum causæ ad nos, non alios relatio; summum decretum nil rationi contrarium admittendi; affectuum dijudicatio; usus disciplinæ ad fugam vitiorum necessarius; inter impedimenta socordia & male consideratus ardor. Postulat *Confucius* universalem omnium in omnes amorem, neglecta tamen subordinatione debita, & in specie fortitudinem cum togatam, tum sagatam atque prudentiam in cauta rerum dijudicatione, futurorum casuum præmeditatione, consiliorum ad Reip. usum applicatione commendat. *Sectione tertia* regimen affectuum expenditur, quale præscribit *Confucius*. Quæ is de perturbationibus animi statuit, exquisite Noster consentire arbitratur principio generali *Wolfsano* de perficere suo & aliorum hominum statu,

quo

quo generalis omnium inter homines actionum consensus postulatur, dissensu in vitio collocato. Eas enim a *Confucio* in eo collocari, si quis velit præstare aliis ea, quæ non sunt arbitrii sui & potestatis aut quæ sunt inter sese pugnantia: in priori enim casu non consentire vires & voluntatem, in altero pugnare inter se volitiones. Sic eum subinde affectiones privatas redarguere, quatenus adversæ publicis. Ipsius consilio virum perfectum appetitus & actiones statui suo accommodare debere. Constituunt autem *Sina* quatuor potissimum perturbationum classes, scilicet nimium gloriæ appetitum, sui complacentiam, iracundiam & avaritiam, quas secundum ætates distribuunt. Nec affectus eradicari, sed regi jubent, immo eos ad virtutum studia (quemadmodum fecit *Wolfius*) commendant: quod instituto Musicæ morali, virtutique, non voluptati destinato, probat Cl. Auctor, cujus ideo tanta apud *Confucium* fuerit dignatio. *Sectione quarta* docentur, quæ de compositione actionum externarum præcipiunt *Sina*. Generatim *Confucius* naturalem aliquam dispositionem postulat ad ornatum quoque & compositionem exteriorem & culturam ejus temperatam, ut affectationem præcludat & simplicitatem a ruditate secernat. Hinc indoli naturali necessitatem præceptorum jungit adversus ruditatem & ostentationem. Respondere debere operibus verba, verbis opera, inculcat. Taciturnitatis studium; amicitiam cum aliis colendam; officia amicorum mutua, adjuvare scilicet in studio virtutis, monere errantes, recta monentes magni habere & sequi alacriter, incorrigibiles deserere, adhibere reverentiam nec nimia familiaritate sibi mutuo vilescere, communicare mutuo sua; officia circa opes, & in his acquiescentiam in arbitrio cœli, gaudiumque cum pauperis, tum divitis in officiis suis commendat. Cultus externi vestium & rituum normam *Confucius* officia & honestatem, Nostro interprete, facit: famam inter probos odiumque apud improbos contractum præfert populari, quam examinari & a sincero spurium secerni jubet. *Sectione quinta* regimen familiæ describitur. Officia recens nuptæ recenset *Confucius*, quod parentibus mariti observantiam, pacem cognatis, obedientiam marito, benevolentiam inferioribus & curam debeat. Parentibus præcipit, ut exempla virtutum liberis

liberis præeant, nec amore cæco vitiis ipsorum indulgeant, liberis vero, ut vivis morem gerant & debitis officiis serviant, mortuos lugeant per triennium & quotannis debito ritu & apparatus colant. Obedientiam præstaudam esse ex animo, & morosis quoque; magnam esse debere sollicitudinem in observantia parentum. Adolescentibus commendat præter obedientiam erga parentes observantiam in majores natu, propinquos, consanguineos, cives & populares quoscunque, præcipue bonos & probatissimos quosque, constantiam & prudentiam in suscipiendis negotiis, amorem universalem erga omnes, literarum studia & in Odarum libris diligentiam, maximam imprimis parentum auctoritatem, tanquam sepem pro tuenda dignitate magistratuum. *Sectione sexta* officia magistratuum & magistratum enumerantur. Magistratui neminem admoveri vult *Confucius* nisi idoneum, qui moderatus est, lenis, minime tetricus, non negligit majora minutiis intentus, non lentus, neque timidus, certi promptique consilii, perspicacis ingenii, qui arte valet & ingenio ad res omnes idoneo, maturus studiis, non elevatus affectu præcipiti. Magistratum ambiendum esse, cum in regno leges vigent & virtutes; sin illæ jaceant, indignum servire tempori & augeri velle opibus ac honoribus. Cautè ac considerate vivendi artibus ad dignitates esse perveniendum. Magistratum modestia & submissione animi sese commendare debere: ejus universam curam in renovando populo absolvi. Ministris Principum convenire moderationem, fidem erga Principem, beneficentiam, æquitatem & justitiam. Ipsorum esse, ut admoneant Principem de officio, spretis adversitatibus inde metuendis; sed, antequam id faciant, fidem suam approbent Principi & populo. Renunciandum iis esse suo muneri, si non detur servire secundum id, quod jus & ratio poscit. Arbitratur tamen *Confucius*, officium publicum privatæ sorti anteferendum. Legatorum eam peritiam requirit, ut possint suo Marte & ex tempore apta dare responsa ad quæsitæ Regulorum, ad quos mittuntur. Regulorum officia quinque recenset, sollicitudinem in rebus omnibus, fidem in omnibus, in sermone etiam, cum æquitate præmiorum & suppliciorum, moderationem largitionum & sumtuum, amorem civium præcipue

afflictorum, vere paternum, in oneribus publicis opportune imponendis. *Sectione* denique *septima* administratio imperii describitur. Imperatorem *Sinae* cœli filium appellant, quod soli cœlo in ipsum potestas sit & ipse cœlo obedientiam debeat. Sola virtute firmari regna & regimen, salutem populi supremam esse legem, qua de causa subinde Imperatores filiis alienos in regimine anteposuerunt. Gubernatorem Reipublicæ esse debere beneficium, & tamen nihil expendere, neque absumere: subditis esse oneri, nec tamen esse odio: desiderare, nec tamen expetere cupide: esse magnum, beatum ac florentem, nec tamen efferi superbia & fastu: esse severum & gravem, nec tamen asperum & truculentum. Præscribit porro eidem *Confucius* vigilantem sui ipsius observantiam, clementiamque animi, fidem atque veracitatem, assiduitatem ac diligentiam, amorem & beneficentiam, exemplum virtutis populo præbendum & amorem plane paternum, vectigalium non nimiam exactionem, institutionem populi ad rem militarem, cogitationem de bello tempore pacis, abstinentiam a cadibus innocentum in bello, emendationem mensurarum & legum, restitutionem familiarum nobilium & sapientum, & observationem aliarum regularum, quas singulas recensere prolixum nimis foret. In Epilogo Cl. Autor comparationem instituit doctrinæ *Sinicae* cum philosophia & doctrina morali nostra, & appendicis loca subjungit dissertationem, quam vocat, extemporalem de literatura *Sinensi*.

HISTOIRE DE L'ACADEMIE ROYALE

des Sciences A. 1720.

hoc est,

HISTORIA ACADEMIÆ REGIÆ SCIENTIARUM ANNI 1720, cum Commentariis Mathematicis & Physicis ejusdem anni.

Parisiis, typis Regiis, 1722, 4.

Alph. 3 pl. 10 Tabb. æn. 15.

Postquam de Actis Anni 1719 nuper in Supplem. T. VIII Sect. XI diximus, nunc anni sequentis Historiam produci-

mus,

mus, mox etiam de Historia A. 1721 & 1722, quam Parisiis utramque accepimus, dicturi. In *Physica generali* historiam fluxus & refluxus maris ex observationibus novis compluribus ad Academiam Regiam Scientiarum missis perficere studet *Cassinus*. Quæ de admirando hoc naturæ phænomeno in Voluminibus anterioribus annotavit, novis hisce observationibus confirmantur. Adduntur alia hæctenus non satis observata, nimirum 1 quod refluxus constanter sit diuturnior affluxu; 2 quod celeritas aquæ affluentis ab initio usque ad finem continuo imminuatur; e contrario autem refluxus augeatur; 3 quod irregularitates circa quadraturas sint frequentiores aut majores, quam versus conjunctiones aut oppositiones; 4 quod Sol influat in fluxum atque refluxum maris, cum ceteris paribus affluxus major sit in solstitiis brumalibus, quam in æstivis. *Maraldus* describit auroram borealem, quæ d. 6 & 10 Febr. 1720 per nubes transparuit & quam d. 11 nubes obvelarunt, cum per horas quinque cælo sereno conspicua fuisset. Eadem phænomena observavit de *Louville*, sed ob distantiam locorum in nonnullis differentia. De *Reaumur* sistit massam 130 680000 hexapedarum cubicarum in *Turonis* ultra 36 milliarum a mari remota, quæ est congeries cochlearum, nulla materia peregrina admixta, neque lapidibus, neque arena, neque terra. Utuntur his cochleis fossilibus incolæ regionis ad fertilitatem agris conciliandam. Sunt in earum numero, quæ adhuc politam & splendentem habent superficiem, nihil a temporum injuriis passæ. Aliæ politæ orbatæ friabiles sunt instar calcis: aliæ petreæ non nisi figuram reinuerunt: aliæ sunt lapides, quibus figura cochlearum impressa: aliæ denique sunt massæ adhuc molles, quæ cochlearum cavum implent. Probat de *Reaumur*, quod non sint utique per aquas diluvii *Noachici* accumulatæ, cum varia indicia probent, fuisse ibidem vel ante, vel post istud diluvium vastum admodum sinum, in quo mare successive deposuerit stupendam istam cochlearum quantitatem. Ceterum inanem operam consumi arbitratur in figuris illarum æri incidendis, quod historia naturalis nullum inde capiat incrementum, cum jam plures æri fuerint incisæ,

incisæ, quam par erat. Monet præterea, primum, qui cochleas fossiles pro veris agnoverit, circa finem seculi decimi sexti fuisse figulum, *Bernbardum Baliffæ, Santonensem*, qui Græcarum & Latinarum literarum ignarus theoriam hodie inter eruditos re-fuscitatam Parisiis contra Doctores *Aristotelicos* defenderit. *De Jusſieu* Aeademiæ Scientiarum monstravit viscum animale, vegetabili longe præferendum, quem acceperat a *Banera, Medico Perpiniensi*. Ortum ducit a singulari quadam specie eru-cæ, quæ quidem in aureliam, sed non in papilionem transfor-matur. *Deslile junior* incrementa & decrementa *Sequana* Anno 1619 dimensus, cujus æstas erat valde sicca, eam $27\frac{1}{2}$ infra alti-tudinem subsistereprehendit, ad quam valde intumescens A. 1615 d. 11 Jul. ascenderat. Si plures istiusmodi proficiant observationes, ex iis termini altitudinis fluviorum determina-rentur, quorum notitia in multis occasionibus foret perutilis. Medici Vratislavienses in suis Miscellaneis, quæ ad incremen-tum Physicæ & artis Medicæ ab aliquot annis edere cœperunt, de Viadro quotannis istiusmodi observationes communicant. *De Mairan* diversitatem refrangibilitatis radiorum *Newtoniana* a diversa celeritate, qua agitantur globuli ætherei, deducit. Sumit autem in æthere particulas differentis agitationis capaces: & ob analogiam luminis cum sono a *Newtono* demonstratam in aere quoque agnoscit moleculas ob diversos elasticitatis gradus diver-sarum agitationum capaces, ita ut cuilibet tono suum respon-deat particularum genus, & unumquodque a corporis sonori particulis in motum concitari, quæ similes vibrationes edunt. *Maraldus* quantitatem pluviz A. 1719 reperit 9 digitorum $4\frac{2}{3}$ linearum. D. 26 Sept. A. 1719 declinatio acus magneticæ versus occidentem fuit $12^{\circ} 30'$; paululum minor in fine Decembris. A. 1666, observante *Picardo*, nulla fuit declinatio. Ab eo tem-pore usque ad A. 1717 constanter crevit versus occidentem. A. 1717 fuit $12^{\circ} 45'$, A. 1718 vero $12^{\circ} 30'$, quanta adhuc Anno 1719 deprehendebatur. Fuit adeo A. 1718 stationaria & nunc re-trogradi videtur. Variatio per integros annos 41 fuit $12^{\circ} 45'$: unde annua resultat 18 minutorum. R. P. *Fevillæ* per litteras certiore fecit *Maraldum*, A. 1719 *Massilia* mense Octobri arbo-

MENSIS NOVEMBRIS A. MDCCXXIV. 501

arbores flores emisisse, unde novi producti fuerint fructus, qui mense Decembri ad maturitatem pervenerint, etsi iustam magnitudinem non adepti. *Genua* mala persica ad maturitatem pervenerunt, usque in mensem Martium integra conservata. *De Jusseu* describit *Cachou*, quod extractum *Areca* esse docet per evaporationem induratum. Est autem *Areca* semen arboris, quæ pro specie palmæ habetur & ad oras maritimas Indiæ orientalis crescit.

In *Anatomicis* monstrum, quod dissecut, *Mery* in scenam producit. Erat puella mense sexto in utero mortua sine capite, brachiis, corde, pulmonibus, ventriculo, renibus, intestinis tenuibus, hepate, vesicula fellis, liene, pancreate. Nata fuit cum alia, tunc temporis adhuc viva. Utraque iisdem involucris fuit involuta, eadem placenta & unicus ex eadem progrediens funiculus umbilicalis in duos desinens ramos in umbilicis foetuum terminatos. Mater gravida hydrope laborare credebatur; sed in partu insigni quantitate aquæ effusa nulla hydropis suspicio remanebat. Medulla aderat spinalis in monstro, etsi cerebro cum capite careret. Circulatio sanguinis sine corde probat, infantem in utero tanquam partem matris spectandum esse & sanguinem matris per eundem circulari. In intestinis crassis nullum erat meconium, quod *Mery* mixturam esse hinc colligit ex succo glandularum intestinorum tenuium, bile & succo pancreatico. *Littre* evidenter docet, sanguinem menstruum non ex vagina, sed ex matrice sola provenire. Etenim in foeminis tempore evacuationis menstruæ mortuis matrix fuit crassa & tensa, vasa sanguifera fuere turgida, quorum aliqua sanguinem in cavitatem uteri effundebant, superficies interior matricis foraminibus admodum conspicuis oblita & sanguine arterioso plena, ita ut utero extus compresso sanguis per ea intus exstillaret. In gravidis mortuis foraminula illa ob exilitatem vix conspiciere licuit, & compressa non sanguinem, sed liquorem lacteum reddidere. In foeminis neque gravidis, neque tempore purgationis menstruæ denatis foraminula ista tantum non prorsus imperceptibilia fuere & non nisi pauca quantitas liquoris tenuis & limpidi exprimi potuit. *Winslow* de actione muscutorum nonnulla meditatatur:

arbitratur enim, hoc argumentum hæcenus ab Anatomicis non fuisse pro dignitate expensum. E. gr. omnis motus dicitur fieri musculorum contractione: sed hoc principium non esse universale per instantias probat. Pertinet hæc capitis demissio, quæ fit proprio pondere musculari relaxatis, quibus erectum tenebatur. Vera hæc cum sit actio, quæ musculorum relaxatione peragitur, nutui mentis exactissime conveniens, nova hinc nascitur difficultas circa imperium animæ in corpus. Idem contendit, in omni actione, ubi muscoli soli agunt absque ulla virtute peregrina, omnes musculos ad eandem partem pertinentes in motum influere. V. gr. dum brachium flectitur, actionem non tribuendam esse solis flectentibus, verum etiam extendentibus, adducentibus & abducentibus. Extendentes enim relaxari pro ratione contractionis flectentium, adducentes & abducentes brachium in æquilibrio tenere. Prope *Vesuntium* in Comitatu *Burgundia* duo rivi confluunt, quorum unum *Bougaillie*, alterum *Craye* lingua vernacula incolæ appellant. Hujus aqua crusta lapidea obducit corpora, quæ alluit: illius aqua has crustas iterum solvit: unde post confluxum evanescit vis petrificandi. *Billershus*, Medicinæ Doctor *Vesuntinus*, facto experimento didicit calculos vesicæ in illa solvi, ita quidem ut materia soluta aquam obnubilans primum præcipitetur, deinceps autem præcipitata instar salis imbibatur: in hac autem, quæ crustas lapideas inducere solet, eosdem calculos ab omni mutatione immunes persistere. *Deslandes* vermes marinos describit navibus adeo infestas, cum magna copia simul irruentes lignum erodant. Ex Archipelago *Americano* a navibus ex *Antillanis* insulis reducibus ante 50 circiter annos in nostra maria allati stupendo numero sese multiplicarunt. *Petitus*, Medicus *Namurci*, hermaphroditum describit, qui hasta virili instructus, sed testiculis carens, eosdem cum matrice in infimo ventre reconditos possedit. Idem meminit viri per penem sanguinem menstruum evacuantis: quem forte perinde matricem in infimo ventre habuisse suspicatur. *Winslow* observationes quasdam circa ossa corporis humani communicat, quibus aut corrigit aliorum errores, aut defectus supplet. E. gr. Mechanicam & usum costarum in respiratione declarat,

elarat, quem *Borellus* atque *Bellinus* cum *Aquapendente* in obscuro reliquerint, quantamcumque ad hoc argumentum enodandum solertiam attulerint. *Mery* manum monstruosam spectandam sinit.


In *Chymicis* Tabulam suam, cujus in Actis hujus anni p. 16 mentionem fecimus, ab objectionibus vindicat *Godofredus*, & ope ejusdem solvit problema a *Stablio* amico cuidam suo propositum, quo, postquam acidum vitriolicum sale Tartari saturatum & chrysalisatum fuit, acidum a sale fixo in instanti absque igne & in vola manus separari jubetur: id enim futurum censet, si primum principium oleosum, deinde novum acidum addatur, in cujus gratiam alcali seu sal Tartari secedat a principio oleoso. *Lemery* continuat suas observationes de analysibus chymicis ordinariis, postquam ad examen revocavit ingentem numerum analysium a *Bourdelino* methodo ordinaria factarum, quas Academia Scientiarum conservat. Multa annotavit de falsis consequentiis, quae inde deduci possunt, de defectibus operationum & de remediis adhibendis. E. gr. Experimenta chymica, quibus dignoscuntur acida & alcalina, ut per syrupum violarum, solutionem Mercurii sublimati &c. non habere locum, nisi cum fuerint a se invicem separata. Salia in materiis animalibus & vegetabilibus esse concreta & per ignem acidum ab alcalino separari, ut adeo de proprietatibus concreti non liceat judicare ex proprietatibus separatorum. Dari acida in plantis & animalibus, quae per analyses ordinarias non appareant. Non plus acidi dari in plantis, quam in animalibus, etsi contrarium vulgo appareat. *Rencaume* describit aquas minerales A. 1719 haud procul *Parisis* detectas. *Godofredus* junior in originem *Salis Armoniaci* inquiri, & id ex urina extrahere docet, adjecto sale marino aut spiritu salis. Immo idem extrahi posse monet ex ossibus, ungulis, cornubus, pilis, sanguine. Hac ratione invenit, quod optaverat *Dodartus*, quomodo salibus animalibus odor & sapor molestus demi possit, convertendo scilicet eadem in Sal Armoniacum per additionem salis marini sive culinariae & demendo postea acidum ope Salis Tartari. Sal suum Armoniacum artificiale idem esse cum orientali, experimentis probat. Et originem
orien-

orientalis, quam divinavit, confirmarunt litteræ, quas de eadem ad Academiam Regiam dederunt *Lemery*, Consul *Caira* & *Sicardus* Missionarius e Societate Jesu in *Agypto*. Etenim in *Agypto* ob ligni raritatem stercore animalium paleis admixtis comburunt. Ex fuligine & sale marino per sublimationem præparatur Sal *Ammoniacum*. *Lemery* describit præparationem Antimonii, quæ sub nomine *pulveris Carthusiani* (*poudre des Chartreux*) ab aliquot annis inclaruit, & quæ jam a *Glaubero*, sed per modum ænigmatis, proponitur: *Boulduc* vero præparationem *Magnesiæ*, in nostris oris satis notam.

In *Botanicis* mentio fit libri de gramine, quem *Joannes Scheuchzerus* sub titulo: *Operis Agrostographici idea* A. 1719 editum ad Academiam Scientiarum misit. *Vaillant* enumerationem plantarum (quas vocat) *Corymbiferarum* continuat, in Commentariis A. 1719 edi cœptam. *Isnardus* novum plantarum genus constituit, cui *Euphorbii* nomen imponit.

In *Geometricis* impossibilitatem quadraturæ indefinitæ circuli demonstrat *Saurinus* inde, quod *Hospitalius* in opere Conico

demonstraverit, problema de divisione circuli in partes quotcunque æquales esse gradus indefiniti, ita ut e. gr. trisectio sit gradus cubici. Tradit autem pro rectificatione indefinita methodum approximandi geometricæ per lineas rectas. Sit nempe arcus *AM* semicirculo minor, *AD* ad diametrum *AB* perpendicularis. Ducantur chordæ *AM* & *MB*, atque *MB* continuetur, donec occurrat ipsi *AD* in *D*. Bifectur arcus *AM* in *N* & ducta



ducta AE erigatur ex E ad eandem perpendicularis EF. Similiter biseetur arcus AN in Q & ducatur AG, ex G vero excitetur perpendicularis GH, & ita porro. Erit arcus AM major quam chorda AM, sed minor quam AD; major quam AE, sed minor quam AF; major quam AG, sed minor quam AH, & ita porro. Ex observationibus *Richerisii*, ab aliis deinde confirmatis, *Newtonus* atque *Hugenius* intulerant, terram habere figuram sphaeroidicam, cujus longior axis fit sub æquatore, minor transeat per polos: sed *Cassinus* junior ex observationibus paternis de linea Meridiana per integram *Galliam* continuata deduxit, axem longiorem transire per polos, minorem esse in æquatore. Cum observationes tam *Richeriana*, quam *Cassiniana*, in dubium vocari nequeant; *de Mairan* ostendit, quod *Cassiniana* Telluris figura per utrasque observationes subsistat. Demonstrat enim, admittenda inæqualitate graduum latitudinis terrestrium versus æquatorem figuram primitivam Telluris in quiete scilicet spectatæ esse sphaeroides oblongum; hoc ipsum vero motu vertiginis accedente mutari in alterum minus oblongum. *Newtonus* & *Hugenius* demonstrarunt figuram contrariam, quod figuram Telluris primitivam sumere sphaericam. *De Lagny* analysin *Diophantæam* promoturus methodum proponit indefinite solvendi problemata indeterminata cujuscunque gradus in numeris integris.

In *Astronomicis* novas Tabulas Solares juxta hypothesin *Kepleri* ellipticam condidit *de Louville*. Eccentricitatem duplicem determinavit 333830, seu bissectam 166915 partium, quallium semidiameter eccentrici est 10000000, & locum verum Apogæi A. 1716 in Cancro $8^{\circ} 10' 34''$, usus cum hypothesi circulari, tum elliptica, per utramque enim eadem prodit eccentricitas, idem locus Apogæi. Anomalia media in his Tabulis A. 1700 est $182^{\circ} 10' 51''$, longitudo Apogæi $97^{\circ} 56' 40''$, medius motus Solis annuus 11 S. $29^{\circ} 44' 49''$, motus Apogæi $51''$, æquatio maxima, quam in $89^{\circ} 16' 58''$ & $270^{\circ} 43' 2''$ anomaliz veræ locum habere determinat, $1^{\circ} 54' 45''$. *Cassinus* observavit d. 21 April. A. 1720 occultationem fixæ tertiz magnitudinis γ in pectore Virginis, quæ per telescopium 16 pedum geminata apparet.

ret. Immersio occidentalioris in limbum Lunæ conjunctioni proximæ obscurum contigit o h. 25' 14", immersio orientalis o h. 25' 44". Utraque disparuit fere in instanti absque luminis vel magnitudinis successiva diminutione; emersa propemodum simul o h. 51' 16". Nulla quoque accidit in colore vel figura situque stellarum mutatio: unde nullum atmosphæræ lunaris indicium præbuerunt. Distantia stellarum semidiametro apparenti unius æqualis: quo tamen non oblante tempus immersionis differabat 30 secundis, immersio fere utriusque fiebat intra dimidium secundum. Hinc infert magnitudinis veræ diametri ad distantiam centrorum ut 30 ad $\frac{1}{2}$ sive ut 60 ad 1, consequenter diametri veræ ad apparentem ut 30 ad 1. *Maraldus* in Marte sub finem Augusti A. 1719 terræ proximo, cum esset Soli in perihelio oppositus, quod rarissime contingit, per telescopium 34 pedum varias maculas observavit per discum dispersas una cum fascia obscura medium disci perreptante & ad axem revolutionis inclinata. Ad extremitatem orientalem conspiciebatur adhuc alia inclinata: unde motum vertiginis collegit unius diei seu hor. 24 & 40", quantum determinavit *Cassinus* senior. Vidit etiam prope polum meridiāalem maculam lucidam miris mutationibus obnoxiam. Notavit autem, maculas Martis obscuras diverso tempore observatas multas mutationes quoad figuram, situm & magnitudinem subiisse, eumque in finem diversorum annorum observationes inter se comparat, ut adeo constet, magnas mutationes in superficie hujus planetæ non modo circa æquinoctialem, verum etiam circa polos contigisse. Per 4000 annos Terra nostra quoad maria & montium situm non passa est mutationem, quæ observatoribus Jovicolis & Marticolis in oculos incurrere queat, ut adeo mirum videri debeat, cur Mars adeo magnis & subitis mutationibus obnoxius sit, quales etiam alio tempore Astronomi Parisini in Jove notarunt, nisi fossilia figurata istiusmodi mutationes olim quoque in Tellure contigisse loquerentur. Maculæ quoque solares hoc anno fuere frequentes & quæ sub finem anni 1719 d. 21 Dec. apparuit, terram quater excedens magnitudine in limbo Solis occidentali incisuram obscuram efficiebat.

MENSIS NOVEMBRIS A. MDCCXXIV. 107

In *Geographicis* jussu Regis mappam Geographicam universalem confecturus *Delisle* senior multa industria & eruditione inquisivit in situm præcipuorum Terræ locorum, & quomodo eundem determinaverit, quos errores correxerit, prolixè recenser.

In *Mechanicis* proprietates communes declarantur descensus corporum gravium rectilinei in omnibus hypothesibus possibilibus gravitatis constantis vel variabilis secundum potentias quascunque spatiorum, temporum atque celeritatum. *Saurinus*, qui in examinanda arte conficiendi horologia versatus, applicationem penduli ad horologia multis adhuc laborare defectibus docet, nec subsistere posse motum cycloidalem ab *Hugenio* ingeniose excogitatum & Geometris tantopere celebratum. *De Lesson* proponit examen pulveris pyrii super charta carbone candente illa illæsa accendendi tanquam novum inventum: quod Gallis forsitan hæctenus inusitatum, apud nos pervulgatum ab omnibus Autoribus commendatur, qui de Pyrotechnia idiomate *Germanico* scripsere.

È numero Sociorum A. 1720 sublatus est *Philippus de Courcillon*, Marchio de *Dangeau*, natus d. 21 Sept. A. 1638. Pater ejus *Ludovicus de Courcillon*, Marchio de *Dangeau*, castra *Cabutni* sequebatur; sed *Philippus* valde juvenis ad *Pontificia* transit. Ob formæ pulchritudinem & naturales ingenii dotes amabilis erat. A. 1657 & 1658 sub *Turenno* equestris turmæ præfectum egit. Facta pace *Pyrenæa* aliquandiu in *Hispania* res in bello contra *Lusitanos* præclare gessit & spretis lautis, quæ ipsi a Rege *Hispaniarum* offerebantur, conditionibus amore patriæ ductus in Galliam rediit, ubi duabus Reginis ludendi dexterritate sese commendavit, præsertim cum posset Hispanice loqui. Cum nimiam argenti summam ab his lucraretur, *Colberto* autore, cui id displicebat, Rex ipse aliquando attendit ludenti, sed nescio, quod ipse adesset, & fidelitate exacta perspecta in proprii ludi societatem eundem admisit, cum de voluptate sceminae cuidam illustri creanda meditaretur. In Poesi excellere, qua utrique sese commendabat. A. 1665 copiarum regiarum Præfectus constitutus, quam dignitatem sibi Rex hæctenus reservaverat.

rat. Enimvero cum Rex ipse castra sequeretur, præfecti castrorum (quod munus ille in se susceperat) vicarius ejus lateri constanter adhæsit. Cum in historia moderna, genealogia & statum Europæ notitia haud parum profecisset, Rex decreverat, ut Legatus in Sueciam abiret; sed precibus ejus adductus alia negotia eidem demandavit. Missus est aliquoties ad Electorem Palatinum legatus extraordinarius & matrimonium inter Jacobum Ducem *Eboracensem* & Principem *Mutinensem* confecit, hancque in *Angliam* comitatus est, quorsum deinceps jussu Regis etiam altera vice abiit. Ad præclaras dignitates evectus, cum A. 1704 Marchio *Hospitalius* diem extremum obiisset, ob insignem erga bonas literas propensionem in ejus locum susceptus. Obiit d. 9 Sept. A. 1720, ætatis 82.

Additur sub finem historię hujus anni singulare quoddam supplementum, constans literis, quibus continetur historia de Rufforum Monarcha ab Academia Scientiarum in Societatem recepto. Cum Academia Scientiarum Monarcham Parisiis præsentem omni cultu profecuta fuisset, & volumina Historię & Commentariorum mathematico-physicorum eidem obtulisset; *Arskinus* Archiater literis d. 7 Novembr. A. 1717 *Petropoli* datis illius nomine gratias agebat, quod eum in numerum Sociorum recipere voluerint, offerendo tributum nonnisi Socii debitum. *Fontenellius* Secretarius perpetuus nomine Academię reciprocas gratias egit, quod tanti nominis Monarcha permittere dignetur, ut augustum nomen catalogo Sociorum præfigatur, literis d. 27 Decembr. A. 1719 ad ipsam Majestatem exaratis. Rescripsit Monarcha d. 11 Febr. 1721 ad Academiam Regiam, significans, quam gratum sibi acciderit, quod locum in Academia obtulerint; se omnibus viribus eo annisurum, ut scientię & bonę artes in Imperio suo capiant incrementa. Se jussisse, ut Archiater suus *Blumentrostius* Academię significet in posterum, si qua in Imperio suo occurrant attentione ipsorum digna. Misit & mappam geographicam maris *Caspi* jussu suo recens confectam, de qua nonnulla singularia annotavit *Blumentrostius* in literis d. 14 Februarii A. 1721 *Petropoli* scriptis, quę augustas comitabantur. Academię tandem nomine *Fontenellius* literis d. 15 Octobr.

MENSIS NOVEMBRIS A. MDCCXXIV. 509

Octobr. 1721 scriptis Rufforum Monarchæ respondet & instituto scientias ac bonas literas in Imperio suo promovendi applaudit.

OBSERVATIO CONJUNCTIONIS VENERIS & REGULI, die 3 Julii 1724 celebratæ; ex Literis Illustris D. EUSTACHII MANFREDI Bononiæ datis d. 19 Julii 1724.

Obtigit nobis die 3 hujusce Mensis, ut Venerem cum Corde Leonis junctam, clara die, quippe quatuor ante Solis occasum horis, intueremur. Utrumque sidus post meridiem 3^b 43, & eodem secundo temporis scrupulo ad circulum horarium adventabat, ac propterea eadem erat utriusque Ascensio recta. Venus tunc temporis Septentrionalior nonnihil Regulo apparebat, quanto tamen circuli arcu, dicere non ausim, hoc enim ipsum dimetiri per nubes non licuit, quæ statim cælum obvolvabant. Hoc unum scio, distantiam Reguli a propiore limbo Veneris una Veneris diametro minorem extitisse. Observationes aliæ per illos dies sub vesperam a nobis habitæ in idem conspirant, ut Venerem Regulo juxta Ascensionem rectam conjunctam ostendant circa horam a meridie 3. 47 (quod parum ab immediata illa observatione abludit) ac Venerem minus uno minuto borealiorem ad idem tempus efficiant.

OBSERVATIONES CIRCA EANDEM Conjunctionem ex literis Rev. P. NICASII GRAMMATICI S. J. Ingolstadii d. 6 Jul. 1724.

Bononiensis Instituti Socji invitarunt me sub finem Junii ad observandum arctam Veneris cum Corde Leonis synodum d. 3 Julii celebratam, sed ego quidem omni meo conatu & sudore haud exiguo utpote tempestate calidissima operam perdidici, ob altitudinem syderum non procul a Meridiano & tempore distantium & identidem intercurrentes nubes. Tubi enim optici minores etiam 12 pedum stellam fixam non exhibebant, majores vero 18 & 22 pedum tam firmo pede non insistebant, ut iis Planetam invenire possem præsertim cum ventus validior ut pluri-

num eos succuteret. Spero tamen Parisinis & Bononiensibus Astronomis utpote ejusmodi organis probe instructis non invifum abiiffe rarum id phaenomenon. Ego contentus effe debui aliquot obfervatis pridie ejus diei & fub iagruante nocte poft & institutis, quae ita fe habent:

Obfervationes Venæ & Reguli Leonis die 2 & 3 Julii

A. 1724 Ingoftadsi habita.

- H. ' ' ' Die 2 Julii p. m.
9. 38 0 Micrometro dimenfa ♀ & * centrorum diftantia erat 35' 50" tubo 6 ped.
9. 40, 36 ♀ incedens per Æquatoris parallelum tranfit filum horarium Teleftopio infertum.
9. 41, 44 * Ω is ad filum obliquum delata eft, quod 45° angulum cum horario conftituit.
9. 42, 55 * ad horarium, quem ante Venus subierat.
0. 2, 19 differentia Ascenf. rect. in tempore & in Minut. Æquatoris 34' 45"
0. 1, 11 differentia declinat. * & ♀ in tempore, in partibus æquatoris, habita ratione diftantiae * ab æquatore 17. 17 ♀ borealiore.
9. 46, 9 Venus ad horarium.
9. 47, 16 * ad filum primum obliquum.
9. 48, 27 * ad horarium.
9. 49, 38 * ad obliquum alterum.
0. 2, 18 different. ascenf. rect. = 34' 40"
0. 1, 11 declinat. different. = 17. 17 ♀ boreal.
- Die 3 Julii p. m.
8. 3. 0 diftantia centrorum ♀ & * micrometro dimenfa erat 9. 14' minus accurate.
8. 33, 0 eadem diftantia 8. 23' minus accurate.
8. 35, 5 * ad filum obliquum primum.
8. 35, 16 * ad horarium.
8. 35, 27 * ad filum fecundum obliquum.
8. 35, 53 Venus ad eundem horarium.
0. 0, 37 differentia Ascenf. rect. = 9' 15"
0. 0, 11 differentia declinat. = 2. 40 Ven. australiore.

H. ' ' '

MENSIS NOVEMBRIS A. MDCCXXIV. § II

H. 1. "

- 8. 39, 26 $\frac{1}{2}$ * ad obliquum primum.
- 8. 39, 38 * ad horarium.
- 8. 39, 49 $\frac{1}{2}$ * ad obliquum secundum.
- 8. 40, 16 Venus ad horarium.
- o. 0, 38 differ. ascens. rect. = 9. 30°
- o. 0, 11 $\frac{1}{2}$ differ. declinat. = 2. 46.
- 8. 45, 27 * ad primum obliquum.
- 8. 45, 39 * ad horarium.
- 8. 45, 52 * ad secundum obliquum.
- 8. 46, 0 dist. antror. ♀ & * micrometro dimensa erat 9. 2 $\frac{1}{2}$ accurate.
- 8. 46, 18 ♀ ad horarium.
- o. 0, 39 different. Ascens. rect. 9. 45°
- o. 0, 12 $\frac{1}{2}$ different. declinat 2. 58.
- 8. 56, 26 * ad primum obliquum.
- 8. 56, 40 * ad horarium.
- 8. 56, 54 * ad secundum obliqu.
- 8. 57, 20 ♀ ad horarium.
- o. 0, 40 differ. ascens. rect = 10. 0°
- o. 0, 14 differ. declinat. = 3. 24.

Comparatis hisce ascensionum rectarum differentiis die 2 & 3 observatis, motum horarium Ascens. rect. ♀ obtinui 1. 55", hinc ex 1 observatione die 3 colligitur δ veræ ♀ & * momentum H. 3. 45. 53, ex 2 H. 3. 43. 16 ex 3 H. 3. 42. 18, ex 4 H. 3. 44. 0, quæ ultima erit inter reliquas media.

Facta autem collatione distantiarum micrometro dimensarum, motus hor. ♀ medius erat 1. 57 $\frac{1}{2}$, quare δ per observationem h. 8. 46, quam reliquis accuratiorem censebam, erui H. 3. 46. 0.

Minimam centrorum in δ proxima distantiam ex differentiis declinationum utcnque determinavi, motum enim horarium declinationis medium inter maximum & minimum definivi 53' & inde ex 1 observatione die 3 pro mom. σ H. 3. 44. 0 obtinui minimam centrorum distantiam. 1. 38' ♀ boreal. ex 2. 1. 35' ♀ borealiore. ex 3. 1. 29' ♀ boreal. ex 4. 1. 12' ♀ bor. quare assumendo mediam ea minima distantia erit 1. 24.

AQUÆ

AQUÆ FRIGIDÆ VINDIGATIO, SEU

*Aquæ Frigidæ vires ad omnes morbos recta lance re-
brata; Autore D. JACOBO TODARO, Panor-
mitano, Presbytero, Medico-Physico, Theologo &
Magne Confortatis S. Marie a Raccom-
mandata Capellano electo.*

Panormi, typis Gasparis Bayona, 1722, 4.
Plag. 12.

EDitus est ante hos tres annos Panormi ex Typographia Fra-
cisci Amati liber, cujus titulus: *Hydrostatica Medica, seu
Aqua frigida vires in morboſis affectibus proſtigandis medico-
ſtaticè ponderata*; a nobis vero nondum viſus; in quo Autor
Aquæ frigidæ vires enarrat, quibusque morbis oppugnandis con-
ferat, ſedulo inſtigat, inſimul tamen illos etiam recenſet affe-
ctus, in quibus procul abeſſe jubet ejus uſum. Id male ferens
Clar. Todarus, degenerem hanc lancem perfecto in æquilibrio
firmare, & arcanam Aquæ frigidæ virtutem, etiam in morbis,
in quibus hujus Hydroſtaticæ ſcriptor eam relegat, & rationibus
explanare, & firmis experimentis comprobare hoc in Tractatu
in ſe ſuſcepit. Negat igitur Clar. Todarus, contra Autorem Hy-
droſtaticæ, frigus conſiſtere in impedito partium rapido & ex-
panſivo motu, quia in plantis aut extremis corporis partibus fi-
ſura hyemali tempore a frigore productæ conſpiciuntur, ſiqui-
dem ſanguineis valculis a frigore corruptis & ab influente ſpiri-
tu impulſis vaſa tum rumpuntur; hinc falſum eſſe, frigus & ca-
lorem contrarios obtinere effectus, inde probat, quod nimia
rarefactio, calidiſſima alimenta, motus immodicus, repetitus
coitus, nimiz vigiliz corpus refrigerent; frigus e contra hyema-
li tempore calorem in interioribus terræ viſceribus retineat, &
foveat; hinc mirum non eſſe dicit, nive ejusque frigore in ex-
tremis corporis partibus perſiſtente, & aqua frigida in internas
agente, calorem cohibitum majori impetu & exploſione agere,
ſicque viſcida, lenta, vitrea, craſſa omnia vincere, ſuperare, atte-
nuare & expellere. Admittit quidem adverſarius aquæ frigidæ
uſum

MENSIS NOVEMBRIS A. MDCCXXIV. 513

usum in morbis a fluidorum diathesi salino-sulphurea, & volatili pendentibus, rejicit vero eundem, si fluida aqueis, terreis, acido-fixis & sulphureo-crassis sint referta, e. g. in convulsionibus, & aliis nervorum affectibus, in febribus, si ad ardentis indolem non accedant, in hectica confirmata, inflammationibus, hydrope, scirrho, aliisque obstructionibus, in affectibus hysteriis, hypochondriacis, scorbuticis, lue venerea, ictero flavo a bile viscida & amurcosa orto, in nephritide & ulceribus. Præterquam autem quod ipse Adversarius concedat, posse tetanum ad Hippocratis exemplum frigidaë superfusione curari, quia hoc modo spirituosæ particulæ ad interiora revocatæ ac in unum collectæ majorem vim, morbi causam in musculis hærentem discutiendi, nanciscuntur, tantum abest, ut Clar. Todarusejus sententiæ subscribat, ut audacter potius asseveret, si ve diathesis fluidorum salino-sulphurea & volatilis, si ve contraria peccet, ubique aquæ frigidaë expertum remedium tutissime adhiberi posse, imprimis si hæc nivis stimulo nitroso acuatur. In usum vero cedit illa, vel quando viscidum attenuandum, vel salia furentia emendanda, ac calor & spiritus fovendi sunt. In priore casu frigida externe applicantur, ut solida per irritationem ad motus expansivos revocentur, ac viscida humectata & emollita resuscitato calore resolvantur; in posteriore vero interne propinantur, ut salia diluta & soluta eliminentur & flammula vitalis iners foveatur. In specie quod Convulsionem attinet, sequens est de illa Clar. Todari sententia: Convulsio cum juxta Veteres vel ab inanitione, vel a repletionem oriatur, de priori specie, in qua siccitas nervorum notatur, dubium nullum est, quin frigidi usus ad humectandum & salia acria refrænanda apprime conveniat; nec in posteriori, in qua crassus humor aliqualem habens acrimoniam peccat, frigida exulare debent. Licet enim pituitosi & crassi humores calore indigere dicantur, mediante quo liquefiant & attenuentur, hoc tamen assertum in humoribus alimentalibus emendandis tantum locum habet, nequiquam ad crudos, vitreos, & ad nutritionem ineptos extendendum, utpote qui a remediis calidis in topfos & scirrhos convertuntur. Imo nec calidum regimen in alimentalibus humoribus crassis subigendis

semper stat promissis; siquidem debilibus existentibus nervis calida humores digerere nesciunt; cum vicissim frigidam efficiat (licet per accidens) motum, motus calorem, calor spiritus, spiritus autem concedant vitam. Quod si autem Convulsionem ex Recantationum hypothese in sola irritatione nervorum consistere, defendere quis velit, is certe fatebitur, frigidam equam ad acres illos humores irritantes, siue crassi sint, siue tenues, diluendos, corrigendos, attenuandos suam tribuere symbolam. Atque eadem ratione fufius deducit Autor, quomodo aqua frigida in lumbricorum, apoplexiæ, aliorumque frigidorum capitis affectuum, hecticæ, ventriculi debilitatis, dysentericæ, diarrhoeæ, ulcerum, luis venereæ, hydropis, febrium, arthritidis, rheumatismi, aliorumque dolorum, & calculi curationibus adornandis optatum edat effectum, suumque assertum variis tam a Veteribus quam Recentioribus petitis documentis probat. Addidit denique in calce libri observationes recentiores, numero 20, quibus variolas, apoplexiam, cachexiam, æteticam cum hecticæ vel hydropis metu, febrem malignam, cephalalgiam inveteratam, diarrhoeam, dysenteriam, maximum hypochondriacum, ventriculi debilitatem, febrem lentam, contusionem, scrotum putrefactum, sterilitatem, temporum pedis dolorosum, vertiginem, asthma, melancholiam æque frigida curatam, & gravidam abortum non solum præcavisse, sed & cum parere non potuisset, partum promovisse, frigida epota de nive in manibus detenta, testatur. In hoc equidem Tractatu Autor clarissimus non explicat, in quo genuina consistat aquam frigidam & nivem adhibendi methodus, suppeditatum tamen eandem se fore in scripto publico, pollicetur, ad quod opus expediendum, ut si vires & vitam concedat Deus, ex animo precamur.

JO. ALBERTI FABRICII S. THEOL. D. ET
Prof. Publ. Bibliothecæ Græcæ Volumem XII. accedunt
præter alia medicæ THEOPHILI Protespa-
tarii Libri V. de Hominis Fabrica,

Gr. & Lat. Ham-

MENSIS NOVEMBRIS A. MDCCXXIV. 717

Hamburgi, sumtu Theodori Christophori Felgineri, 1714. 4.

Alph. 5.

CUm in Capite III Libri VI, seu Voluminis antecedentis XI, omitti quaedam ob nimiam Typographi festinationem debuerint, ea primo nunc loco in hoc Tomo comparent. Nimirum cum de collectionibus Conciliorum in illo egisset, hic & Indices Geographicum Episcopatum Orbis Christiani, tum aliorum, quorum in Conciliis mentio, & locorum, in quibus Concilia habita sunt, e Carolo a S. Paulo, L. Hollsenio, Aub. Mira, Commanvillio, Labbeo & Harduino collectum; & G. IV. Mantissam exhibet de recentibus Historiæ Ecclesiasticæ, primo V. T. inde N. T. Scriptoribus, in qua imprimis sollicite agit de Baronio ejusque censoribus. Hinc sequitur hic Libri VI Caput V. Paralipomena quaedam ad libros superiores continens, quæ exhibentur primo Indices Scriptorum in Plutarchi Operibus genuinis & dubiis, Grammaticis item Græcis, qui ex officina Aldi Manui sub titulo Thesauri, Cornu Copiz, prodire, Luciani Operibus, & scholiis ineditis ad primos XVI libros Iliados Homeri, quæ in Bibliotheca Academiæ nostræ Paulina in veteri membrana, & luculenter inde a Steph. Berglero descripta in Bibl. J. B. Menckenii, qui & Indicem hunc Nostro communicavit, extant, citatorum, tum Eusebii Renaudoti de Barbaricis Aristotelis librorum versionibus Disquisitione, nondum, quod constet, edita, quamvis jam pridem ad nostram transmissa; cui addita quaedam inedita, Dialogi nempe Græci, quem Noster servat *ἀντιόχου*, cujusdam Astrologi Christiani de Astrologia summa capita; loca quaedam ex Olympiodori Commentariis Græco inedito, quem pariter servat, in Platonis Phædonem, quæ e Plutarchi Introductione de anima, hætenus desperdita, excerpta esse sibi persuadet Cl. Fabricius; inprimi Dialogi *Πλάτωνα* de nobilitate, quem, hiulcum licet & minus emendatum, in Hafnienſi Bibliotheca nuper inventum, Cl. Mosheimius cum S. R. Wolfii communicavit, qui librum, qua licet, integrum cum versione Latina proxime Tomo IV Anædotorum Græcorum inferet; Index Seripturæ CCXVII, quibus magna Catechesis Theodori Studitz, de quo Noster Volumine IX p. 234

egerat, abfolvebatur; excerpta ex *Mafchopulo* in *Agapetum*, cujus Codex MS. in Bibliotheca Marciana Florentis exstat, a Frid. *Lindenbruch*, alias *Tillibroga*, defcripta; Vinc. *Marinerii* & Petri *Paolini* ad Jo. Meurfium Epiftolæ ineditæ, quibus imprimis multa continentur de Codd. quibusdam Græcis MS. & Catalogus librorum MS. Græcorum Petri *Paolini*. Succedit *Cap. VI* de *Jotis* & *Juris Græco-Romani Legibus* & *Scriptoribus*. Hic primum locum occupat Index *Jctorum veterum, Pandectis Florentinis* a *Taurello* & *Corpori Juris Civ.* a *Simone van Leentven* præmiſſus, cum eorundem Indice Alphabeticò; quem fequuntur *Jcti* alii in *Pandectis* vel *Institutionibus* citati; quive ante *Justinianum* vixere; *Codices* & *Impp. Leges* ante *Justinianum*; *Jcti*, quibus *Justinianus* ad jus condendum uſus; & ipſa *Ant. Contii* *Chronologia Annorum* & *Conſulum*, ac *Indictionum Imperii Justiniani*. Agit deinde *Cl. Autor* de *libris Institutionum* a *Theophilo* Græce verſis, de *Digeſtorum Libris L* & editionibus variis *Corporis Juris*, *Codice repetitæ Prælectionis*, *Novellis*, earumque editionibus & interpretationibus, *Conſtitutionibus Imperatorum*, *Basilicis* & illorum ſynopſi, *Conſtantini Harmenopuli Promptuario*, cujus hic integram *Præfationem* cum *Indiculo* dedit, ſubjuncto etiam *Indice copioſo Jctorum, virorum celebrium & Hæreticorum*, quorum in *Basilicis* mentio. Infecta hic *Joh. Maria Swarſi* *Notitia Basilicorum* integra, brevis nec ubivis obvia: qua occasione etiam *Epiftola Græca* de obitu *Nicolai Hagiotheodoreti*, cujus ille meminit, ab *Amico* ejus exarata; & a *S. R. Wolfio* e *Codice Bodlejano* defcripta, communicatur. Interjectis inde, quæ de *Edmundi Bonefidii Jur. Or. Libris III.* & *Jo. Leunclavii Jure Græco-Romano*, a *M. Frehero* locupletato, obſervata habet, indicem in eundem *Leunclavii* librum a ſe compoſitum, *Deſtineti Grammatici*, de quo dixerat *Tomo VII, ſententiæ & Epiftolas D. Adriani Gr. & Lat.* cum integris *Goldaſſi* notis, & *Thoma Diplomatæ*, qui vergente *Seculo XV* vixit, *Vitam Bartoli Jcti* ſiſtit, & de ineditis quibusdam *Theodori Hermopolitæ*, *Datiſnebis* & *Euthathii*, *Jctorum*, ſcriptis differit. In *Capite VII*, quod de *Paulo Ægineta*, *Alexandro Tralliano* & alijs *Medicis Græcis*

inſcri-

MENSIS NOVEMBRIS A. MDCCXXIV. 517

inscriptum est, Catalogum præmittit Medicorum, de quibus jam antea egerat, & ex Henr. Stephani Medicæ artis principibus Græcos producens, ordine deinde agit de Paulo Ægineta, cujus & Indicem exhibet, Diocle Carystio, cujus integram inserit Epistolam ad Antigonum Regem, Alexandro Tralliano, cujus pariter Epistolam de Lumbricis sistit, de Sexto quodam Medico, qua occasione de Sextis agens, Disputationes Antisepticas, quæ absurde quidem Sexto Empirico tribuuntur, exhibet, de Johanne porro Actuario, Orobasio, Philareto, Theophilo Protospathario, ubi, de Theophilis facta mentione, imprimis Theophilo Episcopo Alexandriæ, Christophori Patriarchæ Alex. synchrono, occasionem nactus est Autor, Christophori hujus Parænesia in usum animarum inferendi, de Sorano Ephesio, cujus Vita Hippocratis hic pariter legitur, Nono, Joanne Alexandrino, Critone, Rhazeo, Stephano Atheniensi, Moschione, Gynæciorum scriptoribus, Chirurgicis item & Chemicis veteribus, quos e libro *Turba Philosophorum* inscripto, ut & e Theatro Chémico Mangeti, per indicem recenset; denique caput hoc succincta recensione scriptorum, qui in historia Medicorum illustranda ad hanc usque ætatem elaborarunt, claudit. Postremo *Cap. VIII* de Medicis Græcis ineditis tractans, corpus Chemicorum Græcorum MS. in variis Bibliothecis exstans, memorat, & speciatim Thomæ Reinesii judicium de Codice Gothano producit, additis quibusdam de scriptoribus de urinis, de balneis &c. quibus ultimo loco adduntur *Theophili Protospathari* de Fabrica corporis humani Libri V Gr. & Lat. quo in opere cum membrorum hominis formatio ad Conditoris optimi gloriam referatur, isque adeo & Patribus in pretio fuerit, & Elias Vejelius editionem ejus novam paraverit, quam A. 1706 morte præventus absolvere non potuit, dignum utique Noster putavit, quod in hoc Volumine recuderet. Restat jam operis elegantissimi Tomus ultimus, seu Libri VI Capita IX, X, XI & XII, in quibus de Medicis antiquis deperditis, collectionibus item Veterum scriptorum Græcorum & Scriptoribus Græcis supposititiis agatur; emendanda quoque & omissa & Index triplex, Chronologicus, Nominum & rerum accedent.

Tandem Erudito Orbī diu & anxie desiderati Glossarii Schilteriani, cum aliis linguae Theodiscae monumentis, videndi spes certa affulget, postquam solertissimus Ulmensium Typographus, Daniel Bartholomaei, prolixo Programme, quod hic repetere non licet, eruditos ad subscriptionem operis invitavit, cujus hic erit titulus: *JOANNIS SCHILTERI, Jcti Argentinenfis famigeratissimi, Thesaurus Antiquitatum Teutonicarum, ecclesiasticarum, civilium, litterariorum: exhibens scriptores Ecclesiasticos, Otfridum, Notheram, Wileranum; alios, veteri idiomate Francico & Alemannico, una cum Versione Latina Notisque: Monumenta item Veterum Germanorum Civilia: Legem Salicam, Poemata varia, tum Jus Alemannicum Provinciale &c. denique Glossarium ad Scriptores Linguae Francicae & Alemannicae, item Gothicae, Longobardicae, & Anglo-Saxonicae veteris. Ex vetustissimis monumentis, tum editis, tum Manuscriptis, ad res divinas pariter & humanas pertinentibus, incredibili labore summoque studio (recensitis una, aut explanatis Legibus, Moribus & Antiquitatibus Teutonicis) concinnatum, Tomis tribus Opus diu desideratum ex Autographo B. Autoris integrum publico commodo cum cura dabit JOANNES CHRISTIANUS SIMON, Argentorat. Jctus liberaeque Civitatis Imperialis Campodunensis Syndicus. Quodnam Editoris institutum sit, lubet ipsius verbis hic describere.*

I. Ante omnia id curae sibi sumet, ut ad accuratam totius operis editionem, seu chartae munditiam spectes, seu typorum elegantiam ac nitorem, seu, quod caput rei est, studium, emendatissimae correctionis typorum, nulli sumptui, nulli vigiliae parcat. Eaque propter, cum duplicis apud nos chartae genus sit, unum glutinē non armatum, quod *chartam impressoriam* vulgo dicimus, *ungeleines Druck-Papier*: alterum vero munitum glutinē, *Scriptorium, Schreibe-Papier*: de utroque genere, ut praecipuus per Opus totum nitor appareat, & mundities decens, abunde praestabit. Porro, de typis ita prospiciet, ut variae quaequam species, modi varii eorundem operosa industria cudendi requirantur, nobilitatem tamen omnes ab artibus praetaris fusa, tum decorem & harmoniam, quae inter varias typorum juxta se positorum formas requiritur, decenti ele-

MENSIS NOVEMBRIS A. MDCCXXIV. 519

gantia facile tueantur. Correctionis demique laborem hic, si uspiam a tibi, necessarium Viro summe industriae & oculatissimo demandabit: iam vel prece ac pretio talem non unam, ut in se suscipiat correctoris manus, exorabit.

II. Atque ita aggredietur bono cum Deo Thesaurum hinc tribus Voluminibus: plagulis, quantum per supputationem diligentem colligit, fere 700 constitutum. Tempus seu potius intervallum temporis neque nimis in longum protrahet, nec nimis breve tamen sumet, ne canis festinans caecos pariat caeculos, ipseque magno vapus promissor hiatu fiat, quod in opere tali ac tam difficili magno operis ipsius, tum suo pariter, ac emptorum malo fieri omnino noilet.

III. Ergo suos ita limites, propositio Deo, ponit, ut semestri abhinc ordiatur opus arduum; & cura vigili instet, quo Tomus Primus, quo giacem franget, & sensim labori adsuescet typographus, intra anni spatium, i. e. nundinis Paschalibus anni 1726 certo emptoribus sistatur, atque tradatur subscripturis: Secundum deinde Volumen anni ejusdem 1726 nundinis autumnalibus sequatur: Tertium denique Paschali rursus mercatu anni 1727 absolvatur. Omnia quidem isthuc Deo, quem humillime invocat, annuente. Ceterum uti sumptibus ad opus grande haud sane exiguis opus est; ita pretium Thesauri integri, post subductos calculos, offert, praeenumerantibus chartae quidem communioris *von Druck-Papier* 15 fl. aut praestantioris scriptoriae *von Schreibe-Papier* 18 fl. Venditurus posthac non subscribentibus pretio non infra 21 fl. & pro scriptoria charta 24 fl. Terminos autem solutionis a subscripturis pacto non iniquo hoc ordine petere sese consilii: ut primam pretii tridentem scil. 5 fl. vel 6 fl. intra proximum semestrem, i. e. usque ad Paschales nundinas anni instantis proximi 1725 solvant; alteram anno post, cum nimirum ac eperint Tomum Operis Primum Pasch. Nund. A. 1726; tertiam Autumno ejusdem anni, quo Tomus Secundus tradetur: ea vicissim lege atque conditione, ut postremus, i. e. Tertius Opera totius Tomus & quidquid ad ejus colophonem pertinet, post Pascha A. 1727 sine omni tergiversatione certo certius tradatur.

IV. Accipient autem, uti porro fidem praestat decentem, exempla, qui terminis modo indicatis rite solverint, quisque sua, vel hic Ulmae, vel Francofurti, vel Lipsiae, prout visum cuique fuerit, prompte sine ullo impendio ampliori.


V. Denique ne neficiatur, ubi subscriptiones faciendae, aut solutio a subscripturis praestanda sit; monemus brevissimis, vel hic Ulmae D. Bartholomaeo, cujus sumptibus Opus prodibit, fieri posse, & nundinarum tempore Francofurti & Lipsiae in taberna, quam ibi fixit: vel alibi locis infra per tabellam enumeratis.

Nimi-


Nimirum recipientur ad subscriptionem, quicumque volent. Francofurti apud *Andream & Horst*, *Danielem Friedericum Knuchium & Jo. Frid. Fleischerum*. Lipsiæ apud *Thomam Fritschium*, *B. Job. Frid. Gleditschii Filium*, *Frid. Lanckisii B. Hæredes*, & *Mauritium Georgium Weidmannum*, aut etiam aliis in urbibus apud amicos: nimirum Amstelodami apud *Fratres Wetstenios*, ut & *Honoré & Chatelain*. Argentorati apud *Job. Reinb. Dullseckerum*. Augustæ Vind. apud *B. Paul. Kützii Viduam*, It. Dav. *Raymund Mertz & Job. Jac. Mayerum*. Basileæ apud *Job. Jac. Bischoff, J. L. Brandmullerum & fratres Thurneisen*. Berolini apud *Job. Andream Rüdiger*. Bernæ apud *Hallerum & Consortes*. Brunsvigæ apud *Ludolphum Schræderum*. Colonix Agrippinæ apud *Job. Wilhelmum Metternich & Franciscum Metternich*. Dantisci apud *Waesbergi B. Viduam & Filios*. Dresdæ apud *Winckleri B. Viduam, Zimmermannum & Gerlachium*. Francofurti ad Viadrum apud *Job. Godofredum Conradi*. Genevæ apud *Fratres de Tournes*. Guelfherbyti apud *Job. Christ. Meisnerum*. Halæ Magdeb. apud *Eblers in Bibliopolio Orphanotrophii*, & *Job. Godofredi Rengeri B. Viduam*. Hannoveræ apud *Job. Nicolaum Færsterum*. Hamburgi apud *Theodorum Christ. Felginer, Job. Wolfgangum Fickweiler, & Job. Christ. Kissnerum*. Hafniæ apud *Job. Christ. Rothium*. Holmiæ apud *Maurit. Georg. Weidmanni bibliopolium*. Jenæ apud *Job. Felicem Bielke*. Regiomonte apud *Christ. Gottlieb. Eckardum*. Lemgovix apud *Fratres Meyeros*. Noribergæ apud *Wilhelm. Mauris. Endteri B. Hæredes, Job. Georg. Lochnerum, Petrum Conrad Monath, & Job. Steinium*. Pragæ apud *Job. Pcalum Lochnerum & Johannem Frid. Rüdigerum*. Ratisbonæ apud *Job. Conradum Peetz*. Schaphusæ apud *Onophr. Seillerum*. Stutgardix apud *Metzlerum & Erhardum*. Tubingæ apud *Job. Georg. Cottam & Theod. Metzlerum*. Tiguri apud *Boadmerum & Consortes*. Viennæ apud *Job. Martinum Eßlingerum*. Wittebergæ apud *Job. Godofr. Zimmermanni B. Viduam*. Wratislavix apud *Mich. Hubertum*.

Cum in officinis publicis Collectiones Scriptorum rerum Germanicarum *Jo. Pistorii & Justi Reuberi* jam pridem fuerint desideratæ, utilem operam suscipere Duumviri Clarissimi, *Burchardus Gottbelf Struvius & Georgius Christianus Joannes*, quorum ille Pistorianam Collectionem, ad Codices revisam & uberrimis notis instructam, Ratisbonæ apud *Jo. Conr. Peetz*, hic Reuberianam Francofurti ad Mœnum apud *Jo. Max. a Sande*, denuo nupertypis subjecit.

Prodiit nuper Supplem. Tomi VIII Sect. XI, quam proxime sequetur Sectio XII cum Indice.



MICROCOPY RESOLUTION TEST CHART
 NATIONAL BUREAU OF STANDARDS-1963-A



1:24

ACTA ERUDITORUM
LEIPZIG 1724

DER MICROFICHE-REPRODUKTION LIEGT
DAS ORIGINAL DER STADTBIBLIOTHEK
BRAUNSCHWEIG ZUGRUNDE

SIGNATUR: M 612 w 4⁰

N. XII. F 21
ACTA
ERUDITORUM,

publicata Lipsia

Calendis Decembris Anno MDCCXXIV.

SS. PATRUM, QVI TEMPORIBUS APO-
stolorum floruerunt, BARNABÆ, CLEMENTIS,
HERMÆ, IGNATII, POLYCARPI, Opera
vera & supposititia, una cum Clementis, Ignatii, Poly-
carpi Actis & Martyriis. J. B. COTELERIUS,
Soc. Sorbon. Theologus, ex MSS. codicibus eruit, ac
correxerit, versionibus & notis illustravit. Accesserunt
in hac nova editione Notæ integræ aliorum Virorum do-
ctorum, qui in singulos Patres memoratos scripserunt, &
quorum nomina in præfat. habentur, it. GUIL. BE-
VEREGII Codex Cav. Primit. Ecclesiæ vindicatus,
JAC. USSERII Dissertationes Ignatiana & JOH.
PEARSONII Vindiciæ Epist. S. Ignatii, atque alia,
de quibus in Præfatione. Recensuit & Notulas aliquot
suas & aliorum adpersit J. O. CLERICUS.

Editio altera auctior & emendatior.

Tomi II.

Amstelodami, apud R. & G. Wetstenios, 1724, ch. aug.
Alph. 17 pl. 4.

Prima Patrum Apostolicorum editio, a *Cel. Clerico Ant-*
werpia 1698 in lucem edita, recensita legitur in his
Actis A. 1699 p. 1 seqq. Novæ vero hujus editionis momen-
ta ipse Cel. Editor recensuit in Diario suo Bibliothecæ Ancienne
& Moderne, Tom. XXI p. 238-341 & cum aliis memoria dignis, p. 239 sqq.
de Epistolis Guil. Laudi, Vossii & Baluzii, quas Volumini priori

U u u

præ

- p. 244 sqq. præmisit, de Autore Epistolæ Barnabæ, quem e stylo, qui Judæi idiotæ Græce loquentis esse videtur, aliisque argumentis colligit Judæum fuisse, de Autore Clementinarum, quem & olim
- 247 sqq. (vid. *Act. l. c. p. 5*) & nunc *Ebionitam* fuisse probat, item de *Beveregii*, *Davisi*, *Brunonis*, laboribus in hos Patres, aliisque agit, & de reliquis Tomo XXII se porro acturum esse, promittit. Nostrum tantum erit, nitidissimæ editionis contenta in tabella quasi depingere. Inscrisit Cel. Editor opus *Archi-Episcopo Cantuariensi*, eique gratias agit pro *collationibus MSS. in Barnabam & Constit. Apostolorum*; in *præfatione* autem conspectum totius operis sùlit. Continentur vero Volumine priori,
- I *Epistola Barnabæ*, cum Notis *Menandri*, *Vossii*, *Cotelerii*, *Anon. Oxoniensis*, *Jo. Davisi* & ipsius *Clerici*, quæ & textui Græco-Lat. & versioni Latinæ, deinde sequenti, lucem affundunt. II *Herma Pastor*, cum notis Var. & fragmentis Græcis, quæ e *Cel. J. A. Fabricii N. T. Apocr.* augentur. III *Clementis Rom.* Epistola utraque Gr. Lat. cum Notis *Junii*, *Felli*, *Colomesii*, *Cotelerii*, *Clerici*, & *Eduardi Bernardi*, quem, sub B. latentem, jam demum detexit Clericus. IV *Constitutiones Apostolorum*, cum *variantibus lectionibus e duplici MS. Vindobonensi* nunc primum exhibitis, & Notis *Cotelerii*, *Beveregii*, *Clerici*. V *Recognitiones Clem.* cum Notis *Cotelerii*. VI *Clementina* Gr. Lat. cum emendationibus *Davisi* & *Clerici*. VII *Epitome Clem.* Gr. Lat. cum Notis *Cotelerii*, *Davisi*, *Clerici*. Tandem VIII volumen primum absolvunt *Martyrium Clementis & Ephraimi Archi-Episc. Cherson.* relatio de miraculo Clem. insignia illa audaciæ Græcolorum in fingendis Historiis exempla, ipso *Clerico* judice. *Volumen* autem *posterius* exhibet I *Epistolas Ignatii*, cum Notis *Cotelerii*, *Usserii*, *Vossii*: neglexit siquidem Cel. Clericus *Vedelii* aliorumque obscuriorum Theologorum, sed & ipsius *Pearsonii* Notas, testaturque, se *Epist. Ignatii ad Romanos*, & a se versum *Martyrium*, e *Codice Colbertino* edidisse, cum Notis uberioribus. Non tamen id immediate a *Cl. Clerico* factum, patet, quia *Theod. Ruinarti* exemplar tantum emendavit, versionem reflexit, & Notas addidit, quibus jam aliquid emendat, uti cum *notis* rejicit, & *væcis* restituit,
- quod

quod Ionica hic occurrere, sit improbable; jam aliquid explanat, ut e. c. significatum *Φιλοτιμίας* &c. *Martyrium* hoc, ut credunt, *sincerum*, excipit II *interpolatum Gr. Lat.* ut & prius Ignatii *Martyrium* e duplici versione Latina, cum Notis & præf. *Ufferii*. Comparant III tres *Epistole Tiberiani, Plinii & Trajani* de Christianis, cum animadversionibus *Ufferii*: quibus nostrates forte *B. Kortboltsi Comrn.* jungerent. Deinceps IV locum occupant *Polycarpi*, tum *Epistola Gr. Lat.* cum Notis *Cotelerii, Ufferii, Junii*, tum *Epist. verso Latina & Martyrium Gr. Lat.* cum Notis *Cotelerii & Ufferii*. Et sic Patrum scriptis *Index triplex*, locorum S. Scripturæ, rerum, & vocum Græcarum subnectitur. *Altera tandem Vol. II pars* sequitur, in qua reperiuntur sequentia: I *Guil. Beveregii Codex Canonum Primitivæ Ecclesiæ vindicatus*, in quo adversus *Dalleum* evincere studet, Canones Apostolorum *Seculo* demum III ex antiquis Synodis collectos esse. II *Thomæ Brunonis iudicium* (e MSS. licet imperfectum, editum) de Autore Canonum & Constitutionum Apostolorum, qui a Successoribus Apostolorum Canones illos constitutos, & initio *Canones Apostolicos*, deinde vero, lapsu Librariorum, *Apostolorum Canones* dictos esse opinatur, & in expositione Can. XVII definit. Succedunt huic III *Ufferii dissertationes de Ignatii Epistolis*: & IV *Joh. Pearsonii Vindicta Ignatiana*, ut & V *Notæ Bourtoni, Boysii, Clerici, Davissii* in *Clementis Rom. Epistolas*. Agmen tandem VI claudunt *duæ dissertationes Cel. Clerici* adversus *Whistonum*, altera de *Constitutionibus Apostolorum*, de *Ignatii Epistolis* altera. Nolle- mus tamen dicta, quæ, hac occasione, in *alloquio ad lectorem, Cel. Clericus de tribus Diis consubstantialibus* dixit, qui, *Cel. Viro* errorem vel bona vel mala fide commissum objici posse, facile agnoscimus. Ceterum *Dissertatio prior* evincit, *Constitutiones Apost.* haud esse Apostolorum, sed Autoris alicujus Ariani opus. *Posterior* vero doctissime excutit, *an Epistola Ignatii longiores*, quas interpolatas dicimus, *an breviores*, hactenus tales habitæ, *sint genuinae*? Et has quidem sinceræ, illas contra ab *Arianis* interpolatas esse, refutatis *Whistoni* lemmatibus,

p. 160.

171 sqq.

187 sqq.

207 sqq.

177 sqq.

185

199 sqq.

252 sqq.

465 sqq.

493 sqq.

492.

501 sqq.

optime p̄pugnāt, ac Indice secundæ Vol. II partis operi eorū-
nidem imponit.

MEMOIRES ET NEGOCIATIONS

secrettes &c.

h. e.

COMMENTARII DE REBUS IN EURO-
pa gestis ob successionem Hispanicam, Autore
DE LA TORRE.

Tomus III.

Hagæ, apud Viduam Adriani Moetjens, 1724, 8.

Pl. 22.

STrenue pertexit Cl. Autor, quam non ita pridem cœpit, hi-
storiam. Postquam enim sensit, priores duos Tomos,
quorum alterum A. 1722 p. 385, alterum A. 1723 p. 132 recen-
suimus, admodum gratiosos fuisse tum apud politicos, tum
apud literatos, tertium nunc in publicum emittit, quo comple-
ctitur anni 1701 integram & incorruptam historiam. Narrari
igitur hic videas, novo Hispaniæ Rege Philippo V terras Hispa-
nicas ingresso, Legatum Imperatoris Madrito discessisse relicta
Protestatione; eodem tempore Reginam viduam a novo Rege
per literas iussam fuisse imperii administratione se abdicare &
Madrito excedere; Hagam venisse legatum Gallicum, spem
pacis ac securitatis ostentantem Batavis; his novum Regem pro
vero Rege agnoscentibus, magnam voluptatem percepisse Ludo-
vicum Gallum; iisdem, aliud loqui Galliz Regem, aliud sen-
tire, & excusso metu ipsos oppressum ire, non vane suspicanti-
bus, factum esse, ut renovata cum Britanniz Rege, qui Parlia-
mentum habebat profus idem sentiens, amicitia, Batavi pariter
ac Britanni Gallo plures offerrent conditiones, quas nisi accipe-
ret, securitatem Europæ constare non posse; Gallum hinc
acri studio se bello præparasse, ac Duces Sabaudiz & Mantuz
suas in partes pertraxisse; Electorem item Coloniensem, Galli-
cus amplexatum partes, milite Gallo implevisse terras suas, fru-
stra

MENSIS DECEMBRIS A. MDCCXXIV. 525

stra repugnantibus & Ordinibus & Canonicis; Eugenium, immortalis famæ heroem, fortiter ac solerter in Italiam deduxisse exercitum Cæsareum; in Neapolitano regno aliquot proceres cum adjuncta sibi multitudine seditionem excitasse ad regnum Philippo V eripiendum & Austriaco asserendum Archiduci.

Hæc igitur tertio hoc Libro fufe exponuntur, adjectis publicis non solum literis, quotquot hoc temporis tractu ultro citroque missæ sunt, verum etiam aliquot privatis. Sic legere hic licet Cæsaris & Ducis Aurelianensis contra Caroli II testamentum Protestationem; tractatum fœderis cum offensivi, tum defensivi, inter Imperatorem, Regem Britannicæ, & Remp. Batavorum; Formulam sententiæ a Prorege Neapolitano in seditiosos latæ; & hujus generis plura. Legere hic licet Portocarreri ad novum Regem literas, quibus narrat, Mendozam, Episcopum Segoviensem & Inquisitorem Generalem, atque Nicolaum Torresium, defuncti Regis Confessionarium, in vulgus edere, Regem sibi paulo ante mortem aperuisse, se invitum & coactum subscripsisse testamento. Cum vero in libris horum temporum historicis permulta imperite narrentur, Noster ea subinde corrigit & emendat, certissimæ fidei instructus monumentis, e. g. historiam de Ducis Mantuani cum Gallo inito fœdere, quam p. 221. celebris quidam scriptor minime ex vero exposuerat. Inprimis pro Electore Bavaricæ, quam vulgo graviter accusant, causam dicit admodum dilerte & ad fidem faciendam accommodate, 9. 20. & ducem secutus quendam aulæ Bavaricæ ministrum spectatissimum, qui argumenta ipsi suppeditavit, quibus hic adstruit 203 sqq. Electoris innocentiam.

CHRISTOPHORI MATTHÆI PFAFFII, S. Theol. D. & Prof. prim. Ecclesiæ Tubing. Præpositi & Univ. Cancellarii, Introductio in Historiam Theologiæ litterariam, notis amplissimis illustrata.

Tubingæ, sumptibus J. G. & C. G. Cottæ, 1724, 4.

Alph. 2 pl. 8 $\frac{1}{2}$.

Uuu 3

Pri.

Primam hujus Operis editionem A. 1720 p. 454 sqq. recensimus. Accidit ex eo tempore, ut omnibus exemplaribus divenditis nova desideraretur editio, eaque auctior & ad usum studiosorum accommodatior. Scilicet effuderat verius, quam concinnaverat, S. Rev. Autor primam editionem, ipseque in Præf. monuerat, se festinanter, quicquid in calamum venerit, perscripsisse, idque solum spectasse, ut in scholis suis libellum aliquem ob oculos haberet, cujus ductu tradere luculentius posset literariam studii Theologici historiam. Vid. prior editio p. 41. Nunc igitur, cum recudenda esset prior editio, amplissimas adijciendas censuit Notas, quibus totos librorum titulos exhibet, & omnia uberius illustrat. Rogatus equidem fuerat, ut suum de libro quoque judicium adjiceret. Sed illud quidem ab eo impetrari non potuit, quia scilicet ingenue censuræ minus patiens est nostrum sæculum. Ceterum priores duntaxat duo *Introductio- nis* libri hic exhibentur: reliqui quamprimum sequentur: hosque excipiet *Historia Theologiae Polemicae literaria*. Nostrum nunc est, ex Notis novæ hujus editionis decerpere nonnulla, & exemplis aliquot luculentis docere, quantam Theologiæ cultores capere ex hac editione possint utilitatem. Inprimis observamus, Celeb. Autorem lectores suos uberrima impertiri librorum notitia. Statim in Notis ad §. 2 p. 5 sqq. nominat magno numero scriptores de pædantismo, de doctis impostoribus, de plagio literario, de eruditis præcocibus. Pari modo p. 41 sqq. recenset Ephemerides literarias, p. 44 sqq. scriptores de methodo studii Theologici. P. 48 memorat scriptores de vita & meritis Mabillonii, ipseque Catalogum exhibet librorum ab eo editorum, ac speciatim de ejus libro *de studiis monasticis* notitiam suppeditat literariam p. 49. P. 58 sqq. producit scripta plurima de *Historia Critica V. & N. T.* Rich. Simonii edita. P. 72 sqq. recenset scriptores Lexicorum Hebraicorum, itemque Hebraicarum Grammaticarum. P. 94 sqq. agit de Coccejanorum violenta exegesi typica, & scriptis ad hoc argumentum pertinentibus. P. 98 sqq. exhibet scriptores Anti-Spenerianos; p. 104 sqq. scriptores de Antichristo; p. 110 scriptores de Chiliafmo; p. 129 sqq. scriptores de Lutheri versione Bibliorum, ejusque variis editionibus.

MENSIS DECEMBRIS A. MDCCXXIV. 527

nibus. P. 233 sqq. exhibet ex Abbatis Schmidii Programmate A. 1706 edito notitiam de Corporibus doctrinæ Christianæ, *Philippico, Pomeranico, Prutenico, Thuringico, Julio*. P. 281 sqq. commemorat scriptores de Theologia & illuminatione irrogenitorum; p. 285 sqq. scriptores de articulis fidei fundamentalibus; p. 305 sqq. scriptores de Trinitate divina. Ad *lib. II §. 10* copiosissime exhibet p. 280 - 394 scriptores de singulis doctrinæ Christianæ capitibus sive articulis. Apparet hinc, Celeb. Auctorem in hoc Opere non tam historiam literariam Theologiæ exhibere, quam Catalogum librorum Theologicorum sub certos titulos haud indiligente redactorum, adeoque id stylo Morhofiano non inepte inscribi posse *Polyhistorem Theologicum*. Ipsam Theologiæ literariam historiam haud dubie exponet in *Systemate historiæ literariæ Theologicæ*, quod in hoc ipso Opere promittit. Interea, dum hoc Systema debita diligentia perficiat, magnam inibita Theologiæ cultoribus gratiam, si pari notarum contextu reliquos tres *Introductionis* suæ libros recudi curaverit quamprimum.

FRANCISCI SIGISM. PAPEN, CIRCULI
Neo - Rupinensis Inspectoris, *Diss. de requisitis*
τῆς οἰκονομίας τῆς Θεᾶς ratione personæ
& officii &c.

Sedini, apud Jo. Godofr. Conradi, 1724, 4.
Pl. 9.

NOvum munus ecclesiasticum, hoc ipso anno sibi demandatum, publico quoque specimine auspicatorum maxime rev. Autor, hanc dissertationem, dioceseos Neo - Rupinensis verbi divini Ministris inscriptam, composuit ad effectum Pauli Tit. II, 7, 8, qua potuit ratione, illustrandum, & requisita ministri ecclesiæ, quem Dei vocari posse œconomum in proœmio paucis indicat, ad duo capita retulit, capite primo ea, quæ personam, & secundo, quæ officium respiciunt, persecutus. Ratione personæ requiri monet vocacionem internam externamque, sufficientem

tem necessariorum artium & scientiarum cognitionem, & integritatem vitæ sine fuco, ut τύπον καλῶν ἔργων se exhibeat Minister ecclesiæ. Ratione officii vero, cujus varix a variis constituantur partes, & quidem didascalici, quod tantummodo h. l. attingitur, primo ad ἀδιαφορίαν ἐν τῇ διδασκαλίᾳ demonstrandam, sensus Scripturæ literalis & analogiæ fidei quam maxime rationem habendam esse urget, atque thesin hanc satis probatam exemplis nonnullis confirmat: deinde ad σεμνότητα exercendam diligentiam refert operamque in locis Scripturæ difficilioribus explicandis rite collocandam, ubi fontium inspectionem, harmoniæ considerationem & autorum collationem, veluti media ad genuinam eorundem interpretationem ducentia, commendat: tum ad λόγον ὑγιᾶ, tam ipsius verbi doctrinæque morum, quam status animarum, quibus doctrina proponenda est, cognitionem, verbi quoque explicationem & applicationem pertinere arbitratur: & denique ut λόγος sit ἀκατάγνωστος, cavendum esse censet, ne adversarius ex interpretatione vel explicatione nostra ansam arripere possit, veritatem impugnandi vel cavillandi; qua occasione quæstionem satis excussam annectit, utrum minister ecclesiæ coram judicio civili in jus vocari possit, nec ne? totamque dissertationem variis inspersis observationibus & triplici indice reddit magis exornatam.

Johann Christian Klemmens Irenisches Zeugniß.

i. e.

JOANNIS CHRISTIANI KLEMMII, PROF.
*Lingu. Sanct. in Acad. Tubing. Testimonium Irenicum,
continens Schediasmata quædam Irenica,
antehac seorsim edita &c.*

Francof. & Lipsiæ, 1724, 4.

Alph. I pl. 3.

Quæ ad unionem ecclesiæ Evangelico-Lutheranæ cum Reformatorem cœtu promovendam hætenus sigillatim & ἀνωμόως edidit Cl. Autor, in hac collectione non exhibentur omnia,

omnia, sed tria tantum schediasmata, reliquis præferenda, in quibus summam hujus causæ se confecisse sibi visus est. In præfatione, editoris nomine scripta, ad objectiones generales, consiliis Irenicis, & speciales, Autori nostro oppositas, respondetur, moneturque, apologiam generalem principiorum Irenicorum frustra expectari; in adjectis vero brevibus quibusdam observationibus & accessionibus sufficienter satisfactum esse dissentientibus; immo ab Autore ne impetrari quidem potuisse, ut ejus apologia cum vindiciis huic collectioni infereretur, hac inter alias adducta ratione, quod nonnullis acerbior visa sit, quam genius patiatur irenicus. Scripta vero Irenica, conjunctim nunc edita, ut paucis indicemus, primo loco occurrit jam quinta vice typis descripta *Consensio ecclesiarum Protestantium in fide*, & quidem lingua vernacula, qua hoc schediasma ab Autore primum conscriptum fuit. Idem, ab ipso in linguam Latinam translatum, in Actis nostris A. 1720 p. 460 jam pro instituti nostri ratione recensuimus, ubi ea, quæ de Autore dicta sunt, de quo tum temporis nondum satis apud nos constitit, nunc facile emendari possunt. Etenim non Pfaffium, sed ejus vestigia præmentem, Klemmium, generum b. Jo. Christophori, & affinem Christoph. Matthæi Pfaffii, Autorem esse hujus schediasmatis, titulus nunc profitetur. Alterum in hac collectione locum tenet *henoticon ex anti-henotico*, Relationibus, quæ dicuntur, ianocuis A. 1714 p. 112 & 312 inserto. Anti-henoticon illud, sive disquisitionem de causa negati Lutheranos inter & Calvinianos unionis successus, methodo mathematica institutam, leviter, uti ait, in quibusdam inflexam, consilia Irenica magis adjuvare, quam impedire, ratus Autor, parodiam confecit, in paucis, quod præfatio indicat, tempore ita jubente nunc immutatam. In hoc henotico, quod lectorem ignorare nolumus, præterquam quod scholia, expositiones axiomatum, seu dictorum biblicorum, nec non observationem tertiam & quartam omisit, itemque ubivis pro vocibus *Lutheranorum* & *Calvinianorum*, Evangelicorum & Reformationum nomina, & in definitione tertia pro *inter se dissentientium*, inter se conspirantium, atque in scholio hypotheseos quartæ pro *aliter ex Calvinianis*

nianis sentiunt, aliter ex Reformatis sentire dicuntur, substituit; Evangelicos in rigidiores & moderatiores distinguit, & illos sentire ait, Reformatos fovere errores fundamentales secundarios, non quidem fundamentum fidei immediate ingredientes, id tamen mediate & per consequentiam tangentes; hos autem Reformatos ab erroribus fundamentalibus absolvere, fundamentum eos fervare integrum contendentes: hinc post propositionem quartam sequentes format propositiones: *Reformati veram & salutarem profitentur doctrinam: Reformati de suo jure cedere possunt & actu cedunt: Evangelici de suo jure cedere possunt & actu cefferunt*. Primam propositionem ex mente Evangelicorum moderatorum iisdem verbis demonstrat, quibus Autor anti-henotici in demonstratione propositionis quartæ de doctrina Lutheranorum usus est, & eos, quos rigidiores vocat, querendi amplius non habere causam opinatur, si controversiæ omittantur in templis, vel etiam moderate tractentur. Ultimæ vero propositionis demonstrationem integram heic adscribere consultum ducimus, ut, cum nostrum non sit hæcce dijudicare lites, peritus lector de ejus valore ipsemet ferre queat iudicium: *In omnibus, inquit, nisi via ad salutem præcludatur, Christianos cedere decet: Jam vero nullum salutis periculum incurrent Evangelici cum Reformatis se conjuncturi: sequitur ergo, Evangelicos cedere posse, & cum consensus possessorum seu committentium accesserit, actu recte cessisse*. Tandem unionem hanc & facilem, & recte initam, minime vero syncretismum esse asserit, & Dan. Severini Sculteti sententiam de tolerantia rituum & dogmatum Reformatorum epilogo annectit, in quo duriora quædam, ex gr. de prædantissimo Theologico, dicta a spiritu henotico nobis aliena videntur. Ultimo loco habentur *Litteræ amici ad amicum de statu negotii Irenici apud Tubingenses*, in quibus quinque causas silentii Irenicorum Tubingensium exponit, & de re ipsa, seu de ipso negotio Irenico suum traditurus iudicium, principia Irenicorum cum generalia, tum specialiora respectu trium articulorum, qui potissimum in controversiam veniunt, repetit, atque duas, ad quas res ipsa maxime redire videtur, tollere conatur difficultates, alteram theologicam de dif-

fensu

sensu fundamentali, alteram ecclesiasticam seu politicam de
 damnis, quæ ex tali unione in ecclesiam evangelicam redunda-
 tura sagaciores prævidere sibi videntur. Nos observamus tan-
 tummodo, Autorem de victoria jam reportata gloriari, litem
 jam peroratam & definitam esse asserere, & argumenta dissen-
 sientium a damnis subcrituris insulsa & absurda dicere terricola-
 menta. Appendicis loco historia doctrinæ de prædestinatione &
 reprobatione sæculi XVI annectitur, & testimoniis Lutheri, de
 cujus sententia in hoc articulo prolixius disputatur, Melanch-
 thonis, quem tamen a Calvino postea longius recessisse & Syner-
 gismum in scenam produxisse conceditur, Jo. Bugenhagii Pome-
 rani, Erasmi Sarcerii, Urbani Regii, Andreæ Althammeri,
 Ant. Corvini, Matthiæ Flacii, Tilemanni Heshufii, Simonis
 Pauli &c. præsertim Theologorum Wirtembergicorum, Jo. Bren-
 tii, Matthæi Aulberi, primi evangelii restituti in Wirtembergia
 apud Reutlingenses præconis, Jac. Heerbrandi, utriusque
 Suespæ, Balth. Bidembachii, Lucæ Osiandri: quin & autorum,
 & propagatorum Formulæ Concordiæ, Jacobi Andreæ, Martini
 Chemnitii, Christophori Corneri, Andreæ Musculi, & denique
 Timothei Kirchneri demonstratum itur, Sæculi hujus ortho-
 doxos Theologos decreta absoluta statuisse, additurque, Formu-
 læ Concordiæ sententiam cum testimoniis adductis convenire,
 nec ullam de hoc articulo antea motam esse controversiam, nec
 ullis in colloquiis doctrinam de prædestinatione Reformatis vi-
 tio datam, donec post præludia, quæ Argentorati Jo. Marba-
 chius & Hieronymus Zanchius A. 1563 dederant, Jacobus
 Andreæ & Lucas Osiander in colloquio Montispelgardensi A.
 1586 absolutum illud decretum supralapsariorum, quod Beza
 adornaverat, concoquere nequiverint, & eum, quæ Autoris
 verba sunt, invitum licet, cum Abrahamo Musculo & reliquis
 in hanc pugnam pertraxerint: Hubero deinde electionem uni-
 versalem mordicus defendente, Ægidium Hunnium novam
 huic materiæ formam induisse, ejusdemque Systema, licet va-
 rie immutatum, Theologos hodie ut plurimum sequi.

THEODORI PHILIPPI SCHACHTII, MED.
*Doct. Archiatri Nassovio-Dillenburgici & Professoris
 Publici, Exercitatio Medico-Practica, exhibens
 Aegrum memorabilem Ictericia Phthisi
 laborantem.*

Herbornæ Nassoviorum, typis & sumpt. J. Nic. Andreæ, 1724, 4-
 Plag. 17 & fig. 22. Tab. 1.

Memorabilis omnino est casus, quem Clar. Schachtius jam
 sistit, ægri scilicet, ictero, tabe, ut & hepatis induratione
 laborantis, & feliciter ab his malis liberati, dignusque, quem
 cum L. B. communicemus. Jacobus Langius, Hærbacensis Nas-
 sovicus, durioris vitæ, annorum circiter 23, temperamentum cho-
 lerico-melancholici, habitus corporis gracilis, staturæ medio-
 cris, coloris obscuri, anhelitu in levibus etiam corporis motibus
 detineri solitus, anni superioris vere circa Bacchi festa tussi, pri-
 mo sicca, nunc humida, citra febrem, cum dolore punctorio in
 regione hepatis laboravit, a qua intra mensis spatium absque
 remediis usu fuit liberatus, superfluitibus tamen majori sem-
 per spirandi difficultate & aucto recurrenteque dextri hypo-
 chondrii dolore punctorio, præsertim dum citato gressu ambu-
 laret, sternutaret, aut tussiret, una cum latente præcordiorum
 urente angore, & quodam dextri hypochondrii pondere ac tensi-
 one. Commodius erat decubitus in lateri dextro quam sinistro,
 sapor amarus in ore, appetitus prostratus, corporis lassitudo,
 macies, urina ictericia, & fæces albicantes, sed sub torminibus
 flavæ. Quæ mala eo usque adaugebantur, ut illum de die in diem
 deterius haberent. Circa festum Pentecostes doloris punctorii
 notat remissionem, cum autem ejus loco per totum intestino-
 rum tractum spasmodica & dolorosa eorundem contractione
 detineretur, Medici petiit consilium, qui observans hypochon-
 drium dextrum non solum distensum & elevatum, verum etiam
 tumorem in illo renitentem, externo contactu durum & indo-
 lentem, situ & figura visceris circumscriptum, ne ex crabronum
 irritatione periculosa invitetur hepatis inflammatio, mitiora eli-
 git

gitaperientia, humectantia, anti-spasmodica, stomachica & subinde laxantia. A pilulis aperientibus aliquando diarrhoea orta fuit, fortan ex hepate nunc referato; hinc tormentum spasmodicum plane conquievit, sed ob vomitus biliosos stomachus subvertebatur, vires dejiciebantur, & corpus ad extremam fere reducebatur maciem; nullus interim amplius tumor in hypochondrio dextro nec oppressoria gravitas observabatur. Atque his molestiis pertæsus æger ad medicastros se recepit, a quibus cum minus auxilii percepisset, sed res indes in pejus laberentur, ad Clar. Schachtium reverfus ejus implorat opem. Cutis tum & hypochondria naturaliter se habebant, & urina sanorum erat similis; in regione vero hypogastrica durus aliquis & renitens nodus observabatur, digitorum contrectationem non ferens, dolores erant fixi, tenesimus superveniebat, & excrementa reddebantur mucosa, pituitosa, quandoque modice cruenta ob fluxum hæmorrhoidalem concurrentem. Nodus hinc evanuit, eum vero excipiebant acuti lumborum dolores, ac si mille funiculi per lumbos ad anum usque traherentur. Clysmate injecto duo acuti & asperi calculi per alvum sunt excreti, qui, pro scybalis habitis, fuerunt rejecti. Perseverantibus doloribus sequitur tertius minor, & applicato clysmate ex oleo lini & raparum a doloribus liber evasit æger & quantum majorem ejecit calculum. Perseverat tamen tussis molesta, tumor pedum vespertinus & dolor, corporis debilitas & sudor matutinus. Hæc est Historia morbi atque Cursus curationis. Audiamus & nunc Clar. Schachtii ejusdem Resolutionem. Morbus est Icteria Phthisis, quæ consistit intus quidem in glandularum aliorumque vasorum hepaticorum & cysticorum obstructione, in facta hinc bilis in sanguinem & extimas corporis partes effusione, in particularum crassiorum, terrestrium, fixarum & salutarum in vesicula fellea calculosa concretionem, in hepatis tumore duro, colica spasmodica, & icteritia tabe; extus vero in flavo ex obscuro totius cutis colore. Icterus hic non symptomaticus, sed idiopathicus fuit. Non enim vere pleuritidem passus fuit æger, ex qua icterus excludi potuisset; quia pulsus non fuit durus, febris nulla, nec dolor proprie sic dictus inflammatorius, tussis sponte cessavit;

sed infarctum viscidum humorum. Nec hepatis inflammatio, aut spuria hepatitis præcessit, quia solennia non adfuerunt symptomata, & jecinoris inflammatio ob arteriæ hepaticæ exilitatem & sanguinis per venæ portæ ramos adfluxum & impetum minorem rarus admodum est affectus. Causa proxima formalis icteri est effusio humoris biliosi, plus minus oleosi, salii, terrestris & sulphurei in massam sanguineam, & totum corpus; inde enim cum non potuerit non partium heterogenearum in sanguine congestio oriri, ipsa etiam massa sanguinea cum tempore everti, & calore hæctico accendi debuit. Dum ergo particule falsæ pungentes sanguinis massæ præternaturaliter communicentur, necessario suos aculeos rotundis globulis infigunt, cruoremque plus justo dissolvendo, ipsum intemperatiorem & lympham minus rorida instructum reddunt. Deficiente autem instaurativo in sanguine nectare, quod appositum nutritibile fuerat, a salibus tartareis rarefactivis sensim in motum abripitur & depascitur. Sed quemadmodum massa sanguinea hac ratione in colliquativum redigitur statum, ita etiam viscera ipsa, imprimis pulmones, cum constent partibus tenerioribus & flaccidioribus, facile arrodi, & in tono suo violari possunt, unde altera ex parte Phthisis hic conjungitur icteritia. Causam proximam materialem constituunt particule heterogeneæ, ex parte viscidæ, falsæ, acres, tartareæ, pauciori sero dilutæ, copiosiori vero oleo seu sulphure viscidiori, minus defæcato, remixtæ, quæ partim a deficiente partium biliosarum in hepate secretionem ob scirrhosam ejus indurationem, partim etiam ab obstructione naturalis bilis progressus e vesicula fellea in cavitationem intestini duodeni massæ sanguineæ commixtæ, ejus texturam & crasim turbant, ac dehinc ipsos etiam pulmones ab impetu acrioris utcunque sanguinis in tono suo debilitant, aut etiam exulcerant. Omnibus autem his viam paudebant causæ remotæ, e quibus juvenilis ætas primum accusanda, cui tabes non infolitus morbus existit; hinc durior vita, temperamentum cholericomelancholicum, neglecta vel procrastinata cura, & constitutio aeris sicca. Symptomata vero cum causis ita connectuntur. Anhelitus difficilis in levibus etiam corporis motibus causa est

fixans

MENSIS DECEMBRIS A. MDCCXXIV. 535

fixans acidum tartareum viscidum, ac hinc vappescens sanguis, & hepatis moles sensim crescens. Occultus præcordiorum angor oriebatur ab exsuperantibus halitibus acris, acido-biliofis, elasticis, ut & a spasmodica tunicæ nervæ cystidis ab asperiore calculo irritatæ contractione, qua factum est, ut in præcordiis gravitas, angustia & anxietas, in spiritibus vero ipsis oppressio nata fuerit. Ponderus, de quo conquerebatur æger ab aucto ratione molis deducendum venit hepate. Scirrhus jecinoris non fuit exquisitus, quoniam æger cum pondere hypochondrii dextri simul sensit dolorem tensivum. Generatus ille fuit a sanguine crassiore, lento, tartareo, qui cum in glandulis hepaticis ægre percolaretur, poros & ipsas jecinoris glandulas obstruxit, sicque tumorem hunc cum distensione hypochondrii renitente produxit. Commodiorem habuit decubitus in latere dextro quam sinistro, ob hepatis tumorem, ejusque pondus auctum; diaphragma enim in inspiratione a tumore hepatis ponderoso plus justo deorsum raptum non potuit nisi cum difficultate in expiratione molem hanc sursum cogere & elevare; imo gravitas & angustia debuit etiam augeri: durum enim & grave hepar post decubitus in latus sinistrum ventriculum comprimebat. De lassitudine vel corporis segnitie conquerebatur æger, quia sanguis crassus glutinosus & terreis particulis imbutus tum prompte omnes corporis tubulos penetrare haud potuit. Et cum glutinositas succorum defectui salium volatilium debeat, succus nervosus pariter crassior & minus volatilis elaboratus fuit, qui cum irradiatione sua circulo a centro ad circumferentiam promovendo impar fuerit, succis magis lentescens & in transitu impeditis in tota machina lassitudo notari debuit. Appetitus fuit dejectus, quia menstruum stomachale vel defecit, vel iners redditum fuit. Sapor amarus a lymphæ biliofis particulis vitata oriebatur. Et quia particulæ biliofæ laxæ tantum cum sanguine co hæserunt, facili negotio eadem iterum ab illo secerni & urinam non solum croceo colore tingere sed & ejus generis contentis imbueri potuerunt. Fæces albicabant ob defectum bilis in glandulis hepatis non secretæ, nec per vasa biliaria obstructa ad duodenum depositæ. Sub torminibus vero flavescens reddebantur excre-

excrementa, quia, dum æger scirrho minus exquisito laboravit, aliquæ, etsi paucæ, in hepate adhuc separatæ particulæ bilis, & facta tunicæ nervæ in cystide, partibusque adjacentibus, præ rixu calculorum contractione ad intestinum depulsæ fuerunt. Tenesmus oriebatur, quia bilis sub spasmodicis ad intestina delatæ valde acris natura nervos intestinorum, imprimis sphincteris ani vellicavit. Colici doloris causa fuit saburra calculosa, vel ipsi etiam calculi in vesica fellea ex quacunque causa collecti, qui irritatione tunicæ nervæ cystidis ipsam corrugarunt & contraxerunt, perque plexus nerveos mesenterii sese extenderunt. Nodus in regione hypogastrica annotatus a calculo fuit productus, ex vesica fellea ad cavitatem intestinorum protruso, ibidemque hærente; evanuit vero idem, postquam ad reliquum canalem intestinorum fuit provolutus, qui ubi ad intestinum rectum pertingebat, hoc stimulando & irritando, dolores, ac si mille funiculi per lumbos ad anum usque traherentur, excitavit. Quatuor successive calculi fuerunt rejecti, & bini priores quidem deperditi, tertius erat glaber, & instar marmoris politus, ac ponderabat scrupulos duos cum semisse; consistentia videbatur durus quoad corticem, sed pondere & substantia levis; dum aquæ injiciebatur, sensim & tarde, non perpendiculariter, sed ad latus reflexus descendebat, & subsidebat, primis vero septimanis supernatabat, quia substantia ejus sensim dura & compactior, minusque porosa facta fuit. Quartus non tam expolitus fuit quam prior, consistentia quoque mollior, imprimis in parte crassiore, in superiore autem priori ratione duritiei non cedebat. Magnitudine conveniebat cum ovo gallinæ Indicæ, & æquabat pondere uncias duas cum semisse, drachmas duas & scrupulum unum. Ponderosior licet fuerit priore, aquæ tamen injectus eidem innatabat. Minor ergo inter calculos felleos politos & duos, major inter concrementa tophacea referendus est. Et cum alias calculi tophique fellei plerumque sint coloris flavi, nigricantis, vel plumbei, ab ægro tamen hoc excretorum minor coloris erat cineritii, major fusci. Sequenti autem modo generantur calculi in folliculo felleo: si sanguis particulis terrestribus, salis, viscidis, & oleosis plus justo fuerit inquinatus, necesse erit,

erit, ejusdem quoque indolis bilem ad vesicam biliariam depo-
ni; sed cum bilis his particulis onusta facillime hæreat, & magis
magisque lentescat, vel ob particularum aquearum successivam
secessionem semper spissior fiat, necesse est, ipsam adeo fieri
mucidam, & crassam, ut tandem coagulata & omni fluore or-
bata in veros calculos concreseat. Sed ad ægrum nostrum redea-
mus. Ut frequens ictericis symptoma tussis est, ita & ipsa de
novo illumprehendit, quæ quidem in principio minoris esse
momenti videbatur, postquam alba phlegmata fuerunt rejecta,
brevi vero post faciem mutavit, & in siccam abiit, contumacem,
quatenus sanguis biliosus teneros pulmonalium tubulorum mæ-
andros & fibras corrumpit. Atque ab hac bilis in sanguine conge-
stione & statu hectico macies, sudores nocturni, & pedum œde-
mata sunt repetenda. Quanquam autem æger noster in pericu-
loso omnino statu constitutus videatur, non tantum ratione tu-
moris in hepate, & icteri, sed & colliquativi hectici status intui-
tu, spes tamen superest, in integrum eum restitutum & a recidiva
præservatum iri, quia ipse in ætate florida & juvenili vivit, cal-
culi in folliculo fellis concreti per alvum sunt exturbati, simul-
que hepatis tumor cum reliquis icteri signis disparuit, imprimis
cum hucusque sputa neque cruenta, neque purulenta conspecta
fuerint; modo natura legitima medendi methodo suffulciatur,
atque æger præceptis medicis sit morigerus. De cæteris Coro-
nidis loco observationem annectit Clar. Schachtius de virgine 18
annorum, quæ a tribus mensibus valetudinaria & lumborum
gravitati ac intolerabilibus abdominis doloribus cum mensium
emansione exposita, præsentissimum ex dissecta membrana
præternaturali, quæ vaginam clauserat, percepit auxilium.

DECADIS II ACTORUM MEDICORUM
*Berolinensium in Incrementum Artis & Scientia-
rum collectorum Volumen III & IV.*

Berolini, apud Godofredum Gedickium, 1724, 8.

Plag. 13 & fig. æn. Tab. I.

IN fronte binorum horum Voluminum conspiciuntur effigies
D. Martini Weise, trium Electorum Brandenburgensium

Yyy

Con-

Consilarii & Archiatri, & Christiani Menzelii, Consilarii & Archiatri Brandenburgici, eorumque Vitæ breviter describuntur. In *Voluminis III*, in VII Sectiones divisi, *Sectione I* Historia morborum Berolinensium per annum 1722 conspicuorum pertexitur. Variolæ scilicet, quæ per annum præcedentem fatis copiose grassatæ erant; cursum suum favente tempestate inconstanti continuabant, nec ullus præterlabebatur mensis, quo iisdem infantes non fuerint mortui. Febres insimul catarrhales malignæ, morbi catarrhales chronici, & morbilli cum stomachicæ & diarrhœa sociati conspiciebantur. Mense Majo febres intermittentes, Augusto inflammatoriæ, Septembri diarrhœæ, tusses, anginæ spuræ, rheumatismi, hystericæ passiones, Novembri affectus catarrhales, ophthalmiæ, tusses, erysipelata, & febres catarrhales benignæ, Decembri iidem morbi una cum affectibus soporosis & apoplexia fuerunt observati. Præter variolas & morbos catarrhales epidemice grassati sunt nulli, fluor vero albus ob aquam ex solo paludoso scaturientem & in vulgarem usum abeuntem endemicus pronuntiatur. In *Seç. II* Meditationes Medico-Practicæ super Indicem mortuorum Berolinensium 1722 leguntur, ubi chronicis morbis majorem incolarum numerum, quam febribus acutis periisse, annotatur, atque Infectionis variolarum infidus successus variis exemplis probatur. In *Seç. III* Casus Anatomico Chirurgici communicantur; sectio scilicet fœminæ aquis submersæ, duorum maniacorum, & suspensi; operatio felix herniæ incarceratæ, sine amputatione; sinistri brachii amputatio; operationes felices fistulæ ani; vulnus sclopetarium in femore cum fractura ossis; operatio embryulciæ; fistula genæ cum carie profunda ossium. Monetur insimul, aqua submersos commode in vitam mediante excutia ventriculi revocari posse. In *Seç. IV* Depositiones Medico-Legales referuntur circa Infanticidium ex neglecta funiculi umbilicalis deligatione; vulnus profundum in thorace securi inflictum, curatum; homicidium per alapam, & infanticidium ob gravem in capitis vertice contusionem; asseritur quoque, in vulnere thoracis ad mitigandam febrim vulnerariam aquam veronicæ cum vino & pulveres resolventes multum præstitisse, reliquam vero

vero curationem Infusum herbarum pectoralium cum multa arnica vera absoluisse. In *Seç. V* Anatomicæ Sectiones describuntur, viri atrophia cum hæctica denati, puellæ ex ruptura peritonæi & intestini jejuni defunctæ, & cholera sicca ab excrementa ad sinistrum intestini recti latus intrinsecus sita mortui. In *Seç. VI* Magica Astronomiæ inferioris cum superiori harmonia & vinculum: seu planetarum terrestrium motus & aspectus, nec non ipsorum conjunctiones, exaltationes, influxus, & variatio secundum rectas planetarum cœlestium & naturalis Philosophiæ regulas exponuntur, & Hermetis sententia probatur: quod est superius, est, sicut quod est inferius; & quod est inferius, est, sicut quod est superius. In *Seç. VII* denique Vesicatoriorum in tenera etiam ætate salutarem usum occasione morbi variolosi annotatum & thesibus deductum sistit Theodorus Valentinus Kramer, Med. Doct. & Physicus Provincialis Circuli Prignizensis.

Volumen IV tres continet sectiones, in quarum *I* de nova quorundam circa Chordapsum theoria, qua motus intestinorum antiperistalticus in dubium vocatur, & cum hernia ventriculi confunditur, agitur. Primi scilicet, qui motum intestinorum inversum seu antiperistalticum, quem pro ordinaria Iliacæ passionis causa venditarunt Medici, dari negarunt, fuerunt Hagnenotius, Societatis Montispeffulanæ, & de St. André, Societatis Anglicanæ Socii, violentam potius musculorum abdominis contractionem, ob quam viscera abdominis per diaphragma vel ruptum vel dilatatum in thoracis cavitatem urgeantur, accusandam esse statuentes. Contra horum asseritum in hac sectione disputatur, & dari omnino talem intestinorum volutationem præternaturalem, quæ impedita per obstacula quæcunque præcipitetur, & recedat, ita, ut fiat revolutio seu conversio motus sursum, qua demum & ipsa excrementa cum assumptis non distributis per os rejiciantur, ex autopsia & structura anatomica ventriculi & intestinorum multis asseritur, atque integra de Ileo theoria sistitur, exemplisque explanatur, cujus Confectaria huc redeunt. 1 Chordapsus est morbus ad metasthematisimum recipiendum admodum aptus, 2 & quandoque periodicus, id est,

qui non uno tenore semper ægrum excruciat, sed suis interval-
 lis dolorumque induciis gaudet, nec 3 semper, etiamsi supre-
 ma attigerit symptomata, unico excepto stercoreum vomitu, pro
 causa proxima agnoscit intestinorum vel invaginationem, vel
 convolutionem, vel incarcerationem, alias enim tam multi, et-
 iam qui ad extrema pervenerunt, non evaderent, 4 Vomitus
 simplices aut biliosi, multo minus stercorei, haud inseparabi-
 lia sunt signa Chordapsi, 5 tormina potius volventia intestino-
 rum tenuium, circa umbilicum hospitantium, cum immani
 & effero sæpius dolore stipata, pro idiopathico ejus signo sunt
 reputanda, quorum feralis & supremus demum gradus est, si
 conjunctus semper vomitus eo usque intendatur, ut fæces spiret,
 aut simul efferat. 6 Chordapsus ex febre natus semper malignior
 est, quam qui eandem subsequam habet, 7 interim tamen mor-
 bus nondum salutariter evictus est, ubi dolorum torminosorum
 & vomitus fit remissio, etiam cum fæcum alvinarum rejectione,
 sed tum maxime de vita metuendum est. In *Seç. II* sectio Ana-
 tomica describitur malefici suspensi, in cujus ventriculo fra-
 gmenta lignea, numero 7 (quæ æri incisa conspiciuntur) ab
 eo, ut atrocissimam mortem subterfugeret, deglutita, mucro
 obducta, circa infimam partem colore subnigro tinçta & pen-
 trantem subacidum odorem spirantia, sunt reperta. In *Seç. III*
 Georgii Clavii, Med. Doct. & Practici Hannoverani Observa-
 tiones Medico-Practicæ communicatæ leguntur de methodo cu-
 randi febrem quartanam per decoctum resolvens & Essentiam
 Cascariillæ cum Essentia radice gentianæ rubræ maritatem; hæ-
 morrhagia uteri funesta; tumore pedum scorbutico; iliaca pas-
 sione, hirudinum usu soluta; sulphuris aurati antimonii purio-
 ris efficacia, & arnicæ vi contra atrophiam & hecticam.

THE HISTORY OF THE ANTIENT

Abbeys, Monasteries, &c.

i. e.

*HISTORIA VETERUM ABBATiarum,
 Monasteriorum, Hospitaliorum, Templorum Cathedra-
 lium*

MENSIS DECEMBRIS A.MDCCXXIV. 541
kium & Collegiatorum, ad supplendum WILHELMI
DUGDALII Monasticon Anglicanum conscripta
a JO. STEVENS.
Volumen II.

Londini, apud Joh. Smith & Socios, 1723, fol.
Alph. 7 pl. 2 Tabb. æn. 21.

POSTquam de Tomo I in Actis hujus Anni M. Sept. p. 381 dictum est, jam, quid hoc altero, qui nitore Tabularum ænearum & insigni documentorum publicorum numero primum fere superat, & pari solertia ac methodo ab Autore adornatus est, contineatur, vel digito, quod ajunt, monstrabimus. Primo loco de *Fratribus Minoribus* agitur, a S. Francisco Assisio fundatis, unde in Volumine I omissa suppleri, obscuriora lucem accipere possunt; hinc sequitur *Ordo Cluniacensis*, utpote prior ramus S. Benedicti, qui 38 cœnobiis in Anglia fuit ditatus, subjectis Monasterio Cluniacensi in Gallia, donec bellis Anglos inter Gallosque acerrimis nexus iste dissolveretur. Injuncta inde de solennitatibus ad confirmandas Donationes Monasteriis adhibitis mentione satis prolixa, Cisterciensium Monachorum & Monialium origines & fata describuntur, annexo Eruditorum hujus Ordinis Catalogo, & operum ab ipsis conscriptorum. Numerus vero Cœnobiorum illius Ordinis in Anglia ultra 62, vel ex aliorum mente, 92 ascendit. Hinc de Canonicis Regularibus Ordinis S. Augustini, & Canonissis agit Autor, quorum pariter Viros eruditos eorumque scripta producit. In describendis deinde cœnobiis hujus Ordinis dum versatur, interpretationem verborum obsoletoꝝ ex vetusto MSCto simul inferit, intelligendis Diplomatum apprime inservientem. Proximum locum occupant Præmonstratenses, Canonici Regulares Arroasæ, a loco foundationis in Artesia sito cognominati, Canonici S. Sepulchri, & Carmelitæ seu Monachi albi; e quibus plures scriptis famam sunt adepti. Sequuntur illa, quæ Ordinem S. Dominici spectant, qui pariter Viris eruditione & scriptis claris nobilitatus est, tum notabilia de Ordine Eremitarum S. Augustini, quem excipiunt Brigittinæ Cœnobitæ, &

Carthusienses, Ordinis Fontevraldi, Saviniacensis, Tironensis, Trinitariorum, Gilbertinorum, Crucigerorum, Pœnitentium Jesu Christi, Bethlehemitarum, atque Bonorum hominum. Denique Appendix Documentorum Latina lingua conscriptorum comparet, quorum pars maxima in ipso opere Anglico idiomate vestita fuerat. Nobis etsi specimina non desint, quæ ex opere elegantissimo produci possent, attamen cum ea non omnium sint ad palatum, illis, in maxima imprimis novorum librorum, qui quotidie prodeunt, copia, adducendis superfedemus.

**GYMNASIUM ARABICUM, IN QVO TRES
piores Davidis Odeæ cum versione Latina & Notis
Critico-Analyticis, in usum φιλολογούντων, exhibentur a
JO. CHRIST. WICHMANNSHAUSEN,
LL. OO. P. Publ.**

Wittenbergæ, impensis G. M. Knochii, 1724, 4.
Plag. 17.

Celeb. Autor, variis rarissimi argumenti Dissertationibus Eruditis probatissimus, Arabicæ linguæ studiosis textum sacrum, parvo sumtu parandum, deesse, in quo se proprio exerceant Marte, animadvertit. Quæ enim Erpenius, Golius, Pocockius, Guadagnolus, Kirstenius, Sennertus, Wasmuthus & Schiferdeckerus in hunc finem ediderunt, optato fini non satisfacere, judicat. Ut igitur iis, qui integram S. Codicis versionem Arabicam sibi comparare nequeunt, prospiciat, tres Psalmos priores e versione Arabica, uti *Vist. Scialac & Gabriel Sionita* eam exhibent, collatis *Bibliis Polyglottis*, Arabice cum Latina versione imprimi curavit, singulaque vocabula diligenter ad Grammaticæ regulas excussit. Charta nitida typique, post eruditam industriam Cel. Autoris, laudari merentur; dolemus interim, correctoris manum oculosque non solum nimiam commatum multitudinem, sed & unum alterumve erratum admisisse, uti e. gr. p. 4 ≈ pro ≈, p. 26 قعيل pro قعيل, & quæ sunt alia, quæ doctus tamen lector facili negotio

negotio emendabit, quibusque nihil utilitati operis decedit. Ut unicum versionis specimen demus, p. 66 erudite discrepantiam in Bibl. Polyglottis notat, ubi non, uti apud Sionitam est, *Pf. II, 6: constitutus sum Rex; sed: dominus constituit me Regem*, vertitur. Ceterum ut porro erudito profuturi orbi, Cel. Autori vitam & senectutem vegetam serio apprecamur.

INDEX AUTORUM,
 Quorum Libri aut Inventa hoc Volumine
 recensentur.

*I Libri Theologici & ad Historiam
 Ecclesiasticam spectantes.*

R. A	Lschech (Mosis) Commentarius in Prophetas posteriores.	142, 240
	Anonymi Monasticon Hibernie.	341
	Christi Passionalia Veteris Testamenti.	458
	Artopœi (Jo. Christoph.) & aliorum Compendium Hist. Eccl.	394
	S. Barnabæ Opera, ex ed. Cotelerii & Clerici.	521
	Bedæ Venerabilis Historia Eccl. gentis Anglorum.	124
	Beveregii (Guil.) Codex Canonum Primit. Eccl. vindicatus.	521
	Bingham (Josephi) Antiquitates Ecclesiasticæ. Vol. IX.	200
	S. Clementis Opera ex ed. Cotelerii & Clerici.	521
	Clerici (Jo.) Opera SS. Patrum, qui temporibus Apostolorum floruerunt.	521
	Cotelerii (J. B.) Opera SS. Patrum, qui temporibus Apostolo- rum floruerunt.	521
	Cremeri (Bernb. Seb.) Exerc. Prophetico-Typicarum Tetras.	169
	Cypriani (Sal. Ern.) Continuatio Compendii Hist. Eccl. Gothani.	392
	Evagrii Historia Eccl. ex ed. W. Reading.	97
	Euse-	

INDEX AUTORUM.

Eusebii Pamphili & <i>rel. Historia Eccl. ex ed. W. Reading.</i>	97
Fabricii (Franc.) <i>Tr. de sacerdotio Christi juxta ordinem Melchisedeci.</i>	76
S. Hermæ Opera, ex ed. Cotelarii & Clerici.	521
S. Ignatii Opera, ex ed. Cotelarii & Clerici.	521
Kleinmii (Jo. Christ.) <i>Testimonium Irenicum.</i>	528
Kochii (Corn. Diet.) <i>Fructus Theologici &c.</i>	144
Kohle (Jo. Petri) <i>Theologia Gentilis Cimbrica purioris Specimen I.</i>	95
Kromayeri (Jo. Arab.) <i>Commentarius in Aug. Confess.</i>	44
Le Long (Jacobi) <i>Bibliotheca Sacra. Tomi II.</i>	198
S. Macarii <i>Homilia Græca, Anglice versa.</i>	85
Moshemii (Jo. Laur.) <i>Primitiæ Julæ.</i>	174
Papen (Franc. Sig.) <i>Diff. de requisitis τῆ ὁμοιότητος τῆ θεῶν ratione persona & officii &c.</i>	527
Pearsonii (Jo.) <i>Vindicia Epist. S. Ignatii.</i>	521
Pezii (Bern.) <i>Bibliotheca Ascetica antiquo-nova. Tom. III & IV.</i>	483
Philostorgii <i>Historia Eccl. ex ed. W. Reading.</i>	97
Pfaffii (Christoph. Matthæi) <i>Introductio in Historiam Theologicæ literariam, cum notis.</i>	525
S. Polycarpi Opera, ex ed. Cotelarii & Clerici.	521
Relandi (Hadr.) <i>Analeccta Rabbinica.</i>	81
Salig (Chr. Aug.) <i>Tr. de Eutychianismo ante Eutychen.</i>	419
Schyn (Hermann) <i>Historia Mennonitarum.</i>	216
Seckendorf (Viti Lud.) & aliorum <i>Compendium Hist. Eccl.</i>	394
Socratis Scholastici <i>Historia Eccl. ex ed. W. Reading.</i>	97
Sozomeni (Hermia) <i>Hist. Eccl. ex ed. W. Reading.</i>	97
Staalkopffii (Jac.) <i>Præf. de Moralitate meditationis Scripturæ.</i>	458
Stevens (Jo.) <i>Historia Veterum Angliæ Abbatiarum, Monasteriorum &c. Tom. I.</i>	381
<i>Tom. II.</i>	549
Strypii (Jo.) <i>Monumenta Eccles. ad religionem ejusque reformationem in Ecclesia Angl. pertinentia.</i>	329
Theodori Lectoris <i>Historia Eccl. ex ed. W. Reading.</i>	97
Theodoreti <i>Historia Eccl. ex ed. W. Reading.</i>	97
Theophili Ep. Antioch. <i>Libri III ad Autolycum, ex ed. Jo. Christoph. Wolffii.</i>	56
Vogtii	

INDEX AUTORUM.

Vogtii (Jo.) <i>Biblioth. Historia Hæresologica, Tomi I Fasc. I.</i>	327
Ullerii (Jac.) <i>Dissertationes Ignatiana.</i>	521
Wallini (Georgii) <i>Disquis. de S. Genovesa.</i>	91
Wichmannshausen (Jo. Christoph.) <i>Gymnasium Arabicum, seu tres priores Ode Davidis cum vers. & notis.</i>	1542

II. Libri Juridici.

A Non. <i>Leges & Constitutiones S. R. Maj. Sereniss. Regis Sardinia Ducis Sabaudia & Montisferr. per provincias tam cismontanas quam transmontanas observande.</i>	473
De Berger (Christoph. Henr. Nob. Dom.) <i>Commentatio de Personis, vulgo Larvis seu Mascheris.</i>	40
Bohmeri (Justi Hennigii) <i>Jus Ecclesiasticum Protestantium. Vol. II & III.</i>	367
<i>Jus Parochiale.</i>	367
Van Bynkershoek (Corn.) <i>Cura secunda de Jure occidendi & exponendi liberos apud veteres Romanos.</i>	250
Ludovici (Georg. Sam.) <i>Tr. de sacro Fisci Jure circa feuda Sicilia mediatæ ex crimine læsæ Maj. commissæ.</i>	412
Machiavelli (Car. Ant.) <i>Diff. apologetica Legalis historica de mulierum Doctoratu.</i>	239
<i>(Alexandri) Diff. Hist. Legalis de veteri Bononeno Argenti Bononia.</i>	470
Van Nilpen (Jo.) <i>Diff. Jur. de Sepulcro violato.</i>	258
Pagenstecher (Henr. Theod.) <i>S. Pomponii JC. reliqua.</i>	399
<i>S. Pomponii JC. reliqua, ex ed. H. F. Pagenstecheri.</i>	399
Speneri (Jac. Car.) <i>Doctrina Juris Publ. Rom. Germ. Tomus I.</i>	219
Vinholdi (Ge. Andr.) <i>Notitia Scriptorum Juris Naturæ.</i>	326

III. Libri Medici & Physici.

A <i>Academia Regia Scientiarum Historia Anni 1718.</i>	1259
<i>Historia Anni 1720.</i>	498
* <i>Historiam Anni 1719 quære Supplemen. Tom. VIII. Sect. XI.</i>	
<i>Acforum Medicorum Berolinensium Decadis II Vol. I. & II.</i>	68
<i>Vol. III & IV.</i>	537
L z z	Castel

INDEX AUTORUM.

Castel Tr. <i>Phys. de gravitate universalis corporum.</i>	460
Celsi (Aur. Corn.) <i>de Medicina Libri VIII, ex ed. Tb. I Almeloveen.</i>	286
Cowper (Guilielmi) <i>Tractatus Anatomicus de Musculis corporis humani.</i>	345
Deidier (Ant.) <i>Diff. Med. de Morbis Veneris.</i>	448
Dortous v. de Mairan.	
Franci (Jo.) <i>Tract. de urtica urente.</i>	228
Hoffmanni (Frid.) <i>Disqu. de Fato Physico & Medico.</i>	320
De Mairan (Dortous) <i>Disperatio de Glacie.</i>	191
Marescotti (Casaris) <i>Tract. de Variolis.</i>	226
Morgagni (Jo. Bapt.) <i>Epistola dua in A. C. Celsum & Q. Serenium Samonicum.</i>	286
Paitoni (Jo. Bapt.) <i>Disc. de generatione Hominis.</i>	404
Schachtii (Theod. Phil.) <i>Exerc. Med. Pract. exhibens agrum memorabilem Icteria Phtbisi laborantem.</i>	538
Q. Sereni Samonici <i>de Medicina Præcepta, ex ed. Rob. Constantini.</i>	286
Thümmigii (Lud. Phil.) <i>Tentamen phenomena natura explicandi. Pars IV.</i>	407
Todari (Jac.) <i>Aque frigida Vindicatio.</i>	512
Verdriessii <i>Epistola ad Cbr. Wolfium de pulvere staminum apicibus in floribus adhaerente.</i>	409
Waltheri (Augustini Frid.) <i>de lingua humana &c. Exercitatio.</i>	291
Wolfii (Christiani) <i>Meditationes Physicae de finibus rerum naturalium.</i>	111

IV Libri Mathematici.

A cademia Regia Scientiarum <i>Historia Anni 1718.</i>	12.59
<i>Anni 1720.</i>	498
<i>Anonymi celebre Catenaria Problema Geometris propositum.</i>	366
Amort (Eusebii) <i>Novum Philosophia Planetarum Systema.</i>	305
Bernoulli (Jo.) <i>Explicatio Anagrammatis &c. continentis descriptionem Curva inter omnes algebraicas Trajectorias reciprocas simplicissima.</i>	297
Bernoulli	

INDEX AUTORUM.

Bernoulli (Jo.) <i>Methodus reducendi Quadraturas transcendentes cujusvis gradus ad Longitudines curvarum algebraicarum.</i>	356
Dorrie (Pauli Matthie) <i>Considerationes circa naturam demon- strationum gener. & partic. et. constructionis Geometr. & Mechan.</i>	65
Grammatici (Nicassii) <i>Observ. circa conjunctionem Veneris & Reguli d. 3 Jul. 1724 observatam.</i>	509
Haufen (Chr. Aug.) <i>Constructio Curvarum e Sectionibus Sphære per conum prodeuntium.</i>	412
Leopoldi (Jacobi) <i>Theatrum Machinarum Generale.</i>	117
<i>Theatrum Machinarum Hydraulicarum.</i>	303
Mansfredi (Eustachii) <i>Observatio conjunctionis Veneris & Martis d. 3 Jul. 1724.</i>	509
Mead (Richards) <i>Introductio de Motu Muscularum.</i>	345
Poleni (Jo.) <i>Epistola ad Gabr Mansfredum de conjunctione Mer- curii cum Sole V Idus Nov. 1723 facta.</i>	71
<i>Epistola ad G. Mansfredum excerpta de invenienda ra- tione inter duas indeterminatas quantitates in nonnullis Algebraicis aequationibus.</i>	121
Richeri (G. Fr.) <i>Defensio Disquisitionis sua contra Jo. Rizzet- tum.</i>	27
Rimpleri (Georgii) <i>scripta de Arte muniendi, ex ed. L. A. Herlini.</i>	439

V Libri Historici, Geographici &c.

A Bul-Fedæ (Ism.) <i>Vita Mohammedis, cum not. Jo. Gagnier.</i>	390
<i>Academia Regia Inscript. & elegantiorum literarum ab A. 1711 ad 1717 Historia. Tomus III.</i>	205
<i>Annales Academiae Juliae.</i>	48
De Bacqueville de la Potherie <i>Historia rerum in America Septen- trionali per Gallos gestarum. Tomi IV.</i>	183
Belii (Matthie) <i>Hungaria antiqua & nova Prodrromus.</i>	99
Bellegardii <i>Historia Hispania generalis. Tomi IX.</i>	385
Bierlingii (Frid. Guil.) <i>Comm. de Pyrrhonismo Historico.</i>	488
<i>Dissertatio de Judicio Historico.</i>	488

INDEX AUTORUM.

Braun (David) <i>de Scriptorum Polonia & Prussia virtutibus & vitiis &c.</i>	270
Brenneri (Henr.) <i>Epist. ad Er. Benzeliium de presenti statu quarundam gentium Orient.</i>	437
Burmanni (Petri) <i>Theaurus Sicilia, Sardinia & Corsica. Tomus I, II, III, IV, V.</i>	151
Carusii (Jo. Bapt.) <i>Bibliotheca Historica Regni Sicilia. Tomus I & II.</i>	7
O Connor (Dermitius) <i>v. Keating.</i>	
Durantinus (Const. Felicius) <i>de Conjurations Catilinae.</i>	241
Exsuperantius (Julius) <i>de bellis Civilibus.</i>	241
Fabricii (Jo.) <i>Historia Bibliotheca Fabriciana Pars VI.</i>	491
Fabricii (Jo. Alb.) <i>Bibliotheca Græca Volumen XII.</i>	514
De Fordun (Jo.) <i>Scoticronicon genuinum.</i>	210
De Franckenau (Gerb. Ern.) <i>Bibliotheca Hispanica Hist. Geneal. Heraldica.</i>	272
Gautier (H.) <i>Bibliotheca Philosophorum & Eruditorum.</i>	46
Gesneri (Jo. Matthia) <i>Notitia Bibliotheca Schurzleischiana.</i>	275
Grævii (Jo. Georg.) <i>Theaurus Sicilia &c. v. Burmannus.</i>	
Hartmanni (Jo. Zach.) <i>de Vicariatu Sax. per Frisiam Or. Comm.</i>	141
Hauber (Eberb. Dav.) <i>Sciagraphia Historia Mapparum Geographicarum.</i>	138
Keating (Gothfr.) <i>Hist. gen. Hibernia, translata a Dermitio O Connor.</i>	431
Labat (Jo. Bapt.) <i>Iter in Insulas America Antillanas. Tomi IV.</i>	187
Latro (Portius) <i>in Catilinam.</i>	241
Lengnich (Gothofredi) <i>Historia rerum in Prussia Polonica ab A. 1526 usque ad mortem Sigismundi I, it. regnante Sigismundo Augusto gestarum, Tomi II.</i>	266
De Limiers <i>Historia Instituti Scientiarum & Artium sive Academiae A. 1712 Bononiae instituta.</i>	24
De Ludewig (Jo. Petri) <i>Reliquia MStorum Tomus V.</i>	130
<i>Tomus VI.</i>	164
Moyfis	

INDEX AUTORUM.

Moyſis Armeni Epitome Commentariorum & ſeris Principum <i>Iberia & Georgia, cum. not. H. Brenneri.</i>	436
Muratqii (Lud. Ant.) ſcriptores rerum Italicarum.	
Tomus I.	I
Tomus II.	49
Tomus III & IV.	377
Nicolſon (Wilb.) Bibliotheca Historica Hibernia.	427
Orlandi (Peregrini Ant.) Origo & progressus Artis Typograph.	101
Pezii (Bernardi) Theſaurus Anecdotorum noviffimus. Tomus IV.	323
Pfaffii (Chriſtoph. Matth.) Introd. in Hiſt. Theologia liter.	525
C. Pliqii Secundi Historia Naturalis, ex ed lo. Harduini.	145
De la Potherie v. de Bacqueville.	
Salluſtii (C. Crispi) qua exſtant, cum Notis Gottlieb Cortii.	241
Schannat (Jo. Frid.) Vindemia Litteraria. Collectio I.	51
Segni (Bernb.) Historia Florentina.	155
Vita Nicolai Capponi.	155
Sommeri (Frid. Wilb.) Tabula Genealogica Ducum Sup. & Infer. Sileſia.	133
Stevens (Jo.) Historia veterum Anglia Abbatiarum, Monasterio- rum &c. Tomus I.	381
Tomus II.	540
De la Torre Commentarii de rebus ob ſucceſſionem Hispan. geſtis. Tomus III.	524
Vinholdi (Ge. Andr.) Notitia Scriptorum Juris Naturalis.	326

VI Libri Miscellanei.

A Nonymi Sententia Philoſophorum & populorum gentilium de Deo, anima humana & officio hominis.	415
Amort (Eufebii) novum Artis Critica ſystema.	305
Ariſtidis (Ælii) Opera, ex ed. Sam. Jebb. Tomus I.	425
Bayeri (Theoph. Sigfr.) de Numo Rhodio Diſſertatio.	74
De Berger (Chriſtoph. Henr. Nob. Dom.) Commentatio de Perſo- nis, vulgo Larvis ſeu Maſcheris.	40
Bierlingii (Frid. Guil.) Comm. de Pyrrhonismo Historico.	488
Diſſertatio de Judicio hiſtorico.	488
Lzz 3	Bulſfingeri

INDEX AUTORUM.

Bulfi igeri (Georg. Bernb.) <i>de origine & permissione mali, praecipue Moralis, Comment. Philos.</i>	105
<i>Specimen doctrinae veterum Sinarum Moralis & Politicae.</i>	493
Duellii (Raimundi) <i>Miscellaneorum, quae ex Codd. MSS. collegit, Liber II.</i>	263
Eckhardi (Tobia) <i>Codices MSS. Quedlinburgenses.</i>	277
Facciolati (Jac.) <i>Exercit. in Ciceronis Orationes II.</i>	237
Flacci (C. Valerii) <i>Argonauticon Libri VIII, ex ed. P. Burmanni.</i>	281
Funccii (Jo. Nic.) <i>Tr. de adolescentia Latina Linguae.</i>	83
Gautier (H.) <i>Bibliotheca Philosophorum & Eruditorum.</i>	46
De Gundling (Jac. Pauli) <i>Diss. de nummo Vizonis, Obotrit. Regis.</i>	412
Heumanni (Christoph. Aug.) <i>Paeile sive Epistola Miscellanea. Tomi I Liber III.</i>	486
Huetii (Petri) <i>Tr. de debilitate Intellectus humani.</i>	230
De Ludewig (Jo. Petri) <i>Reliquiae MSS. omnium aevi diplomatum ac monumentorum. Tomus V.</i>	130
<i>Tomus VI.</i>	164
Machiavelli (Car. Ant.) <i>Bitisia Gozzadina, seu de Mulierum Doctoratu.</i>	239
<i>(Alexandri) de veteri Bononeno argenti Bononiae Diss.</i>	470
De S. Maria (Honorii) <i>Meditationes de regulis & usu Artis Criticae. Tomus III.</i>	180
Pezii (Bernardi) <i>Tbesaurus Anecdotorum novissimus. Tomus IV.</i>	323
C. Plinii Secundi <i>Historia Naturalis, ex ed. Jo. Harduini.</i>	145
Relandi (Hadr.) <i>Analeceta Rabbinica.</i>	85
Sallustii (C. Crispi) <i>quae exstant, cum Notis Gottlieb Cortii.</i>	241
Schultens (Alb.) <i>Origines Hebraeae.</i>	392
De Segrais (Jo. Renaldi) <i>Opera varii argumenti.</i>	177
E Severi (Sulpitii) <i>Codice de vita S. Martini varia. Lect.</i>	277
Staalkopffii (Jac.) <i>Animadv. in definitionem secundam Part. I Ethicae Ben. de Spinoza &c.</i>	455
Wolfii	

INDEX RERUM.

Wolfii (Christiani) Annotationes in Meditat. Metaph. de Deo,
Mundo & Anima. 310

INDEX RERUM

Notabiliorum

In hoc Volumine contentarum.

<p>Abbates ercandi potestas monachis in Anglia permissa. 384</p> <p>Abnegationis ritus apud Veteres Saxones & Francos diversus. 52</p> <p>Aborigines. 248</p> <p>De Abul-Feda (Ism.) observata. 391</p> <p>Academia tertia a prima diversa. 235</p> <p>Accursia J. V. Doctor. 240</p> <p>Actio qualis detur in sepulcri violatorem? 260</p> <p>Actionum intrinseca moralitas num dogma perniciosum? 313</p> <p style="padding-left: 2em;">externarum apud Sinas compositio. 496</p> <p>Acus magnetica declinatio. 13</p> <p>Ad pro quod ad. 23</p> <p style="padding-left: 2em;">pro contra. 239</p> <p>Adagia septem Germanica explicata. 486</p> <p>Adolescentum officia. 497</p> <p>Æqualis (Wiberi) Vita Leonis IX. 179</p> <p>Æquilibrium corporum primitivum quale fuerit? 465</p> <p>Aer quomodo frige faciat? 192</p> <p>Aeris fines & usus. 313</p> <p>Æthiopia dista Albahafsch. 392</p>	<p>Affectus ad virtutum studia commendantur. 496</p> <p>Affricus quantitas in machinis ut aestimanda? 119</p> <p>Ex Agathie Historia excerpta. 5</p> <p>Aggerum contra vim fluminum constructio. 305</p> <p>Agnelli Vita Pontif. Ravennat. 49</p> <p>Agni Dei. 181</p> <p>Alani num sua acceperint a Suecis? 57</p> <p>Ex Alapa mors. 538</p> <p>Albahafsch est Æthiopia. 392</p> <p>Albertinus, diminutivum Alberti. 380</p> <p>Aleuinus (Flaccus) cum Albino confunditur. 127</p> <p>Aldebara a Luna occultata. 19</p> <p>Alemandi Hist. Monastica Historie Anglice versio. 344</p> <p>Alexandri Abb. Celestini res gesta Rogerii R. Sic. 153</p> <p style="padding-left: 2em;">Medicei vitia. 161</p> <p>Algenkini ut Iroquensibus subiecti? 185</p> <p>Americanorum persuasio de reditu in patriam post mortem. 189</p> <p>De Amico (Ant.) de Syracusarum antiquo Archi-Episcopatu liber. 152</p> <p style="text-align: right;">De</p>
-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------

INDEX RERUM.

<i>De Amphycitionum gente Diff.</i>	210	<i>Annatarum injustitia.</i>	335
<i>Anastasi Bibli. Chron. Casinense.</i>	50	<i>Annibalis castra ad Rodanum.</i>	206
<i>Vita Pontif. recu-</i>		<i>Anthropomorphisimi causa.</i>	316
<i>sa.</i>	377	<i>dogmata.</i>	316
<i>scripta varia.</i>	378	<i>Anthropomorphitæ notati.</i>	115
<i>Andræ Presb. Chron. generale.</i>	325	<i>Antiheneticon.</i>	529
<i>(Sam.) Diff. de Bogom-</i>	328	<i>Antillanarum descriptio.</i>	187
<i>malis.</i>	328	<i>Antimonij sulphuris aurati</i>	
<i>S. Andræ Apostoli in Scotiam</i>		<i>efficacia.</i>	540
<i>translatio.</i>	212	<i>Antiquarius inter officiales Hi-</i>	
<i>miraculum in Sco-</i>		<i>bernæ.</i>	435
<i>tia.</i>	213	<i>Antonini Pii decretum contra</i>	
<i>Universitas in Sco-</i>		<i>dominum, servum durius ha-</i>	
<i>tia quando fundata?</i>	214	<i>bentem.</i>	354
<i>Anemometra varia.</i>	119. 303	<i>Apollinaristæ proximi Eury-</i>	
<i>Angeli num materiales?</i>	88	<i>chianis.</i>	421
<i>num ad imaginem Dei</i>		<i>Apoplexia serosa extincti se-</i>	
<i>creati?</i>	88	<i>ctio.</i>	70
<i>In Anglia beneficiorum Eccl.</i>		<i>Appetituum directio.</i>	496
<i>summa.</i>	383	<i>Approximationis Geometricæ</i>	
<i>Ad Anglicanæ Eccl. reformati-</i>		<i>exemplum.</i>	504
<i>onem spectantia monumen-</i>		<i>Apulejus quo tempore vixerit?</i>	
<i>ta.</i>	330		253
<i>Anima corporea Patribus cre-</i>		<i>Aqua cur in glaciem abeat?</i>	192
<i>dita.</i>	47	<i>fluvii corpora lapide ob-</i>	
<i>Animæ immortalitas a Cim-</i>		<i>ducens.</i>	502
<i>bris gentilibus credita.</i>	96	<i>lapideam crustam corpo-</i>	
<i>operationes e quo prin-</i>		<i>rum solvens.</i>	502
<i>cipio possint explicari?</i>	318	<i>submersi auatome.</i>	538
<i>num tribui possit actio</i>		<i>Aquæ pluvialis A. 1717 quanti-</i>	
<i>physica in corpus?</i>	322	<i>tas.</i>	13
<i>De Animæ stabilitate Tr.</i>	485	<i>utilitates.</i>	115
<i>De Anima veterum sententia.</i>		<i>fluentis quantitas ut de-</i>	
	417	<i>terminanda?</i>	120
<i>Animalcula in liquoribus ob-</i>		<i>minerales Parisienses.</i>	503
<i>servata.</i>	13	<i>frigida vires ad omnes</i>	
<i>Animalia cur ab Ægyptiis cul-</i>		<i>morbos.</i>	512
<i>ta?</i>	210	<i>Aquarum molendina agitanti-</i>	
<i>Annæ Mariæ Ludovicæ, Ga-</i>		<i>um mensura.</i>	120
<i>stionis D. Aurel. Filia, Satyræ</i>		<i>examina.</i>	303
<i>due.</i>	167		libel.

INDEX RERUM.

<i>libellatio.</i>	303	Athanasius <i>defensus.</i>	422
Aqua <i>submersi anatome.</i>	538	Atheismi <i>fundamentum.</i>	312
Aquæductuum <i>ratio.</i>	304	Atmosphære <i>Lunaris deficien-</i>	
Arabica <i>marmora.</i>	8.9	<i>tis indicia.</i>	506
Ararat <i>mons unde dictus?</i>	438	Atrophia <i>cum boëtica denati</i>	
Arbores <i>hyeme fructum seren-</i>		<i>Anatome.</i>	539
<i>tes.</i>	501	<i>Ad Atrophiâ bernicæ vis.</i>	540
Archintæ (<i>Car.</i>) <i>elogium.</i>	3.	Attributa <i>divina ex contingen-</i>	
Areopagita (<i>Dion.</i>) <i>defensus.</i>	423	<i>tiâ universi deducenda.</i>	109
Aretii (<i>Cl. Mar.</i>) <i>de situ Sicilia.</i>		<i>ex contempla-</i>	
	8.152	<i>tione mundi derivata.</i>	112
Aretinus (<i>Leonb.</i>) <i>vindicatus.</i>	5	<i>prima possibi-</i>	
Argelatus (<i>Phil.</i>) <i>laudatus.</i>	1	<i>lia.</i>	314
De Argentina (<i>Nic.</i>) <i>Dial. de</i>		Augusti II <i>R. Pol. circa specta-</i>	
<i>recto studiorum fine & ordi-</i>		<i>cula cura laudata.</i>	40
<i>ne.</i>	486	Per Aures <i>subula perforatas</i>	
Argonautarum <i>catalogus.</i>	284	<i>quid denotetur in Scriptura?</i>	
In Aristotelem <i>invectiva.</i>	25		171
De Armeniæ <i>Regum origine</i>		Aurora <i>borealis inter duo nu-</i>	
<i>Tr.</i>	436 sq.	<i>bium strata observata.</i>	12
Armenorum <i>origo.</i>	437	Auroræ <i>borealis phenomenon</i>	
De Armenis <i>a jugo liberandis</i>		<i>singulare.</i>	499
<i>prædictio.</i>	438	Azazel, <i>diabolus.</i>	172
Arniciæ <i>vis ad atrophiâ & be-</i>			
<i>cticam.</i>	540	Bælius (<i>Petrus</i>) <i>refutatus.</i>	
Arnulfi <i>Mediol. Hist. sui tem-</i>			144. 389
<i>poris.</i>	379	Balsacius <i>mortem sibi con-</i>	
<i>Sagiensis de schismate</i>		<i>scivit.</i>	168
<i>post Honorii II decessum Tr.</i>	379	Baptisimus <i>Judaorum V. T. re-</i>	
Arretinus <i>ager.</i>	248	<i>jectus.</i>	216
Artopœus (<i>Jo. Christoph.</i>) <i>Au-</i>		<i>unde derivandus?</i>	217
<i>tor Hist. Eccl. Gothana.</i>	394	In Baptismo <i>exorcismus omni-</i>	
Assyriacæ <i>Monarchiæ historia.</i>		<i>tendus.</i>	372
	210	Baronius (<i>Cæs.</i>) <i>notatus.</i>	5
<i>fabula.</i>	489	Baronii (<i>Cæs.</i>) <i>Tr. de Monar-</i>	
Astrologorum <i>fundamenta.</i>	228	<i>chia Sicilia & ejus Apologia.</i>	
Astronomiæ <i>inferioris cum su-</i>			153
<i>periore harmonia & vincu-</i>		Baronii (<i>Franc.</i>) <i>Diff. contra</i>	
<i>lum.</i>	539	<i>Ant. de Amico.</i>	152
Afyla.	206	De S. Bartholomæi <i>morte sen-</i>	
		<i>tentiæ diversa.</i>	129
		Basia <i>ad cultum Deorum spe-</i>	
		<i>ctant.</i>	206
		A a a a	Basnagii

INDEX RERUM.

Basnagii (Jac.) <i>Hist. Apollina-</i> <i>ris.</i> 328	Blanci (Hor.) <i>in literas merita.</i> 3. 4. 56
Bavariæ Elector defensus. 525	<i>nota in Laudulphus</i> <i>Mediol.</i> 380
Baxter (Wilb.) <i>Glossarium An-</i> <i>tiqu. Britann. commenda-</i> <i>tum.</i> 429	Bœchmerus (Just. Henning.) <i>laudatus.</i> 367. 374
Beda cur Venerabilis dictus? 129	Bœerii (Petri) <i>nota in Anastasi-</i> <i>um Bibl. desiderata.</i> 378
Beda Venerab. <i>Vita tres.</i> 126	Boileau (Nic.) <i>nativitas &</i> <i>mors.</i> 209
Bellegardius notatus. 385	Boleniæ (Annæ) <i>in Volsesum o-</i> <i>dium unde?</i> 334
<i>refutatus.</i> 387 sq.	Bombergii (Dan.) <i>in typogra-</i> <i>phiam impensa enormes.</i> 102
S. Benedicti <i>vita.</i> 383	A. S. Bonifacio num scriptus co- <i>dex Evangeliorum Fuldenfis?</i> 55
Beneficiorum Eccl. <i>in Anglia</i> <i>summa.</i> 383	De Bononeno nummo <i>Diff.</i> 470
Bene valete, <i>formula, quando</i> <i>recepta in bullis Pontif.</i> 50	Bononiensis <i>Scientiarum Insti-</i> <i>tuti novi historia.</i> 25
De Benignis (Amadeus) <i>quis?</i> 156	Bonorum <i>cummunio gentibus</i> <i>recepta.</i> 418
De Berengarii <i>laudibus Car-</i> <i>men.</i> 50	Bœrellus (Alph.) <i>notatus.</i> 347
Bernriedensis (Pauli) <i>vita Gre-</i> <i>gorii VII.</i> 379	De Boruffiæ <i>scriptoribus judi-</i> <i>cia.</i> 270
Bertiniani <i>Annales.</i> 51	Bos (Lamb.) <i>quo anno mortuus?</i> 195
Bessarionis <i>Epistola ad Mich.</i> <i>Apostolium.</i> 209	Botanica <i>promota.</i> 18
Bestia melis <i>quid?</i> 290	Bottenburgi <i>Chronicon.</i> 264
Betha <i>quid?</i> 166	Boulart de Sillery (Fabis) <i>na-</i> <i>tivitas & mors.</i> 209
Bettina, J. V. <i>Doctor.</i> 240	Bourdalin (Fr.) <i>nativitas &</i> <i>mors.</i> 209
Bezoardici <i>usus genuinus.</i> 228	Brachii <i>amputatio.</i> 538
Biblia <i>unde dicta?</i> 486	Brandenburgensium <i>cum Co-</i> <i>lumnensibus consanguinitas.</i> 131
Biblicorum <i>conciliatorum hi-</i> <i>storia.</i> 457	Brenneri (Henr.) <i>fata adversa.</i> 437
S. Bibliorum <i>Codices supra 4500</i> <i>impressi & manuscripti.</i> 194	Breviaria <i>unde dicta?</i> 492
Bibliotheca Ducis Chandosi <i>in</i> <i>Hibernia commodata.</i> 428	Brigenfia <i>feuda cur in allodia</i> <i>versa?</i> 165
<i>Fuldenfis.</i> 54	
<i>Schurzsteifsbiana.</i> 276	
<i>Quedlinburgensis.</i> 276	
<i>Sacra.</i> 193	
Bilderbeckius notatus. 223	

Bruno:

INDEX RERUM.

Brunonis (Th.) <i>Judicium de</i>	<i>Caloris utilitas.</i>	116
<i>Autore Canon. & Constit. A-</i>	<i>Calx in Guadelupia qualis?</i>	188
<i>postol.</i>	<i>Cancrorum exuvia examinata.</i>	15
Bruta <i>cur occidere liceat?</i>	Canones <i>Apostolici quo Seculo</i>	523
Buddeus (Jo. Fr.) <i>refutatus.</i>	<i>scripti?</i>	107
Bullfingeri (Ge. Bern.) <i>elogium.</i>	<i>Canonium Jus olim civile</i>	106
	<i>prælatum.</i>	132
Bulla <i>aurea pueri Romani.</i>	<i>De Cantu Eccl. Dissertatio.</i>	126
Bulli (Gregorii) <i>elogium.</i>	Capellani (Petri) <i>avaritia,</i>	98
Burmamnus (Petr.) <i>laudatus.</i>	<i>mortis causa.</i>	169
281. ff.	<i>De Capellani (P.) Puella judi-</i>	168
<i>Bibl. Leidensi præ-</i>	<i>cium.</i>	168
<i>fectus.</i>	<i>Ex Capillorum cultura viter.</i>	228
Byzynie (Laur.) <i>Diarium belli</i>	<i>Capitis demissio ut fiat?</i>	502
<i>Huffit.</i>	<i>Capitulorum jura expensa.</i>	369
	Caraxæ (Placidi) <i>Sicilia descri-</i>	152
C <i>Achou quid sit?</i>	<i>ptio.</i>	152
<i>Cæfareæ dignitas Russo-</i>	Caristii (Dioclis) <i>Epistola ad</i>	517
<i>rum Monarchæ Poloniæ</i>	<i>Antiochum Regem.</i>	517
<i>ut possit esse præjudicio?</i>	Carnevalis <i>denominatio varia.</i>	40
<i>Cæsaris electio corruptioni ob-</i>	Carolus Ludovicus <i>El. Pal. pro-</i>	165
<i>noxia.</i>	<i>missis Gallorum frustra solli-</i>	165
Cajetani (P. Octavii) <i>Isagoge</i>	<i>citatus.</i>	165
<i>ad Hist. Siculam.</i>	Caroli M. <i>contra Wilzos gesta.</i>	414
(Constantii) <i>Comm.</i>	Caroli I R. A. <i>nummorum in-</i>	431
<i>in Pandulfi Pisani vitam Pa-</i>	<i>scriptio</i>	431
<i>schalis II.</i>	Caroli V <i>Imp. post Metas fru-</i>	339
Calipharum <i>series.</i>	<i>stra tentatas status tristis.</i>	339
Calculus <i>vesicæ in aqua fluviæ</i>	CAROLI VI <i>Imp. elogium.</i>	1
<i>Vesuntini solvitur.</i>	<i>In Casauboni (Is.) Epistolas cla-</i>	492
<i>ex urethra sectione ex-</i>	<i>vis.</i>	492
<i>emptus.</i>	Casinense <i>Chron. Leonis Card.</i>	381
Calculi <i>ex fellis folliculo per al-</i>	<i>De Castitate veterum sententia.</i>	419
<i>vum extracti.</i>	Catabaptistæ <i>ab Anabaptistis</i>	216
<i>ut in fellis folliculo ge-</i>	<i>diversi.</i>	216
<i>nerentur?</i>	Aaa a 2	Catechis-
Calculorum <i>vesicæ solutio.</i>		
Calenda, <i>salvationis lascivæ</i>		
<i>genus in America.</i>		
Calendarii <i>Judaici vetustissimi</i>		
<i>autor Adamus aut Meser.</i>		
Calor & <i>frigus non edunt con-</i>		
<i>trarios effectus.</i>		

INDEX RERUM.

<p>Catechismus Romanus a quibus compositus? 493</p> <p>Catenarum problema denuo propositum. 366</p> <p>Catholici nomen Francia Regibus concessum. 53</p> <p>Catholica d'Espagne Satyra, auctores varii. 163</p> <p>Catrou Hist. Romana promissa. 280</p> <p>Cebetis Tabula Cebetis non est. 207</p> <p>De Ceccano (Jo.) Chron. Fosse Novae. 8</p> <p>Celesini (Al. de Rogerio R. Sic. 10</p> <p>Cellarius (Christoph.) notatus. 4</p> <p>Cellarii (Chr.) Rabbiniismus. 82</p> <p>Celsus (Aur. Corn.) vindicatus. 287</p> <p>Celsi (Henr. Corn.) Rhetorica emendata. 486</p> <p>De Centauris fabula. 206</p> <p>Cerdarum jus ut in Borbonis transferret? 388</p> <p>Cerei Paschales benedicti. 181</p> <p>Cereydnianum magistrorum Pontifices sibi vindicant. 167</p> <p>Cereris sacra tabula. 27</p> <p>Certitudo duplex. 232</p> <p>Chandosii Ducis in Hibernia Bibliotheca commendata. 428</p> <p>Chapelle, Hubierii notus. 168</p> <p>De Charitibus Dissertatio. 210</p> <p>Charta quando inventa? 102</p> <p>Cheki (Jo.) tristia fata. 341</p> <p>Chemicarum veterum Catalogus. 517</p> <p>Du Chesne (Andr.) mors fatalis. 169</p>	<p>Chique, infectum in cute humana. 189</p> <p>Chirurgicum instrumentum singulare. 16</p> <p>Chirurgorum veterum Catalogus. 517</p> <p>Cholera sicca ab excrementa intestini recti. 539</p> <p>Chordapli theoria. 539</p> <p>Christus quando natus? 126. 181</p> <p>Deus carnifer dictus. 422</p> <p>quo pretio venditus? 471</p> <p>a Florentinis in Regem electus. 158</p> <p>quo tempore mortuus? 181</p> <p>Christi sacerdotium juxta ordinem Melchisedech explicatum. 76 ff.</p> <p>monogramma. 208</p> <p>passionalia V. T. 458</p> <p>mortem qui typi precesserint? 459</p> <p>mortis annus, mensis & dies determinari nequeunt. 181</p> <p>sanguis inter reliquias qualis? 182</p> <p>lacryma in reliquiis. 182</p> <p>columba superflua. 182</p> <p>De Christi Lancea historia vera. 182</p> <p>De Christo Theologo imitando Orat. 176</p> <p>testimonium Josephi genuinum. 18</p> <p>De S. Christina fabula. 129</p> <p>Christophori Patriarchae Alex. Paravensis in usum animarum. 517</p> <p style="text-align: right;">Chrysolto-</p>
----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------

INDEX RERUM.

Chrysoſtomi <i>Epist. ad Casari-</i>	Cochlearum <i>congeries in terra</i>
<i>um spuria.</i> 424	<i>continenti reperta.</i> 499
De Chwalkowski (Nic.) <i>scri-</i>	Codex <i>Theodos. MS. Herbipoli</i>
<i>ptis iudicium.</i> 272	<i>detectus.</i> 56
Chymica <i>præjudicia notata.</i>	Codicis <i>editiones recensita.</i> 516
503	Codices <i>MS. Fuldenses veteres</i>
Chymicæ <i>tabula singularis.</i> 16	<i>tres.</i> 54
Ciampini (Jo.) <i>Examen libri</i>	<i>Bibl. Schurzstet-</i>
<i>Pontif.</i> 379	<i>schiana.</i> 276
Ciceronis <i>Quæst. Tusc. editio</i>	<i>Quedlinburg.</i>
<i>nova promissa.</i> 376	276
Cimbricæ <i>Theologia gentilis</i>	De S. <i>Cœna doctrina P. Marty-</i>
<i>specimen.</i> 95 ff.	<i>ris.</i> 338
Circuli <i>quadratura mechni-</i>	Coitus <i>quinam secundus?</i> 408
<i>ca.</i> 504	Collegia <i>pietatis probata.</i> 45
Circulatio <i>sanguinis a quadam</i>	Com. <i>Colloredi (Hier.) in lite-</i>
<i>difficultate liberata.</i> 14	<i>ras merita.</i> 3
<i>in membro</i>	Coloribus <i>distincti Hibernia</i>
<i>corporis ope instrumenti ut</i>	<i>status.</i> 434
<i>suspendatur?</i> 16	Columellæ <i>de re rustica ed. no-</i>
Cianricardi <i>March. Commem-</i>	<i>va promissa.</i> 376
<i>tarii suspecti.</i> 429 sq.	Columnæ <i>milliæres.</i> 208
Classis <i>invincibilis quo duce sol-</i>	Columnæ <i>(Africanæ) iudicium</i>
<i>verit?</i> 388	<i>de Baroni Monarchia Sici-</i>
Clausura <i>quid notet in diplom.</i>	<i>liæ.</i> 153
266	Columnnensium <i>cum Marchio-</i>
Clementis IV <i>in Conradinum</i>	<i>nibus Brandeb. consanguini-</i>
<i>odium.</i> 53	<i>tas.</i> 131
Clericorum <i>iura expensa.</i> 369	De <i>Cometarum recursu obser-</i>
Clericus (Jo.) <i>notatus.</i> 80	<i>vatio.</i> 147
<i>Cymbalum hujus secu-</i>	Competentes <i>in Eccl. Lat. qui-</i>
<i>li.</i> 285	<i>nam?</i> 203
Clerici (Jo.) <i>Diss. de Constit. A-</i>	Confucius <i>non multum abfuit a</i>
<i>post.</i> 523	<i>theoria Wolfiana dignoscen-</i>
<i>Diss. de Ignatii Epistolis.</i>	<i>di hominum mores.</i> 495
523	Confucii <i>cum Wolfo in mora-</i>
Cluverius (Phil.) <i>notatus.</i> 4	<i>libus tonsensus.</i> 495
Cluverii (Phil.) <i>Sicilia anti-</i>	Congelationum <i>differentia.</i>
<i>qua.</i> 152	192
Clysteres <i>nutrientes quis pri-</i>	Conradi IV <i>Imp. Epistola.</i> 11
<i>mus descripserit?</i> 687	Conradini <i>Princ. Epistola.</i> 11
Coccejanorum <i>exegeſis typica</i>	<i>In Conradinum odium Clemen-</i>
<i>violenta.</i> 526	<i>tis IV.</i> 53

INDEX RERUM

Conrart <i>studii non incubuit.</i>	168	Creationis mundi ab eterno possibilitas num defendi pos- sit?	313
Consequentia quantum contra hypoteses valeant?	317	Criteria non fallacia num den- tur?	234
Conscientia libertas num ha- reticis per Pacem Relig. ne- gata?	368	Criticae definitio.	309
De Conscientia libertatis jure Diff.	367	De Criticae regulis & usu me- ditata.	180
De Constantia, Friderici II Imp. matris, puerperio fabula re- futata.	155	Crucis Christi titulus Roma in- ter reliquias.	182
Contingentia universi ut probe- tur?	109	Cryptae quid sint?	92 93
Contingentium veritas inde- terminata unde?	315	Culdees Hibernis quanam?	429
Contii (Ant.) Chronologia Im- perii Justiniani.	516	Cultri in sacrificiis usus.	208
In Convulsionibus frigida usus.	513	Cultus divini notio Wolfiana commendata.	108
Copau, arboris, olei vis medica.	188	externi norma.	486
Corona Irlandica ad formam pilei.	432	Cumbricæ Reges Scotia Regibus successores dati.	213
Coronæ Longobardica tres.	6	Cunei vires ut examinanda?	118
Corpora a sua forma apparen- te dissident.	112	Cunigi quanam?	75
Corporum caelestium actio pri- mativa in se invicem.	467	Cuperi (Gib.) nativitas & mors.	209
evidentium mensura.	120	De Curbio (Nic.) vita Gregorii X. Pont.	379
gravium descendentium proprietates communes.	507	De Cursu veterum Diff.	210
Correctorum catalogus.	103	Curvarum e sectionibus sphaerae per eorum prodeuntium con- structio.	442
Costarum mechanica & usus.	502	Custos ventri cur olim positus?	257
Coventriensis historia.	215	Cutis quid sensu mystico?	174
Cranmeri (Th.) Archiep. Cant. retractatio sexies repetita.	340 341	Cybeles mysteria in Gallia.	409
Creatio ex nihilo unde probe- tur?	314	Cyclopes, primi Sicilia incolae.	155
		Cygni Virgilio dicti Poeta.	148
		cur cantare fingantur?	148
		Cyrenæ urbis origo.	210
		Czar num idem sit ac Keyser?	66
		D Annarii non sunt moneta, qua Christus venditus.	471
		moneta imaginaria.	471
		Dearum	

INDEX RERUM.

Dies rogationum, stationum &c.	204	Eduardi VI R. A. tuoles prae- cellens.	337
Dieffense Chronicon.	264		mors ut procurata? 339
Dii Homeri.	210	Egrensis terra olim fuit Impe- rii.	132
Dihuviana hypothesis in fossili- bus figuratis explicandis re- futata.	499	Electrionæ sorore: quid notent?	75
Dimovere pro movere.	289	Ab Elswich (Jo. Henr.) Dissert. tres de Melchisedeco commen- data.	78
Dioclis Caristii Epist. ad Antio- chum Regem.	517	Elaterum in horologiis ratio.	120
Dionysii Alexandrini Epistola ad Paulum Samosspuria.	424	Electores Imperii ab Ottone III Imp. instituti.	266
Diplovatatii (Th.) vita Bartoli Jc.	516	Elwacense Chronicon.	326
Doctoris titulus an femina conveniat?	239	Embryulicæ operatio.	538
Dodwelhus (Henr.) refutatus.	57-58	Engelberti Speculum virtutum.	483
Dolce (Lud.) notatus.	238		Vita & mors. 483
Dominus quis dicatur in jure?	261	In Ente quamam distinguenda?	313
Dosia (Maria Victoria Delphi- na) Doctoris Juris insignia capeffit.	239	Ephemerides Literaria recen- sita.	526
Dosithei Grammatici Senten- tia & Epistola D. Adriani.	516	Anti-Epilepticum.	189
Dragewithi castrum ubi?	414	Epistolæ I Pauli ad Timoth. in- scriptio in vet. Codice.	56
Drulii (Jo.) Tr. de particulis Chald. &c.	82	Equitum Teutonicorum statuta.	264
Dugdale (Guil.) Monasticon Angl. continuatum.	382	Erasmi Paraphrases N. T. An- glicæ versæ.	337
E cclésiæ Romana corruptio.	397	Erath (A. J. J. J.) Vindicia di- plomatis Ottonis III Imp.	265
	fata nupera. 398	Erchemperti Chron. Longo- bardicum.	50
Ecclesiasticis bene convenit cum scepticis.	236	Eridanus est Duna fluvius.	175
Eclipsium Solarium projectio.	18	Essentiarum necessitas num sa- tum Stoicum inferat?	313
	ratio finalis. 113		notio evoluta. 315
Eduardi I & II R. A. nummi ut distinguenti?	431	Ethica Scholastica.	483
		Evangelicorum in Hibernia cadet.	429
			Evangelicorum in Hibernia cadet. 429

INDEX RERUM.

Evangeliorum Codicibus MS.	Ferri minerarum genesis.	13
Hiberni Historias suas alle-	Fertilitatis signa.	114
verunt.	De Festis veterum Christiano-	
429	rum Disqu.	201
Eutychnianismus ante Euty-	Feudi Silesiaci singularis colla-	
chen.	tio.	135
Eutychni apologia promissa.	Fibrarum carnearum structu-	
420	ra.	348
Excommunicationis sublata	motricium structura	
ritus singularis.	vesicularis impugnata.	48 ff.
268	Fictionibus in inveniendolocus.	
Existentiæ entium omnium		
ratio.		317
314	Filadha, Poeta Hiberni.	428
Exorcismus in baptismo omit-	Filingerius (Jo.) laudatus.	8. 11
tendus.	Fines rerum naturalium quibus	
172	Finiti definitio Spinosiana resu-	
De Exponendi liberos jure Diff.	tata.	456
250	Fischeri Ep. Roffens. contra Lu-	
Ezelinus, diminutivum ex He-	therum scriptorum Syntag-	
zil.	ma.	331
380	Fisci jura non competunt Ord-	
Faber (Tanaqu.) notatur.	nibus Silesia.	454
98	Domino	
Fagonii (Guid. Crescentii) elo-	mediato, sed supremo.	455
gium.	Fistulæ ani operationes felices.	
22	538	
Falcandi (Hug.) Hist. Sicula.	Fixæ a Luna occultata pheno-	
10	menon singulare.	19
154	occultatio singularis.	506
elogium	Fixarum fines.	309
154	influxus rejectus.	112
Falconis Beneventani Chroni-	finis elusus.	113
con.	Flacci (C. Val.) character.	283
10. 50	Flagitia & facinora ut disse-	
Familix regimen quale esse de-	rant?	247
beat?	O. Flahertus explosus.	430
496	Flammæ (Gualvanæ) atas &	
Fatum quid sit?	scripta.	3
320. 321	Florentina Historia nova.	155
Fati origo unde?	Florentini ut Casari subjecti?	
321	159	
De Fato sententia non repugnat	Florentinorum Rex ipse Chri-	
Dei providentiæ aut libero	stus.	158
arbitrio.		
418		
Fauslus, prestigiator, num vi-		
xerit?		
490		
De la Faye (Jo. Elia Linget) elo-		
gium.		
21		
Fazelli (Th.) res Sicula.		
153		
E Fellis folliculo extracti cal-		
culi ut generentur?		
536		
Femoris vulnus sclopetarium		
cum fractura ossis.		
538		
Fergusii III R. Scot. fata.		
212		

INDEX RERUM.

<i>En</i> Floribus pulvis, staminum apicibus adherens, examinatus. 409	Frisiorum Apostoli. 128 & Saxonum olim mores similes. 142
Florus (L. A.) emendatus. 487	Fuldense Diptychon. 52
Fluidorum vis in planum exercita. 13	Fulgura num commodum afferant hominibus? 115
Fluor albus cur endemicus Berolini? 538	Fulminis cultus apud veteres. 206
Fluvii incrementa & decrementa observata. 500	Furta publice laudata. 335
Gallia auriferi. 13	Fuxensis Anon. gesta Innocentii III. 11
singulares. 502	G ale (Th.) in Bedæ H. E. memoria. 125
Fluxus & refluxus maris phenomena singularia. 499	epitaphium. 214
Fœminarum usum promiscuum quinam statuerint? 204	Galland (Ant.) natiuitas & mors. 209
De Fœminis eruditissimis Italici scriptores. 240	Galliæ Dictionarium promissum. 374
De la Fontaine (Jo.) vita. 47. ff.	Reges cur Hispanos precedant? 388
Fontanus (Justus). 7	Gardinerii in Cardinalium confesso Oratio pathetica. 333
Fontes ut investigentur? 393	Gaudium in officio commendatum. 496
Fontium origo unde? 303	Gellius (A.) illustratus. 402
Fornicatio inter mysteria religionis ab Hereticis recepta. 204	Genæ fistula cum carie profunda ostium. 538
Fortunæ secunda & aduersa definitio. 323	Genealogiæ apud Hibernos cura. 436
Fossilium usus. 116	Genealogici Hispania Scriptores recensiti. 273
figuratorum studium nimium. 499	ab A. 1682 editi. 274
exemplum singulare. 499	Genebrardi (Gilb.) Isagoge Rabbinica. 82
Frater Regis pro Filio successit olim in Scotia Regno. 212	Meditat. & Tabulæ Rabb. 82
Free willers, in Anglia heretici. 341	Generatio hominis non fit per animalcula spermatica. 405
Friderici II Imp. Epistola & Testamentum. 11	fit per ovum. 406
De Friderico II Imp. singularia. 379	De Generatione hominis. Discursus. 404
Frigus in quo consistat? 512	11
& calor non edunt effectus contrarios. 512	

INDEX RERUM.

- | | |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p><i>In Genesin Observationes F. G. Bierlingii.</i> 491</p> <p><i>De Genes, Comitibus, inventa.</i> 190 sq.</p> <p><i>S. Genovesa, Lutetia Patrona, in locum Isidis substituta.</i> 93</p> <p><i>S. Genovesæ nomen unde? cultus & templum.</i> 92. 94</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>autoritas.</i> 93</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>feſta.</i> 94</p> <p><i>Geographicarum mapparum Historiæ & Scægraphia.</i> 138</p> <p><i>Georgiæ Principum Series.</i> 437</p> <p><i>De S. Germano (Richardi) Chronicon.</i> 11</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>in Frider. II</i></p> <p style="padding-left: 2em;"><i>Imp. amor.</i> 11</p> <p><i>Gibellini unde dicti?</i> 155</p> <p><i>A Gigantibus pleræque gentes profapiam ducunt.</i> 155</p> <p><i>De Gigantibus conjectura.</i> 207</p> <p><i>Gildas quis?</i> 128</p> <p><i>Ginseng, plantæ, descriptio.</i> 17</p> <p><i>Giraldus Camb. notatus.</i> 429</p> <p><i>De Glacie Dissertatio.</i> 191</p> <p><i>Glaciei formatio & phenomēna.</i> 192</p> <p><i>Glandularum sublinguarium descriptio.</i> 292</p> <p><i>Glastenburienses Monachi, docti.</i> 428</p> <p><i>Gloriæ definitio.</i> 484</p> <p><i>Gnoimenes Astronomici.</i> 207</p> <p><i>Gœzii (Ge. Henr.) Diss. de Macedonianis.</i> 328</p> <p><i>Gorgonidum historia.</i> 210</p> <p><i>Gozzadina (Bitisia) J. V. Doctor.</i> 239</p> <p><i>Græcæ Ecclesiæ status modernus.</i> 396</p> <p><i>Grævius (Jo. Ge.) notatus.</i> 238</p> <p><i>Grando num noctu cadat?</i> 148</p> | <p><i>Gratianus Lucius, vero nomine Jo. Lynch.</i> 429</p> <p><i>Gravitas universalis defenſa.</i> 461 sq.</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>a centro ad peripheriam decreſcens rejicitur.</i> 465</p> <p><i>Gravitatis motus qualis?</i> 462</p> <p><i>Gravitatio omnis corporis quæquæverſum.</i> 464</p> <p><i>S. Gregorius, patronus literarum diſcentium.</i> 128</p> <p><i>Griffoviense diplomatarium.</i> 166</p> <p><i>Grotii (H.) Explicatio Nominum Gothicorum. &c.</i> 5</p> <p><i>Gründler (Jo. Ern.) quo anno mortuus?</i> 195</p> <p><i>Gruterus (Janus) notatus.</i> 245</p> <p><i>Guelfi unde dicti?</i> 155</p> <p><i>Gulielmi Apuli Poëta.</i> 9 sq.</p> <p><i>Guthembergi (Jo.) typographi, fata adverſa.</i> 102</p> <p>H <i>Adrianus VI Pont. ab Adriano Cardinali diverſus.</i> 84</p> <p><i>Hafenrefferus rationem quadrati ad circulum unde deduxerit?</i> 140</p> <p><i>De Hagiotheodreti (Nic.) obitu Epistola.</i> 516</p> <p><i>Halæ num Academiam anti-Vitembergensem condere voluerit Albertus Archiep. Magdeburgensis.</i> 130</p> <p><i>Harduinus (Jo.) notatus.</i> 146</p> <p style="padding-left: 2em;">147. 149. 150. 183</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>laudatus.</i> 145</p> <p style="padding-left: 2em;">146</p> <p><i>Harduini (Jo.) promissa.</i> 146</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>Latinitas notata.</i> 146</p> |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

INDEX RERUM.

De Harlæo (Fr.) <i>judicium finis-</i> <i>trum.</i> 168	Hesychii <i>editio nova promissa.</i> 374
Harmonia <i>præstabilita impu-</i> <i>gnata & vindicata.</i> 322. 323	Hibernia <i>Sanctorum Insula.</i> 342
Harmoniarum <i>Biblicarum</i> <i>Scriptores.</i> 457	Hiberniæ <i>Sancti quot clerico-</i> <i>rum regul. ordines institue-</i> <i>rint?</i> 343
Hebdomas <i>magna jejunii ut</i> <i>celebrata?</i> 203	<i>Charta Geographica.</i> 344
Hebrææ <i>linguæ origines.</i> 392	<i>Legum Collectiones.</i> 430
Hebraica <i>Lexica.</i> 526	<i>Chronica vetusta.</i> 433
Hebraicæ <i>Grammatica.</i> 526	<i>nomina varia, eorum-</i> <i>que origo.</i> 433
Ad Hæcticam <i>vis arnica.</i> 540	<i>officiales.</i> 435
Hegjas & Hagjas <i>differunt.</i> 392	<i>Status coloribus di-</i> <i>stincti.</i> 434
Heisterus (Laur.) <i>laudatus.</i> 287	<i>Regum & nobilium</i> <i>Genealogia ut servata?</i> 436
Helyoti <i>Diff. de monast. vitæ</i> <i>origine.</i> 383	<i>Academiarum vete-</i> <i>rum flor.</i> 428. 436
Heneticon <i>ex Antibenetico.</i> 529	Hiberni <i>ab objectis criminibus</i> <i>defensi.</i> 432
Henrici V <i>Imp. de patre quere-</i> <i>la.</i> 53	<i>Poeseos studiosi.</i> 434
Henricus VIII <i>R. A. Ferdinan-</i> <i>dum Archid. in Lutherum</i> <i>incitat.</i> 332	<i>quando insignia rece-</i> <i>perint?</i> 430
Henrici VIII <i>A. R. in Wolfejum</i> <i>favor fascino promotus.</i> 330	Hibernorum <i>Apostoli.</i> 342
334	<i>circa historiam cu-</i> <i>ra.</i> 430. 434
Hepatis <i>scirrhus in icterico.</i> 525	Hibernica <i>lingua Septentriona-</i> <i>lium omnium mater.</i> 428
Heraldici <i>Hispaniæ Scriptores.</i> 273	Hibernicum <i>Monasticum.</i> 391 sq.
Herbipolensis <i>cleri privilegium</i> <i>singulare.</i> 53	Hiems <i>admodum lenis.</i> 501
Hercules <i>cur parva statura fin-</i> <i>gatur?</i> 283	Hircus <i>emissarius quid notet?</i> 173
Herden (Eitelfridr. von) <i>csi Ru-</i> <i>dolph. Heyden.</i> 224	De la Hire (Phil.) <i>elogium.</i> 20
Hermæ <i>scripta.</i> 92	Hispaniæ <i>Historia nova.</i> 385
Hermaphroditi <i>exemplum.</i> 502	Hispanica <i>Bibl. Geneal. Heral-</i> <i>dica.</i> 272
Herniæ <i>in carceratæ non sine</i> <i>amputatione.</i> 538	Ob Hispanicam <i>successionem ge-</i> <i>sta.</i> 524
Heroum <i>Ægypti habitu s.</i> 20	Historiæ <i>Eccl. scriptores recen-</i> <i>tiore.</i> 515
Helperidum <i>historia.</i> 210	Historiæ

INDEX RERUM.

Historiæ Eccl. studium a Pontificiis promotum.	398	In Hungarica lingua Scythicæ vestigia.	101
Historici veteres Latini recensiti.	85	Hustitici belli historia.	165
Septici.	488	Ab Hutten (Christoph. Frid.) hodie Episcopi Herbipol. elogium.	56
Historicorum virtutes.	489	in inveniendis MSC.	
De Historico Pyrrhonismo Diff.	488	Herbipol. felicitas.	56
Judicio Diff.	488	Hypotheses quousque toleranda?	317
Hobartus (Th.) laudatus.	8. 9	Hypothesium in demonstranda existentia Dei usus.	312
Homerus defensus.	147. 210	Jacobi II R. A. nummorum inscriptio.	431
Homeri Ilias MS.	276	Jaurenzia feuda in allodium versa.	165
editio Florent. A. 1488		Ibericæ Principum Series.	437
laudata.	276	Ichthyocollæ in injectionibus Anatomicis usus.	16
codex chartaceus ante annos 800 scriptus.	103	Icteri causa.	534
In Homerum Scholia inedita.	515	Icteria phibisis.	532
Homo quando intelligatur in jure?	251	Idea innatæ.	235
Homines conservant mundi statum præsentem.	468. 469	quid sint?	310
cur occidere non liceat?	116 sq.	Jejunium an præceptum?	202
De Hoppii (Sam. Joach.) Scriptoribus Poloniae judicium.	270	Jejunii hebdomas magna ut celebrata?	203
Horologiorum Hugenianorum defectus.	507	De Jejunio Vet. Chr. Disq.	201
Hospitii jus.	206	sq.	
Hottomannus (Franc.) notatus.	238	Montanistarum doctrina.	202
Hubbardini, Concionatoris Angli, vehementia.	335	S. Ignatii Epistolæ breviores an longiores genuinæ?	523
Huetius (P. D.) an scepticus?	231 sq.	De S. Ignatii Epistolis Diff.	523
Huetii (P. D.) Vita.	237	Ignis ut per machinam extinguendus?	408
De Huetio (P. D.) argute dictum.	168	Ignium festorum origo.	208
Humilis, vox, explicata.	487	Ilei theoria.	539
Hungaricæ Ant. & Novæ Prodromus.	99	Iliaca passio birudinum usu soluta.	540
Scriptores.	100	Illirici (Flacii) Missa Latina.	181
		Bbbb 3	Imbe-

INDEX RERUM.

Imbecillitatis excusatio a Con- fucio rejecta.	495	Johannis Austriaci mater qua- nam?	387
Imperatoris officia.	498	Jornandis Hist. de Getar. orig.	5
Incendium in conclavi in in- stanti exstinguendi machina.	408	Josephus ab Arimathea funda- tor monachorum Glaften- bur.	428
Indeterminatorum ratio in a- quationibus differentialibus ut determinetur?	121	Josephi testimonium de Christo genuinum.	183
Indifferentia exercitii quid sit?	319	In Josephum nota Jos. Scalige- ri MS.	276
Infans in utero, pars matris.	501	Jovis transitus prope Propum.	18
Infanticidium ob funiculum umbilicalem non deligatum.	538	motus medius determina- tus.	19
ob contusionem capitis verticis.	538	num sit inequalis in diversis revolutionibus?	19
apud Christianos illicitum.	252	Iris Lunaris Solari similima.	408
apud gentiles li- citum.	252 sq.	Irminsula Saxonica.	207
Infernus poeticus Aegyptiis de- betur.	206	Iroquentes Gallorum hostes.	185
Inflammationis & phlegmonis differentia.	451	caesis capillitium de- trahunt.	185
Inquietorum Academia Bono- nia cum Marsiliana conjun- cta.	25	ut vicinis facti ter- ribiles?	185
Insignium usus quando in Hi- bernia receptus?	430	Isis num nomen dederit Parisiis?	209
Instituti scientiarum Bononien- sis novi historia.	24	olim Lutetia Patrona.	93
Institutionum Juris editiones.	516	Italix Historicorum nova Colle- ctio.	1
Intellectus cultura emendatio- ni voluntatis praeponenda.	494	Tabula Geogr. medii avi promissa.	4
De Intellectus debilitate Tr.	231	Itus pro Iter dicitur in jure.	259
Intestina crassa quandoque con- solidantur.	287	Judæi quibus signis a Christianis distinguantur in Sabau- dia?	477
Intestinorum motus peristalti- cus an inverti possit?	539	De Judæis leges in Sabaudia singulares.	477
		De Judicio historico Diff.	488
		Julix Academiae Annales.	48
		Jupiter Stator & Elicius natu- ram denotat.	147
		Jura	

INDEX RERUM:

Jura Parochiarum <i>expensa.</i>	370	<i>ma</i> cteribus rerum Pol. judi- dicum	271
<i>monastica expensa.</i>	372	Kusteri (Ludolfi) <i>natiuitas</i> & <i>mors.</i>	209
Juramenti apud veteres <i>sancti- tas.</i>	418	L Abii <i>scirrbus canerosus ex- tirpatus.</i>	70
Jureconsultorum veterum <i>Ca- talogus.</i>	516	Lacertus <i>duplici cauda instru- ctus.</i>	15
<i>in Pandectis</i>	400	Lacrymæ Christi <i>in reliquiis.</i>	182
<i>nomina non semper distincta.</i>	400	Lactis <i>materni corruptela ejus- que correctio.</i>	228
Juricæus (Petr.) <i>refutatus.</i>	78	De Lancea Christi <i>Historia ve- ra.</i>	182
Juris Publ. <i>Systema novum.</i>	219	Landulphi Sagacis <i>continuatio Historiæ Petri Diaconi.</i>	4
<i>Methodi examinata.</i>	223	<i>Senioris Hist. Me- diol.</i>	380
<i>Nature scriptorum no- titia.</i>	326	Lar a Penatibus <i>differt.</i>	248
<i>Nucleus promif- sus.</i>	327	Larvæ <i>unde dicta?</i>	41
<i>Sabaudici corpus no- vum.</i>	475	De Larvis <i>Commentatio.</i>	40 sq.
<i>Romani & Græco-Ro- mani scriptores recensiti.</i>	516	Latinæ <i>linguæ Hist. Critica.</i>	83
De Juris Publ. <i>Scriptoribus ju- dicia.</i>	222	<i>adoleſcentia.</i>	83
Jurisprudentia e re <i>nummaria illustrata.</i>	470	Latinitas <i>Vulgati Interpretis qualis?</i>	146
Jus patriæ <i>potestatis quale?</i>	251	<i>Harduini notata.</i>	146
<i>num in adul- tos competat?</i>	252	De Legationibus a <i>Britannis Romam factis Diff.</i>	126
Justinus <i>emendatus.</i>	263	Legatorum <i>virtutes.</i>	497
Justini Martyris <i>num sit Expo- sitio fidei?</i>	424	Legendarum <i>origo.</i>	91
In Jutia Gothorum <i>nomina su- per sunt.</i>	128	Leges <i>motus ex percussione cor- porum non sunt leges natu- rales.</i>	470
K Eating (Gothofr.) <i>lauda- tus.</i>	429, 432	<i>ferendi potestas Principis.</i>	371
Keuchenius (Rob.) <i>laudatus.</i>	290	Leges <i>explicatae vel illustratae:</i>	
R. Kimchi (Dav.) <i>Comment. in Xprios Psalms.</i>	83	<i>L. 1 §. 2 ff. de jur. & fact. ign.</i>	253
De Kochowski (Vespaf.) <i>Cli-</i>		<i>29 ff. manumiss. testam.</i>	253
		<i>16 C. de nupt.</i>	253
		<i>1 C. de liber. caus.</i>	253
		<i>ult.</i>	

INDEX RERUM.

<i>ult. ff. Si a parent. quis manum.</i>	254	<i>13 ff. de vulg. & pup. subst.</i>	401
<i>22 §. 4 ff. ad L. Jul. de adult.</i>	254	<i>1 ff. de accusat. & inscr.</i>	401
<i>1 §. 1 L. 2 ff. de his, qui sui vel alien.</i>	254	<i>5 ff. qui test. fac. poss.</i>	401
<i>5 ff. de L. Pompej. de parric.</i>	254	<i>20 ff. de fidei comm. libert.</i>	402
<i>3 ff. de agnosce. & al. liber.</i>	254	<i>21 pr. ff. de hered. inst.</i>	403
<i>9 C. de patr. potest.</i>	254	<i>23 §. 1 de hered. inst.</i>	404
<i>8 C. ad L. Corn. de Sicar.</i>	255	<i>Legum Hibernie collectiones.</i>	430
<i>4 ff. de agnosce. & alend. lib.</i>	255	<i>Polonia compilatores.</i>	270
<i>12 §. 3 ff. de Rit. nupt.</i>	256	<i>Leibnitius (G. G.) notatus.</i>	50
<i>17 ff. de jure patron.</i>	257	<i>vindicatus.</i>	380
<i>23 C. de procur.</i>	257	<i>De Lengnichii (Gottfr.) rebus Prussicis judicium.</i>	107
<i>14 §. 3 ff. de Rit. nupt.</i>	257	<i>Leogarius Rex primus Hibernie Christianus.</i>	272
<i>1 §. 1 ff. de insp. Ventr.</i>	257	<i>de Historia servanda</i>	435
<i>4 ff. de extraord. crim.</i>	257	<i>solicitus.</i>	435
<i>8 ff. ad L. Corn. de Sic.</i>	257	<i>Leonis Card. Chron. Casinense.</i>	381
<i>220 §. 3 ff. de V. S.</i>	258	<i>Lequienius refutatus.</i>	424
<i>23 pr. 5 ff. de sep. viol.</i>	259	<i>Leupoldus (Jac.) laudatus.</i>	117
<i>4. 5. 56 C. de sep. viol.</i>	259	<i>Lewis (Jo.) Historia M. Brit. promissa.</i>	375
<i>3 §. 10 ff. de sep. viol.</i>	260	<i>Lex Dei aeterna plerisque Philosophis recepta.</i>	418
<i>§. 11 ff. de sep. viol.</i>	260	<i>Lexicon Philosophicum novum.</i>	46
<i>3 ff. de sep. viol.</i>	261	<i>Lexici Latini perfectioris specimen,</i>	487
<i>2 C. de sep. viol.</i>	261	<i>Liberi nati ex matre serva.</i>	190
<i>3 §. 1 ff. de sep. viol.</i>	262	<i>De Liberos exponendi & occidendi jure Diss.</i>	250
<i>6 §. 5 ff. de divis. rer.</i>	262	<i>Libertas num consistat cum idea distincta determinationis futurorum?</i>	108
<i>6 §. 1 ff. de relig. & sumpt.</i>	262	<i>religionis num hereticis Pace Monast. negata?</i>	368
<i>17 §. 18 ff. de Adil. Edict.</i>	262	<i>De Libertatis conscientie Jure Diss.</i>	367
<i>20 ff. de Evict.</i>	399	<i>Lingua</i>	
<i>20 ff. de fidei comm. lib.</i>	399		
<i>3 ff. de novat. & del.</i>	399		
<i>10 ff. de testib.</i>	400		
<i>20 pr. ff. qui test. fac.</i>	400		
<i>8 & 10 ff. de liber. & posth.</i>	400		
<i>ult. C. de posth. ber. inst.</i>	400		
<i>21 ff. de hered. inst.</i>	400		
<i>3 ff. de manumiss. testam.</i>	400		
<i>23 ff. de hered. inst.</i>	401		

INDEX RERUM.

- | | |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>Lingua cum octo novis ductibus salivalibus descripta. 296</p> <p>Linguarum munia sine illa exercitata. 15</p> <p>De Lingua humana Exercitatio. 291</p> <p>Lipinski (Gratianus Severinus) est Jo. Ern. van der Linde. 271</p> <p>Liquiditatis causa. 192</p> <p>Litania, tempus Jejunii. 204</p> <p>Lithuania Polonia unita. 268</p> <p>Liturgia S. Cæne. 181</p> <p style="padding-left: 2em;">Jacobi, an sit Jacobi? 181</p> <p style="padding-left: 2em;">fons Liturgi-
rum Orient. omnium. 181</p> <p style="padding-left: 2em;">Mahometanorum. 392</p> <p>Liturgiæ Orient. fons. 181</p> <p style="padding-left: 2em;">Occid. fons. 182</p> <p>De Liturgiæ Jure Eccl. Diff. 371. 373</p> <p>In Livium nota Jani Gebbar-
di MSC. 276</p> <p>Le Long (Jac.) notatus. 196. ff. 200</p> <p>Langævitas ante - diluviano-
rum unde? 228</p> <p>Longobardorum origo. 6</p> <p>Loricæ & paludamenti discrimen. 209</p> <p>Lotus Egyptiaca depicta. 207</p> <p>Lubienfcius notatus. 454</p> <p>Lucani editio nova promissa. 285. 376</p> <p>Lucres (Cyrill.) Reformatis favet. 397</p> <p>Lucernæ sepulcrales num per
secula arserint? 26</p> <p>Lucius (Gratianus) est Jo. Lynch. 429</p> <p>De Lucta Veterum Diff. 210</p> | <p>De Ludewig (Jo. Petr.) nota-
tus. 133</p> <p>Ludovici XIV R. G. in Palati-
num odium unde? 165</p> <p style="padding-left: 2em;">Historia Milita-
ris promissa. 472</p> <p>Lues Venerea a vermibus ori-
tur. 449</p> <p>Luitprandi Histor. Libri VI. 51</p> <p>Lumen num realiter emitta-
tur? 462</p> <p>Luminis motus a gravitate non
differt. 462</p> <p>Luna in totali obscuratione vi-
sa. 19</p> <p>Lunæ dimidia signum, Venetis
familiarè. 415</p> <p style="padding-left: 2em;">Eclipsis horizontalis. 19</p> <p>Lupi Protospathæ Chronicon. 8</p> <p style="padding-left: 2em;">50</p> <p>Lusatia, feudum Imperii. 166</p> <p>De Lusitanæ contra Hispanos
seditione dictum Olivarii. 168</p> <p>Lutherus, Rex hereticorum di-
ctus. 332</p> <p>Luthero quot errores expo-
braverit Leo X? 331</p> <p>Lyra Hybernica in nummis tri-
angulo representata. 431</p> <p>Lyferus notatus. 489</p> <p>Mabillonii (Jo.) de Beren-
garii damnatione &c.
Diff. recusa. 328</p> <p>De Mabillonii (Jo.) libro de stu-
diis Monast. notitia. 526</p> <p>S. Macarii vite sanctitas. 86.</p> <p style="padding-left: 2em;">87</p> <p style="padding-left: 2em;">editio Pritii notata. 89</p> <p style="padding-left: 2em;">doctrina vindicata. 74</p> <p style="text-align: center;">Ccc c S. Ma-</p> |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

INDEX RERUM.

<i>S. Macario homilia vindicata.</i>	<i>Malum cur a Deo permitti possit?</i>
87	105.107
<i>Platonismus familiaris.</i>	<i>Mali origo duplicis considerationis.</i>
87	105
<i>Machina, qua incendium in conclavi in instanti restinguitur.</i>	<i>cur ens infinitum expers?</i>
408	108
<i>Dantiscana singularis.</i>	<i>Mamfredi Diff. adv. Ant. de Amico.</i>
404	152
<i>Machinae fluminibus purgandis & excavandis aptae.</i>	<i>Manfredi R. Epistola.</i>
304	11
<i>vesticaria.</i>	<i>Maniacorum anatome.</i>
119	538
<i>vi ignis movendae</i>	<i>Manumissionis ritus apud Longobardos.</i>
120	6
<i>palis defigendis servientes.</i>	<i>Manus volae abscessus periculosus.</i>
304	70
<i>Machinarum movendarum modi diversi.</i>	<i>monstrosa.</i>
119	503
<i>Macula Solis ingens.</i>	<i>Mappa Geogr. universalis nova.</i>
506	507
<i>Magia mancipiorum Americanorum.</i>	<i>Mapparum Geogr. Historia promissa.</i>
189 sq.	138
<i>De Magia judicium.</i>	<i>S. Marci manu exarati Codicis Evang. pars Carolo IV Imp. donata, adhuc Praga superstes.</i>
490	133
<i>Magistratui quinam admoventi?</i>	<i>Liturgia in Hibernia recepta.</i>
497	343
<i>Magistratum officia.</i>	<i>Maria, Angl. Regina, Evangelium Johannis Anglice vertit.</i>
497	337
<i>De Magistris Ecclesiae Diff.</i>	<i>quos procos habuerit?</i>
126	339. 340
<i>Magnatum officia.</i>	<i>B. Maria, Mater restitutionis omnium dicta.</i>
497	485
<i>Magnesia preparatio.</i>	<i>B. Mariae nativitatis festum Sabaudis praeter ceteris religiose cultum.</i>
504	476
<i>Mahoudeau (Jo. Matth.) Calendarium Judaicum promissum.</i>	<i>Mariani Scoti aetas.</i>
147	213
<i>Majus (Jo. Henr.) quo anno mortuus?</i>	<i>Marinerii (Vinc.) ad Meursum Epistola.</i>
195	516
<i>Mala physica ab actione hominum pendent.</i>	<i>Maris aestus historia.</i>
470	499
<i>Malaspinae (Sallas) res Siciliae.</i>	<i>Com. Marfilii Historia Danubialis denuo promissa.</i>
154	26.100
<i>Malaterrae (Gaufridi) res gestae Rob. Guiscardi & Rogerii, Sic. Ducum.</i>	<i>Institutum Scient. Bonov.</i>
153	24
<i>rerum Sicul. libri IV.</i>	Com.
90	
<i>Malum unde refultet?</i>	
105.107	

INDEX RERUM.

<i>Com. Marfilii thesaurus rerum</i>	<i>Medicorum veterum Catalogus.</i>	517
<i>Natural. Bononiensibus donatus.</i>	<i>Meditatio quid?</i>	458
<i>Opera promissa.</i>	<i>commendata.</i>	459
<i>In S. Martinum versiculi restituti.</i>	<i>Meditationes de Deo accidentales genuinae quanam sint?</i>	115
<i>Martini V Pont. cum March. Brandenburgensibus consanguinitas.</i>	<i>De Meieri mappa Geogr. Ducatus Wurtemb. judicium.</i>	141
<i>Martis facies maculosa.</i>	<i>Melanchthon in Angliam invitatus.</i>	335-339
<i>mutationes insignes.</i>	<i>De Melchisedeco varia.</i>	78 ff.
<i>Martyris (Petri) doctrina de S. Cena.</i>	<i>Menno Simonis num autor Catabaptistarum?</i>	217
<i>De Mascheris Commentatio.</i>	<i>Mennonitarum historia.</i>	216 ff.
<i>Maffonii (Jo.) Vita Aristidis.</i>	<i>apologia.</i>	218
<i>Matrimonium qui damnaverint?</i>	<i>confessio.</i>	218
<i>adulteri cum adultera num licitum?</i>	<i>Mensium suppressio, ex membrana vaginam uteri occultente soluta.</i>	537
<i>ab hominibus disparis aetatis non ineundum.</i>	<i>Mentem inter & corpus commercium explicandi hypothesis, num in Theologiam, Ethicam & Politicam influant?</i>	317
<i>Mauritius El. Sax non obtrusit subditis librum Interim.</i>	<i>Mercurius in Sole visus.</i>	7172
<i>Mauroluci (Fr.) Sican. rerum Compendium.</i>	<i>Meridianæ per Galliam ductæ descriptio.</i>	18. 59 ff.
<i>Maxillaris glandula, ejusque ductus excretorius.</i>	<i>linea inventio.</i>	59
<i>Maximus (Valer.) parumfidus.</i>	<i>Metaphoræ quid faciant ad sublimitatem?</i>	207
	<i>Metempsychoseos fautores.</i>	417 sq.
<i>Mechanica experimenta.</i>	<i>Meteororum emphaticorum usus.</i>	115
<i>Mecleburg. Duces ab Obotritis orti.</i>	<i>Michal, mappa Geogr. Suevie autor.</i>	140
<i>Meconium, fœtus, quid?</i>	<i>Milantia, J. U. Doctor.</i>	240
<i>Medi a barbaris Mauri dicti.</i>	<i>Militis nomen Vasallo indignum.</i>	165
<i>Medicamenta simplicia compositis preferenda.</i>	<i>Ministri Ecclesie requisita.</i>	527
<i>Mediceorum incrementa.</i>	<i>Minoes duo.</i>	206
<i>Medicinalis arboris vis purgandi.</i>		

INDEX RERUM.

Minotaurus quid sit nummis?	74	Morborum novorum causa.	228
Miraculis quando sit locus?	108	Mors, reditus in patriam.	189
De Miro (Vinc.) Tabula Geogr.		Morum indicia unde sumenda?	495
medii aevi promissa.	4	principium generale.	495. 496
Miscibilibus ad unionem dispositio.	16	De Mose Armeno iudicium.	438
Missæ Latinæ Flacci Illy. .ci.	181	Motus telluris qua conditione & Papa proscriptus?	306
Ex Mixtione corporum effectus varii.	503	naturalis qualis?	467
Moguntiaci cimeliorum sacrorum thesauri pretiositas.	130	Le Moyne (St.) nota MS. in Historicis Eccl. Valesianos.	276
Moguntinum Necrologium.	52	Mulcta quibus Pontificum bullis indicta?	50
Mohammedis vita.	390	Muli & Mulæ qui in America?	190
Molendinarum vento agitatarum genera diversa.	119	Mundus ut sit perfectionum divinarum speculum?	III. 112
Des Molets in Longi Bibliothecam S. merita.	193	cur tanta molis?	112
Monachorum Jus Publicum.	372	Mundi presentem statum homines conservant.	468. 469
efficia nimis producta.	486	conservatio unde?	460
Monastica jura expensa.	372	presens constitutio ut prodierit?	460. 468
De Monasticæ vitæ origine Diff.	383	magnitudo stipendia.	112
Monasticum Anglicanum.	381.	systema novum.	307
Hibernicum.	391	ex gravitate universalis deductum.	460
Monetæ variæ unde denominata?	472	De Mundi origine Veterum sententia.	417
Mongitoris (Antonii) Sicilia Delineatio.	152	Mundorum plurium possibilitas asserta.	314
Monogramma Christi.	208	Munimentorum defectus.	440
Monstri humani descriptio.	501	Munkatsy (Steph. Pauli) merita.	102
Montanistarum de jejuniis doctrina.	202	Munsterbergensis Ducatus quando ad Austriam pervenerit?	454
Montium utilitas.	116	Muratorius (Lud. Anv.) laudatus.	1
Morales Institutiones Wolfi laudata.	109		
De Moravia mappis Geogr. Tr.	140		

De

INDEX RERUM.

<i>De Muris Romanorum in Britannia Diff.</i>	126	Novellarum editiones recensita.	526
Musculorum actio. 346. 501. 502		Novi Operis Cenobii cimelia Moguntiam translata.	130
motus explicati-		Nubium finis & usus.	114
ones receptæ impugnantur.	352 ff.	<i>De Nuce (Angelus) notatus.</i>	381
<i>De Musculis corporis humani Tr.</i>	345	Nummus Fl. Claudii explicatus.	148
Musica e templis eliminanda.	372	Probi Aug. explicatus.	149
cur imprimis culta in Meridionali Hibernia parte?	434	a voce Sicula Nominos.	472
Mystici rejecti.	45	Rhodius explicatus.	74
N Atragulia, planta.	101	Nunni Samaritani explicati.	146
Naturæ phenomena explicandi tentamen.	407	Severi & Caracalla cur Lugduni adeo frequentes?	208
Systema simplicissimum.	466. 467	Eduardi I & II Regum Angl. ut distinguendi?	431
Navarræ cur Hispanos præcedant?	388	Rhodii signum quod?	74
Nebulæ usus.	114	<i>De Nummo Vizonis Diff.</i>	412
Necessitas moralis num libertati repugnet?	107	Rhodio Diff.	74
Nervi quid sensu mystico?	174	Nummorum Mariæ Caroli I, Jacobi II & Wilhelmi A. R. inscriptiones.	431
Nestorius an fuerit hæreticus?	423	In Nuptiis quando benedictio sacerdotalis locum habuerit?	205
defensus.	424	Nuptæ officia.	496
Nexus rerum in universo quid sit & unde oriatur?	313	O Belisci Astronomici.	207
Nigri (Dominici Maris) descr. Sicilia.	152	Ab Obotritis Duces Meclenburgici orti.	413
Nisi pro non nisi.	247	<i>De Occidendi liberos jure Diff.</i>	250
Noodt (Gerh.) refutatur. 251 ff.		Occidere cur non liceat homines?	116. 117
Notio privativa num positivis deducendis sufficiat? 315. 316		Ochini liber parum notus.	338
Notiones ontologicæ explicatæ.	319	Oedematis causa.	451
prima quamam? 315		Ccc c 3	Offonis
Notionum evolutio in demonstrationibus.	315		
Notkeri opus promissum.	518		

INDEX RERUM.

- | | |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>Othonis Cella unde dicta? 50
 Ogygia quid? 342
 Oldenburgus notatus. 223
 Ollainh Fodla R. Hib. nomen
 quid notet? 434
 Ontologicae notiones explicatae.
 310
 De Oraculo Delphico Diff. 210
 Oratio una apud Historicos
 usus. 206
 Oratores veteres recensiti. 85
 Orcaes quando Scotia accesserint?
 127
 qua conditione Scotis
 a Danis cessa? 214
 Ordinatio Ministri Eccl. ubi
 peragenda? 372
 Ordo moralis in determinatione
 voluntatis. 322
 rerum cur non absolute ne-
 cessarius? 314
 Origenes num autor Eutychia-
 nismi? 421
 Oscula ad cultum Deorum spe-
 ctant. 206
 Ossa quid sensu mystico? 174
 ad examen revocata. 502
 Per Ossa circulatur sanguis.
 409
 Otfridi opus promissum. 518
 Otto III Imp. ubi natus? 265
 Ottonis III Imp. diploma vindicatum.
 265
 Oudinet (M. Ant.) natiuitas &
 mors. 209
 Ovi monstrofi descriptio. 15</p> <p>Pædantismus Theologicus. 530
 Pædobaptismus impugnat-
 us. 217
 Pagenstecher (Henr. Theod.)
 notatus. 402
 Palatino Electori jus Vicaria-</p> | <p> tus in Frisiam Or. negatum.
 142
 Palatinorum Sociorum institu-
 tum. 2
 Paludamenti & lorica discrimen.
 209
 Panciroli (Guid.) Opera post-
 huma promissa. 376
 Pandectarum editiones recensita.
 516
 Pandulfi Pisani vita Pontiff. 379
 auctiores ex-
 tant in MS. Vaticano. 379
 Pannarz (Arn.) typographi, fa-
 ta sinistra. 102
 Pantini (Petr.) ad Mcursum
 Epistola. 516
 Parabola cubicalis secunda pro-
 prietas insignis. 298
 Paradisi terrestri situs. 146. 147
 Paraselenæ num sint signa even-
 tuum? 115
 Parentum officia. 496
 Parichellii lusus. 41
 Parisiorum nominis origo. 209
 Parochiarum iura expensa. 370
 origo. 370
 bona expensa. 371
 Parotis ejusque ductus excretori-
 rius. 291
 Parrhelii num sint signum even-
 tuum? 115
 De Parthorum Regum origine
 Tr. 426
 Partus est pars ventris. 257
 abactio quando puniri ce-
 pta? 257
 Partum abigere olim licitum.
 257
 Paschatos tempus ut olim in Hi-
 bernia celebratum? 344
 De Paschatos celebratione Diff.
 126
 Pata-</p> |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

INDEX RERUM.

Patavinorum <i>Epist. Catalogus</i> , 255	Philippi <i>Hispan. cum Maria</i> <i>connubium Anglic. admodum</i> <i>exoptum.</i> 340
S. Patricus <i>Hibernorum Apo-</i> <i>stolus.</i> 342	Philosophandi <i>methodus opti-</i> <i>ma.</i> 235
<i>quot Episcopos &</i> <i>Presbyteros initiaverit?</i> 343	Philosophia <i>Scholastica.</i> 47
<i>In Patrinis qui cooptandi?</i> 372	Philosophiæ <i>descriptio.</i> 232
<i>Patris in filium jus quando inci-</i> <i>piat?</i> 257	<i>partes enumeratae.</i> 306
<i>Patris potestatis jus unde?</i> 251	<i>leges.</i> 310
<i>num in adul-</i> <i>tos competat?</i> 252	<i>Wolfiana Institutio-</i> <i>nes promissa.</i> 409
Patronatus <i>jura.</i> 373	<i>antiquæ ad Remp.</i> <i>applicanda novum consilium.</i> 494
S. Patrum <i>Apostolicorum Ope-</i> <i>ra.</i> 521	<i>Sinica præcipua</i> <i>capita.</i> 494
S. Paulus <i>quando passus?</i> 129	<i>moralis principium</i> <i>primum Sinarum.</i> 494
Pauli <i>Diaconi Hist. Miscella.</i> 4	Philosophicorum <i>librorum le-</i> <i>ctores quales esse debeant?</i> 106
<i>Pecuniæ usus quando in Hiber-</i> <i>nia invaluerit?</i> 430 sq.	Philosophicum <i>Lexicon novum.</i> 46
<i>Pedium tumor scorbuticus.</i> 540	Philosophorum <i>arrogantia.</i> 237
<i>Pelagianæ hæresos autor.</i> 128	Phlegmonis <i>causa.</i> 451
<i>Perfectiones rerum ut æstiman-</i> <i>da?</i> 107	<i>ab inflammatione</i> <i>differentia.</i> 451
<i>Perfius illustratus.</i> 400. 403	Phænomena <i>rerum materiali-</i> <i>um num in voluntatem in-</i> <i>fluant?</i> 319
<i>Periona (Jo. Gobelinus) est An-</i> <i>Sylvius.</i> 41	Phænomenorum <i>caelestium ra-</i> <i>tiones physica.</i> 308
<i>Personarum origo a protopla-</i> <i>stis.</i> 41	Phthisis <i>icteritia.</i> 532
<i>ratio moralis.</i> 42	Piccoli (<i>Alb.</i>) <i>de antiquo jure</i> <i>Eccl. Sicula Diff.</i> 152
<i>delicta.</i> 44	Picli <i>unde dicti?</i> 212
<i>De Personis Commensatio.</i> 40 fl.	Pilati <i>Acta & Epistola ad Tibe-</i> <i>rium de Christo genuina.</i> 183
<i>Perturbationum classes a Sinis</i> <i>constituta.</i> 496	Pinart (<i>Mich.</i>) <i>nativitas &</i> <i>mors.</i> 209
<i>Petitdidier liber de infallibili-</i> <i>tate Papa promissus.</i> 175	Pitri (<i>Röcher</i>) <i>Sicilia Sacra.</i> 152
S. Petrus <i>Apostolus quando pas-</i> <i>sus?</i> 129	Pitri
<i>Petri Blesensis Epistola ad Sicu-</i> <i>los.</i> 10	
<i>Pfannerus (Tob.) laudatus.</i> 96	
<i>Philippus El. Pal. Gallia stipen-</i> <i>diarius.</i> 165	

INDEX RERUM.

Pirri (Rochi) Notitia Regii Palatii &c.	153	Poetae Hibernis Filadha dicti.	428
Chronol. Regum Siciliae.	155	inter officiales Hibernia.	435
elogium.	155	in Hibernia ultra mille.	436
Pisces quid notent in literis Codicis MSpti?	55	in ordinem	436
Piscopia (Helena Lucr. Corn.)		redacti.	436
Doctor & Professor.	240	persona sa-	436
Pistorii (Jo.) Scriptorum rerum German. editio nova promissa.	520	cræ.	436
Placidus de Titis refutatus.	112	Poiretus (Petr.) refutatus.	456
Planetarum finis & usus.	113	Poloni provocant ad Decreta Imp.	166
motus vertiginis ratio.	113	Polonicarum legum compilationes.	270
Planeticolæ num dentur?	470	De Poloniæ Scriptoribus Judicialia.	270
Plantæ in lapide nigro scissili deprehensa.	12. 13	Polus Card. Protestantibus favet.	340
Plantarum corymbiferarum enumeratio.	504	Polypastum singulare.	118
De Plauto varia.	84	Pomi Sinici vis purgandi.	188
Plinius Major Mosi σὺμφορος.	147	Pomponius (Sextus) quando & quam diu vixerit?	399
emendatus.	487	Pomponii (Sexti) reliqua libri I explicata.	399
Plisnensis terra, olim fuit Imperii.	132	Pondus aeris pressione elevatur.	119
Plutarchus notatus.	400	Pontificis infallibilitas negata.	333
illustratus.	402 sq.	triplex in Eccl. potestas.	298
Plutarchi dial. de nobilitate integer promissus.	515	E Potu frigido mors repentina.	70
Pluvia per magiam producta.	190	Præjudicia chymica notata.	503
num vim fulguris infringat?	115	Præscientiæ fundamentum.	108
Pluvix finis & usus.	114. 115	De Prætorii (Matth.) Orbe & Marte Gotbico judicium.	271
Pluvialis aquæ quantitas A. 1719.	500	Praxis cum Theoria a Philosopho jungenda.	494
Contra Podagram remedia.	188	Preces pro defunctis.	206
sq.	291	Precum publicarum jus.	371
Poesis Sinarum.	209	Preli inscriptio Campaniana	103
Hibernis culta.	434	Prin-	
Poetae veteres recensiti.	84		

INDEX RERUM.

Principis potestas leges ferendi.	371	Pulmo monstruosus.	15
<i>officium circa dissi-</i>		Pulmonum singularia nuper	
<i>tes in religione.</i>	368	<i>detecta.</i>	14
Pritiana editio Macarii nota.	89	Pulvis staminum apicibus in	
Privilegia non efficiunt juri fi-		<i>floribus adherens, nun scimi-</i>	
<i>sci.</i>	454	<i>nis virilis munere fungatur?</i>	409 ff.
Probabilitatis criterium du-		Pulveris Carthusiani prepara-	
<i>plex.</i>	236	<i>tio.</i>	504
<i>gradum deter-</i>		<i>pyrii examen.</i>	507
<i>minandi ars.</i>	309	Puricelli (Jo. Petr.) nota in	
<i>fundamentum.</i>	309.315	<i>Pandulf. Mediol.</i>	380
Problematis Chymici solutio.	503	<i>Diff. de Ambrosio clero</i>	
Processionum Sacrarum origo.	95	<i>matrimonium indulgente.</i>	380
<i>fatuorum Pari-</i>		Pyrrhonorum Secta.	235
<i>sis mos.</i>	95	Pyrrhonismus quotuplex?	488
Processus civilis Sabaudici or-		De Pyrrhonismo historico Diff.	488
<i>dinatio.</i>	479		
Procopii Caesar. Hist. sui tempo-			
<i>ris.</i>	5		
Prophetiarum recentiorum incer-			
<i>ta.</i>	490		
Protestantium consensus in fide.	529		
Prussia Polonia unita.	268		
Prussiae historia sub Sigism. I ^o			
<i>Sigism. Aug. Reg. Pol.</i>	266		
In Prussiae Jus Publ. introdu-			
<i>ctio.</i>	267		
De Prussiae scriptoribus judicia.	270		
Prussorum libertas unde?	267		
<i>jura decreto Lubli-</i>			
<i>nenfi abolita.</i>	268		
Ptolemæi Lucensis Genealogia			
<i>Roberti Guiscardi &c.</i>	153		
Psalmi priores tres Arabice edi-			
<i>ti.</i>	542		
Psalterium Taræ quid?	434		
		Querfordensis Comes, vasa-	
		<i>lus Archi-Episcopi Mag-</i>	
		<i>deb.</i>	131
		Quadraturarum transcenden-	
		<i>tium ad longitudinem cur-</i>	
		<i>varum algebraicarum redu-</i>	
		<i>ctio.</i>	356
		Rabbinica Analekta.	81
		Radzivilius Princeps per	
		<i>demonizomenum are condu-</i>	
		<i>ctum delusus.</i>	92
		Ragyndrudis quenam?	55
		Reactio centri gravium qualis?	464
		Reading (Guil.) Catalogus Bi-	
		<i>bliothecæ Collegii Sionensis</i>	
		<i>Lond. promissus.</i>	375
		Reformati ab erroribus funda-	
		<i>mentalibus vindicati.</i>	530
		Refrangibilitatis radiorum di-	
		<i>versa causa.</i>	500
		Ddd d	Reguli

INDEX RERUM.

Reguli cur post mortem combu- sti? 75	Rudbeckius (Ol.) pater refuta- tus. 75
Regulorum apud Sinas off. in. 497	Runæ in urnis reperta. 16
De Reliquiis quid sentiendum? 182	Rupesfortii regula vitæ (Maxi- mes) commendata. 168
Remigii Antiffiodor. Comm. in S. Scripturam promissa. 324	Russorum a Patriarcha CPno discessus. 396
Renaudoti (Euf.) de barbaricis Aristotelis personibus Diff. 515	Monarcha in Acade- miam scientiarum Paris. re- ceptus. 508
Renovatio Imperii Rom. quid notet in diplomate? 266	olim Impe- ratoris Majestatis titulo compellatus. 268
Resurrectio Cimbris gentilibus credita. 96	Monarcha dignitas Imperialis ut Polonis possit esse præjudicio? 268
Reuberi (Justi) Scriptorum ve- rum Germ. editio nova pro- missa. 520	Ad Ruthæ historiam spicilegi- um. 486
Revelationes post Canonem clausum asserta. 45	S'Abaudix & Montisferrati Constitutiones novæ. 473 ff.
Rhodiorum in nummis signum. 74	Sabbatum cur dies festus in Eccl. Or. & dies jejunii in Eccl. oc- cid. fuerit? 201
Rimplerus (Georg.) defensio. 439. 440	magnum. 203
Rimpleri (Georgii) scripta. 440 ff.	Sabini (Masurii) biographi. 403
Ritii (Mich.) Reges Sicilia. 153	Sacharum ut paretur? 188
Rituale novum componi jussit Paulus V. 492	Sal Ammoniacum parandi ra- tio. 503
Robertus III R. Scot. num no- tus? 211	Ebsoniense parandi ratio. 16
Roberti Glocestr. Chron. pro- missum. 376	De Salazar & Castro (Ludov.) humanitas laudata. 373
De Rocha (Justina) Arbiter electa. 240	Salem urbis nomen. 80
Rotis usus. 114	Salibus animalibus ut odor & sapor demendus? 503
Rosæ toto anno florentes. 188	Salivalium ductuum descriptio. 292
Rothari R. Longob. Legum pro- mrium. 6	Sallustius Thucydidem imita- tus. 241
Rotuli in Scotia cur corrupti? 211	Sallustii editio in Italia ante A. 1500 facta. 103
Rouillé Historia Rom. promissa. 280	In

INDEX RERUM.

In Sallustium doctorum merita.	Saxearum concretionum formatio.
241	13
Saltationis lasciva species in America.	Saxius (Jof. Ant.) laudatus. 3. 5
190	Saxo-Grammaticus (explor.)
Saltatricis puella symbolum. 208	431
Salviani editio Taciti anni 1645 rejecta.	Saxonica scriptura antiqua quæ?
493	55
Salutem & Apostol. benedictionem! formula, in quibus bullis Pontif. solemnibus?	Saxonici Vicariatus jura in Frisiam Or.
50	141
Salzburgense Chronicon. 264	Saxonum & Frisorum olim mores similes.
Samaritani nummi explicati. 146. 207	142
Sammarthani (Dion.) Gallia Christiana Tomus III promissus.	Scalptorum nomina in gemmis.
375	208
Sanctio Pragmatica. 220	Scandia, Scythia citerior. 127
Sanctorum vita ut multiplicata?	Scepticinus defensio. 236
91 ff.	Scepticorum Catalogus. 234
Insula Hibernia. 342	Scepulentis Comitatus historia.
classes in Hibernia. 342	101
Sandei (Felicis) Reges Sic. & Apul. 153	E R. Schabtai Labiis dormientium excerpta. 82
Sanderi (Ant.) Chronographia Brabantie & Flandria illustr. promissa. 376	A Schellstrate (Eman.) de Catalogis Rom. Pontif. Diss. 378
Sand-Hyppolitana monumenta. 264	Schelwigii (Gottlieb) consilium de edendis Theophili Libris ad Autolyicum. 57
Sanguis menstruus cur in gravidis supprimatur? 228	Schilteri (Jo.) Thesaurus Antiqu. Germ. promissus. 518
per ossa circulatur. 409	Schmidius (Seb.) vindicatus. 80
menstruus ex solo utero profluit. 501	Scholastica Philosophia. 47
matris ut in fatum propellatur? 13	Schudt (Jo. Jac.) quo anno mortuus? 195
Sanguinis menstrui causa. 228	Schulzii (Ge. Petr.) clari Marchici promissus. 29
Sanguini acidum inest. 228	Schurtzheischianæ Bibliothecæ Notitia. 275 ff.
Saraceno-Sicula Chronica. 9	Schuzii (Casp.) Chron. Pruss. continuatum. 266
Saracenorum in Sicilia gesta. 8	Schweidniciensis feuda in alodia versa. 165
Saturnalium origo. 206	Scotus (Jo.) quando vixerit? 213
	(Marianus) quando vixerit? 213
	Ddd d 2 Scoti

INDEX RERUM.

Scoti unde dicti?	212	Segni (Nic.) vita.	156
Anglis obnoxii.	213	De Segrais (Jo. Renaldi) vita.	167
Scoto - Chronicon genuinum.	210	Seminis profusio nimia ut coer-	238
Scriptura antiqua Saxonica		cenda?	238
quæ?	55	virilis pars crassa ad	
S. Scripturæ loca explicata aut		ovarium accedit.	408
illustrata:		Sempronienſe Vinum.	101
Genef. IV, 1.	491	Senecæ (L. A.) impietas.	147
Exod. XXI, 2, 3.	171	Sensus infâi.	233
4-6.	171	Sepeliendi ritus apud Scythas.	
7-11.	171		75
Lev. XVI, 1-34.	172	Septentrionalium gentium &	
Num. XXIX, 7-11.	173	Cimbrorum origo eadem.	96
1 Sam. XXX, 7.	257	De Sepulcro violato Diff. 258 ff.	
Pf. II, 6.	543	In Sepulcro habitantis pœna.	
XL, 7.	171		260
CX, 4.	77 ff.	Sequanæ incrementa & decres-	
CXVIII, 13.	491	menta.	500
Ezech. XXXVII, 1-10.	173	Serpens aneus, typus Diaboli.	
Mattb. V, 8.	175		170
Rom. IX.	487	Serpentis Amer. adeps contra	
15 ff.	487	podagram.	189
Tit. II, 7, 8.	527	Severi (Sulpicii) vita S. Marti-	
2 Petr. II, 14.	487	ni emendata.	278
Hebr. VII, 1-10.	77 ff.	De Sexti Pythagorici Gnomas	
S. Scripturam quis primus in		judicium.	419
Anglia explicaverit?	332	Sexus num in plantis detur? 409	
In S. Scripturam Commentariis.	196	ſequior ad Doctôris di-	
Tract. Ifagogi-		gnitatem admittitur Bono-	
ci.	199	nie.	239
Scythia citerior eſt Scandia.	127	Siciliæ Historicorum Collectio.	
Scythicæ linguæ in Hungaria			7. 151
veſtigia.	101	vires cur hodie tam te-	
De Scythica literatura Diff.		nues?	154
promiſſa.	101	De Siciliæ Monarchia Scripto-	
A Seckendorf (V. L.) Hiſtoria		rum hiſtoria.	155
Eccl. Gothana autor.	394	Siclus apud Hebræos duplex.	
Sectiones primatum curva-			471
rum deſcenſu genitorum.	18	Sigilli Majeſtatis vocabulo quo	
coni num veteribus		ſenſu uſi Duces Sileſiæ?	136
mechanicæ curvæ habitæ?	66	In Sigismundum Aug. R. P. ſa-	
		tyra.	269
		Silanus	

INDEX RERUM:

Silanus candens apud Celsum quid?	287	Sopatri Apameensis Prolego- mena in Aristidem.	427
Silesiæ utriusque Ducum Gene- alogia.	133 ff.	Sorani Ephesti vita Hippocrati- tis.	517
ordinibus num. compe- tat superioritas territoria- lis?	454	Specialis (Nic.) Historia pro- missa.	11
Circa Silesiæ feuda mediata jus ffci.	452	Anti - Speneriani Scriptores.	526
De Sillery v. Roulart.		Sperina ceti quid?	15
Simon (Rich.) notatus.	80	Spinelli de Juvenatio (Matth.) Chron.	12
refutatus.	182. 183	Spinosa (Ben.) explosus.	416
Simonis nomen cur Delphinus datum?	148	refutatus.	456
quid notet in nummis Samaritanis?	207	De Spira (Jo.) Tr. de lectione spirituali.	485
De Simonis (Rich.) Hist. Crit. V. & N. T. scripta recensita.	526	Spiritus vini examen.	16
Sinæ veteres laudati.	494	De Sponsalibus Tractatio.	373
Sinarum Poets.	209	Sponsalium conceptus genui- nus.	373
Imperii singularia.	19	Statua quid sit?	260
	20	Statuæ magica exemplum.	223
virtus qualis?	495	Stella Ludoviciana qualis?	408
Sinicæ Philosophiæ præcipua capita.	494	Stephani pro monachis Apolo- gia contra Wiclefum.	485
Sinici pomi vis purgandi.	188	Sterilitatis signa.	114
Sklemenfes thermæ.	101	Sterlingensis moneta unde di- cta?	431
Snellius (Willebrordus) nota- tus.	64. 65	Stobæus emendatus.	263
Societatis Scientiarum Bonon. novæ Historia.	425	Strabonis (Walefridi) Glossa eadem cum ejus Expos. XX Psalmorum.	324
Sol cur igneus?	464	Strozzi (Laur.) quid lecto suo adscripterit?	162
Solis pallor celo sereno unde? eclipsis horizontalis.	409	Sturmius (Leonb. Christoph.) notatus.	119
finis & usus.	112. 113	Suarezii (Jo. Mar.) Notitia Ba- silicorum.	516
theoria elliptica.	505	Subreptionis vitium in expe- riendo quando committatur?	318
Sole destructo quid sequi de- beat?	466	Substantiæ simplices quales?	314
Solares tabulae novæ.	505	Succina	
Solonis nomen in gemmis quid notet?	208		

INDEX RERUM.

Succina ut acceperint Græci?	75	Telluris figura Newtoniana re-	505
Succus nutritius ut moveatur?	408	jecta.	505
Sudarii sancti Festum præ cete-		Temperamenta, lubrica animi	495
ris religiose a Sabaudis cul-		indicia.	495
tum.	476	Tempestatum fixarum usus.	114
Sueci omnia debent Alanis.	75	vagarum muta-	
Sueciæ Patronorum festa sub-		tionum, signa imminentis tem-	
lata.	91	pestatis.	114
Suevici Circuli Mapparum		Templi Delphici opes.	206
Geogr. Historia.	140	Templorum abusus.	370
Supani quinam?	75	Terebra terrestris.	304
Superpositio quid?	203	Terentii actores depicti.	42
Suspensi sectio.	538	codex MS. mille an-	
Syllogismorum usus novus.	108	norum.	42
Sylvii (Æn.) Pentalogus de re-		De Terentio varia.	84
bis Eccl. & Imperii.	326	De Ter geminis observatio.	148
Systema naturæ simplicissi-		Terra num machina aut ani-	
imum.	466. 467	mal?	464
Systematis harmoniæ possibili-		non est in centro uni-	
tatis unde?	319	versi.	463
Sweynheym (Conr.) typogra-		ut fieri possit astrum lu-	
phi, fata sinistra.	102	minosum?	466
T Acitus illustratus.	252	Terræ mechanismus ab homi-	
Tallemont (Pauli) nati-		nibus ut conservetur?	469
vitas & mors.	209	mutationes insignes.	506
Talmudis utilitas.	81	Testudinum tria genera in A-	
Tegere pro occultare.	239	merica.	189
Tellerii (Camilli) elogium.	23	Com. Tettenbachii (Jo. Era-	
Telluris magnitudo.	62 ff.	smi) bona in Silesia sisco ad-	
figura.	63	dicta.	452 ff.
fnis.	113	Theatralium personarum for-	
quies novaratione sta-		ma apud Græcos & Rom.	41
bilita.	306	Theatrum machinarum gene-	
motus qua conditione		rale.	117
a Papa proscriptus?	306	Theocritus cum MSS. collatus.	276
quiescentis systema		Theodosianus Codex MS. de-	
physicum.	307	testus.	56
figura Cassiniana vin-		Theodosii Monachi Epistola de	
dicata.	505	direptione Syracusarum.	9
		Theo-	

INDEX RERUM.

Theologiæ studiosi requisita.	493	V Acuum coacervatum num datur? 462
<i>Historia litteraria.</i>	525	Vaporum usus. 114
<i>Polemice Hist. Lit.</i>	526	Varchius (Bened.) notatus. 156
<i>promissa.</i>	526	Variolæ morbus novus. 226
Theologicus pædantismus.	530	<i>ab effluviis subter-</i> <i>raneis oriuntur.</i> 227
Thomastus (Jof. Mar.) resu- ratur.	378	Variolarum cura. 227
De Tilladet (Jo. de la Marquo)	209	<i>infitionis succes-</i> <i>sus infidus.</i> 538
<i>nativitas & mors.</i>	209	De Variolis Tractatus. 226
Tilledotus explosus.	155	Vecerii (Comr.) Hist. seditionum in Sicilia sub Carolo V. 154
Tilius (Gotf. Gerh.) laudatus.	224	Venerea lues unde? 449
Tollius (Jac.) notatus.	98	In Venerea lue ut operentur mercurialia? 450
Tonsura olim in Hibernia du- plex.	343	<i>non peccant su-</i> <i>lia acida.</i> 449
De Tonsura clericorum Diff.	126	De Venerea lue Dissertatio. 448
De Fourreil (Jac.) nativitas & mors.	209	Veneris cum Regulo conjunctio. 509
Tragedorum habitus & orna- tus.	42	Venerabilis cur dictus Beata? 129
Transsubstantiationis error Chrystostomi avo incognitus.	424	Ventorum usus. 114
Tridentinum Concilium quo modo in Gallia receptum? 492	492	<i>tabula.</i> 147
De Tumoribus Dissertatio. 448	448	In Ventriculo fragmenta li- gnea. 540
Tumor quid & quotuplex? 450	450	Ventre custos cur olim positus? 257
Ad Tumulum quid requira- tur?	263	Ver Sacrum. 206
A Tutto argumentum in Theolo- gia examinatum. 177. 178	177. 178	Veritas quid sit? 232
Typi Prophetarum ut expli- candi?	170	<i>determinata contin-</i> <i>gentium unde?</i> 315
De Typographiæ inventione Diff.	102	<i>cur con-</i> <i>tingentiæ & libertati non</i> <i>præjudicet?</i> 315
Typographorum primorum impense enormes.	102	<i>in phys. is ut determi-</i> <i>nanda?</i> 316
<i>signa litera-</i> <i>ria.</i> 103	103	Veritatis impedimenta. 489
		Veritatum differentia & prin- cipium. 313
		E e e e Ver.

INDEX RERUM.


Vermes marini navibus infesti.	502	Universi contingentia unde probetur?	321
Vesicularum in fibris motricibus expansarum figura.	349	Volsejus Card. reformationem in Anglia meditatus.	332
Vermibus non oritur lues venerea.	449	Volseji Card. fastus.	331
Vesicatoriorum utilitas.	539	in Lutherum odium.	331 ff.
Vezir, titulus, a quo institutus?	391	humilitas abjecta.	334
Vicariatus Saxonici jura in Frisiam Or.	141	In Volsejum Card. favor Henrici VIII R. A. fascino promotus.	330. 334
Vicariatus jura num in Aurea Bulla quaerenda?	142	In Volsejum Anna Bolen. odium unde?	334
Victoriosus, num vox genuina?	149	In Voluntatis determinatione ordo moralis.	322
Vilnenses thermae.	101	Vortii (Jo.) versiones librorum Rabbimicorum rejeeta.	82
Vindemiae literaria.	51	Umbrae Lunaris in eclipsibus Solaribus in superficie Telluris Delineatio.	446
Vinum Sempronienſe.	101	Ungari (Christ. Theoph.) patria.	194
ante rem Sacram biberere non licuit.	172	Unionis partium & gravitatis idem principium.	463
Virtus Sinarum qualis?	495	Uratislaviensis Episcopus cui subsit?	454
Virtutes a Confucio commendatae.	495. 496	Urbium condendarum mos apud Romanos.	206
Virtutis fundamentum, motiva & media.	495	Urnæ in tumulis cur vacuae re-perta?	76
Vis, vocis, etymologia.	248	De Urtica urente Tract.	228
ut a facultate differat?	318	Urticæ definitio.	229
Viscus animalis.	500	vis urens unde?	229
Visionis nocturna ob oculum læsum ratio.	407	vires medicinales.	330
Visitatio ecclesiastica.	373	Usuraria pravitas ut evitanda?	132
Vistus phenomenon singulare.	15	Utensilium apparatus in terra fodienda.	304
Vites sub Zona torrida ut colenda?	188	Uterus an ad maritum pertineat jure proprio?	258
Vitiorum origo.	494	Uteri hæmorrhagia funesta.	540
Vitium subreptionis in experiendo quando committatur?	318	Vulga	
Vitringa notatus.	171		
De Vizonis nummo Diff.	412		

INDEX RERUM.

Vulgati <i>Interpretis Latinitas</i>	<i>odiosis consequentiis liberata.</i>
<i>qualis?</i> 146	106
<i>laus.</i> 146	<i>Defensio contra ad-</i>
W alefridus <i>vide</i> Strabo.	<i>versarios.</i> 311
Waræi (<i>Jac.</i>) <i>operum</i>	<i>quos habeat adversa-</i>
<i>nova editio.</i> 430	<i>rios?</i> 311. 319. 320
Wassius (<i>Jos.</i>) <i>notatus.</i> 246	Wolfeus <i>vide</i> Volsejus.
Wernheri <i>Soliloquia.</i> 485	Württembergici <i>Ducatus map-</i>
Wichmanshausen (<i>Jo. Chri-</i>	<i>parum Geogr. historia.</i> 140
<i>stoph.</i>) <i>Dissertationes tres de</i>	Y veteaux <i>inter uxoris</i>
<i>Melchisedeco commendata.</i>	<i>musicos concertus ex-</i>
78	<i>stinctus.</i> 168
<i>In</i> Wilhelmum I <i>Principem</i>	Z Alaszowski (<i>Nic.</i>) <i>jure</i>
<i>Araustonensem calumnia.</i>	<i>Regni Pol. judicium.</i>
387	270
Willeramus <i>promissus.</i> 518	<i>De</i> Zaluski (<i>Andr. Cbrys.</i>) <i>Epi-</i>
Wilzororum <i>memoria superflua.</i>	<i>stolis judicium.</i> 271
413	<i>De</i> Lawadski (<i>Casim.</i>) <i>Historia</i>
Wolfius (<i>Christ.</i>) <i>defensus.</i> 320	<i>arcana judicium.</i> 272
Wolfii (<i>Christiani</i>) <i>Medita-</i>	Ziegenbalg (<i>Barth.</i>) <i>quo anno</i>
<i>tiones Metaphysicæ a per-</i>	<i>mortuus?</i> 195
<i>versis interpretationibus &</i>	

Errata.

Pag. 9 lin. 10 lege Carusio, *p. 19 l. 19 lege* Observavit, *p. 102 l. 4 l. ge* 1 de veteri, *128 l. 7 lege* erroris, *p. 147 l. 30 lege* ad observationem, *p. 152 l. 23 dele in fine* Mel. & *adde in fine linea sequ.* *p. 153 l. 3 post* Petri *dele* S. *p. 181 l. 18 lege* annos natum, *p. 187 l. 6 lege* Tomi VI, *p. 435 l. 34 lege* Leogarius, & *in margine pro* 236 *lege* 336, *p. 438 l. 3 lege* Armenus.



Monitum ad Lectorem Benevolum.

Qui Volumina hoc Actuum nostrorum XLIII (neque enim octo Supplementorum & quatuor Indicium Tomos nunc computamus,) vel leviter inspexerint, duo imprimis in eo animadvertent, in quibus paululum discessisse videbimur a moribus ab aliquot annis servatis. Primum enim Nova, quæ vocamus, Literaria, quæ inde ab a. 1718 seorsim edidimus in forma octava, subinde denuo Actis inferre cepimus, idemque deinceps frequentius nos facturos, pollicemur. Deinde Mathematicarum observationum, quæ non omnibus ad palatum esse comperimus, non exiguam sarraginem ad Supplementorum Tomum VIII, nuper absolutum, rejecimus, ne tot libris novis præstantissimi imprimis argumenti, quorum major indies copia prodit, spatium deesset in ipsis Actis. Quem morem cum porro tenere nobis constitutum sit, eo sollicitius novos libros recensebimus: cumque multos, extra Germaniam maxime, optare intelligamus, ut tuto ad nos transmittere ingenii sui fetus possint, eos decenter rogamus, ut hos probe involutos & Jo. Burchardo Menckenio, Consiliario Aulico, Directori nostro, inscriptos, sive Romæ Laur. Thomæ Pagliarino, sive Venetiis Sebastiano Coletto, tum Parisiis Mentalantio, Londini Wilb. & Joanni Innys, Helmia Jo. Henr. Ruswormio, Hafniæ Jo. Christoph. Rothio, his quidem omnibus Typographis, Amstelodami vero Paulo Heeger, mercatori non incelebri, denique Francofurti ad Mœnum Andrea & Horto, Typographis, credant. Ceterum certo persuasos cupimus, nos, cum primum ad nos perlati fuerint fasciculi, nihil prius habituros, quam ut librorum, quos continebunt, pro eo ac par est, ac per temporis rationem licet, mentionem in Actis nostris prompte faciamus.

F I N I S.